SC.11.pl.7.

BIBLIOTECA VITT. EMANUELE
37
47 B
16

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

# FR. THOMÆ MARIÆ MAMACHII

ORDINIS PRÆDICATORUM
THEOLOGI CASANATENSIS

# EPISTOLARUM
*A D*
# JUSTINUM FEBRONIUM
JURISCONSULTUM

*De ratione regendæ Chriſtianæ Reipublicæ, deque legitima Romani Pontificis Poteſtate.*

LIBER SECUNDUS.

ROMÆ MDCCLXXVII.

EX TYPOGRAPHIA SALVIONI,
*Superiorum Permiſſu.*

Digitized by Google

# EPISTOLÆ TERTIÆ

*Quæ eſt de* ὑποκειμένω, *ſeu de* ſubjecto *Poteſtatis Clavium*

## *ARGUMENTUM.*

I. *RUmor eſt, Febronium rejeciſſe Puſendorſii de Forma Eccleſiae regendae ſententiam. Jucundus is rumor nobis, atque gratus eſſet, ſi vera ferret. Sed ſecus eſt. Nec ſatis Febronius faceret Eccleſiae reſpuens Puſendorſianum dogma uti minus ſimile veri, niſi ſimul reſpueret ut hæreticum.* II. *At is in dogmate eodem tuendo perſtat. Imperium, Epiſcopos, Archiepiſcopos nominat, quibus verbis & cum Puſendorſio, & ſecum pugnat. Contradictio autem non erroris excuſatio eſt; ſed probatio.* III. *Inter nos, & Febronium de Regimine Eccleſiæ non verborum eſt parva, ſed rerum permagna diſſenſio.* IV. *Quod idem ſcribit: non negaſſe* SIMPLICITER SE, ECCLESIAM ESSE STATUM; *immo dixiſſe, formas Monarchicam, &c.* QUODAMMODO *eſſe Status ejuſdem Civilis proprias, id profecto repugnat iis, quæ idemmet probat. Haec dum diſputat, Eccleſiae Gallicanæ injuriam conflat. Redit ad ingenium, ac luctatur ſecum; quare ipſi objicitur Boſſuetii de contradictione locus, quæ erroris probatio ſit, non excuſatio. In tanta ſecum,*

 con-

*conflictione non deſiſtit Pufendorfii de Regimine Eccleſiae doctrinam Catholicam eſſe defendere* . V. *Sed conceſſerit aliquod imperium Eccleſiæ ; ut tamen cujuſmodi hoc ſit , intelligatur , quæritur , num id imperium ullam ſecum poteſtatem ferat , & quibuſnam haec poteſtas inſit ? §. I.* VI. *Clavium poteſtatem collectim omnibus membris , ſeu Univerſitati Eccleſiæ ἀμέσως* immediate *fuiſſe a Chriſto datam Febronius ſtatuit* . VII. *Tergiverſatur vero interdum , ſecumque , uti ſolet , pugnat* . VIII. *Ejus tergiverſationis , ac pugnæ cauſſarum inveſtigatio . In conflictu inteſtino ſuo id firmum ſemper , ac ratum habet , quod fixit de poteſtate* immediate *omnibus* collectim *Eccleſiæ membris data . §. II.* IX. *Hanc ejus ſententiam Gallicana Eccleſia condemnat hæreſeos . §.* III. X. *Condemnant item Catholicæ Eccleſiæ reliquæ* . §. *IV.* XI. *Condemnat denique conſtans , & perpetua , quæ ab Apoſtolis ad nos uſque permanavit traditio . §. V.* XII. *Doctores Galli , Hiſpani , Germani maximo numero, Itali etiam Febronianum dogma reprobant . §. VI.* XIII. *Scriptorum , quos ſibi Febronius præſidio eſſe arbitratur , vix ulli ſunt , qui ab eo non diſſideant* . XIV. *Quanti horum perpaucorum ſit pendenda fides , & auctoritas . §. VII.* XV. *Argumenta Febronii refelluntur . §. VIII.* XVI. *Is eo demum redigatur neceſſe eſt , ut formam gerendæ rei Chriſtianæ publicæ puram putam democraticam eſſe fateatur.* XVII. *Quæ ſa-*

*ne*

*ne doctrina nihilo eſt hæreſi Marſilii Patavini tolerabilior.* §. IX. XVIII. *Quo tendit doctrnai Edmundi Richerii, quam tamen piam, ac veram Febronius a ſe diſſidens prædicat.* XIX. *Idem ipſum Richerium ſpiritu hæretico fuiſſe incitatum & dicit, & negat.* §. X. XX. *Patrum,* XXI. *Synodorumque auctoritate demonſtratur, quam longe Richerianum Syſtema a dogmate Catholico diſcrepet.*



## EPISTOLA III.

# JUSTINO FEBRONIO

### *JURISCONSULTO.*

# F. THOMAS MARIA MAMACHIUS.

### S. P. D.

Rumor eſt, Febronium rejeciſſe Pufendorfii de forma Eccleſiae regēdae ſententiā. Jucundus is rumor nobis, atque gratus eſſet, ſi vera ferret. Sed ſecus eſt.

I. PErlatum ad nos eſt multorum ſermone, reprobatam abs te tandem eſſe, quam jamdiu veluti catholicam probaviſſes, Pufendorfii de regendae Eccleſiae ratione ſententiam. Id ſi quidquam veri prae ſe tuliſſet, tibi ſic confirmo, pergratum fuiſſe futurum, atque perjucundum nobis. Quid namque accidere cuiquam noſtrum potuiſſet jucundius, quam animadvertiſſe te aliquando, repudiaſſeque erratum tuum? Noſtrane opera, an aliena, non laboro. Non enim captandae gloriolae cauſſa ſcripſimus, ſed uno conſilio illuſtrandae veritatis, reducendique tui ex obliqua (ſi modo errare pergeres) eademque plena offenſionis, & periculorum in rectam, tutam, tibique ſalutarem viam. Interea ex iis, qui reſipuiſſe te dicerent, cum ἁπλῶς *ſimpliciter* quaeſiſſemus,

ſemus, certum ne haberent? intelleximus, ipſos quidem id alacres audiſſe; verum adhuc ſine auctore, ſine gravi teſte, quid opus eſt verbis? rumore nuncio. Sed non is tu eras, qui diu ipſos duci falſo gaudio paterere. Nam in poſtremo Operum tuorum Tomo (1), eos, qui ab doctrina, quam



---

(1) Parte I. Diſſert. I. Cap. II. pag. 22. Edit. Francofurti, & Lipſiae an. 1773. quo loco eum, qui te noviſſimus oppugnarat, carpens: *Eccur*, inquis, *in Febronio heic vel invenit*, *vel* FINGIT *mutationem*, *ſeu receſſum ab eo*, *quod Tomo I. ſtatuerat? . . . Dixi (eum) vel* FINXISSE, *vel* IMPRUDENTER *putaſſe in noſtro auctore variationem. Sane in utroque ille* (Febronius) *Tomo loquutus eſt de Statu Civili*, *cujus conſequenter ideam*, *& huic* quodammodo *proprias formas Ariſtotelicas ab Eccleſia excluſit. Dixerat etenim verbis Puſendorfii*, *has formas cadere in Statum aliquem*, *ſeu Civitatem*: ECCLESIA AUTEM STATUS NON EST. *Quid per verbum* STATUS *Puſendorfius hoc loco intellexerit*, *ſatis explicat per verbum Civitas*. STATUS, inquit, *ſeu Civitas*. *Civitas autem civilem Statum*, *ſeu Rempublicam proprie ſignificat*. Poſt autem ubi Eccleſiam Societatem *inaequalium* dixiſti, in qua ſint, qui *Imperium exercent*, qua de re deinceps videro; tum adverſarium eumdem tuum coarguens, pergis ſcribere: *Ut quid ergo* VANUS *ille homo*, SOLUM NE ERRASSE VIDEATUR, tam *in primo*, quam *in ſecundo ſuo opere Lectores fatigat*, *pluribus foliis diſputando &c.* Sed hoc de loco tuo alias copioſius. Ibid. *Diſſert.II. Cap.I. n. VI. pag.* 58. *Supereſt*, inquis, *ut* (Adverſarium) *novi falſi incuſem*, *quo ille Tom.II. p.* 182.

eadem de re Priore tuo Volumine comprehenderas, receſſiſſe te praedicarent, ut imprudentes, vanos, inſtructoreſque fallaciae inſectare, quaſi id contendant, atque elaborent, ut, cum vi rationis nequiverint; tum commentis, fictis fabulis, verborum ſonitu inani, artibus denique falſa veris viciſſe videantur. Haec cum ex Quarto ipſo tuo Volumine illis recitaſſemus, eoſque mox interrogaſſemus, ullumne ipſis recentius monumentum ſuppeteret, ex quo perſpici tua illa poſſet, quam tantopere jactabant, opinionis mutatio? negantes ſuppetere, ſerio monuimus, ſibi ut caverent, ne quod ajebant increbuiſſe rumore vulgi, id tu non temere, ab ipſis excogitatum, arbitrarere. Quod ſi tu nonnihil

---

*p.*182. *ait, Febronium poſteaquam Tom.I. Cap.II.§.*12. *n. 6. ſtatuiſſet nullam trium formarum Ariſtotelicarum in civiles Status, ſeu Reſpublicas cadentium Eccleſiæ convenire; nunc Tom.II. p.*381. SENTENTIAM MUTARE, *immo non diffiteri, quod eam mutaverit*. UTRIUSQUE ASSERTI FALSITAS MANIFESTA EST. *Et p.*59. Adverſarius, inquis, *qui Tom.I. ſui* ANTIFEBRONII *p.4.ſqq. multo inutilis litteraturæ diſpendio probaverat, Eccleſiam eſſe Statum, ſane non civilem; nolens hanc perdidiſſe operam, conatur Lectoribus* FALSO *perſuadere, quaſi Febronius doctis, ſuis argumentis motus, mutaverit ſententiam, qua ſuſtinuit, & adhuc ſuſtinet, nullam inter Statum Civilem, & Eccleſiaſticum eſſe relationem,, quoad formam, nullam ſimilitudinem*.

nihil forte alicubi conſtituiſſes , quod aut diſcreparet revera , aut diſcrepare a Puſendorfii dogmate videretur, id ſcirent neque grave mutatae abs te ſententiae argumentum eſſe , nam iis te aſſentiri plerumque , quibus nihil eſſe poſſit pugnantius ; neque ſi gravis , firmi , certiſſimi etiam argumenti loco eſſet habendum , tanti eſſe tamen , ut hoc uno emendaſſe omnino , quae ſcripſeras , planeque ſatis coetui orthodoxorum feciſſe exiſtimere.

Niſi enim Puſendorfianum dogma ita rejeceris , ut idem tamquam hæreticum deteſtere , numquam eſſe te Gallicanæ; Gallicanae autem ? immo Catholicae Eccleſiae Univerſae ſatisfacturum . Sane quod hæc ut hæreticum condemnarit , quodque tu contra catholicum appellaris interdum, hæreticum numquam , id etiamſi probare deſiiſſes ut opinionem ; niſi tamen ſimul hæreticum eſſe confiteare, cenſendum erit non putari abs te hæreticum; ſed, quale hactenus habitum abs te ipſo eſt , manere judicio tuo , catholicum ſcilicet, hoc eſt, quod ſalva religione tueri cuique catholico liceat . Cumque nondum impetratum ſit, ut hæreticum eſſe fateare, qua confidentia iidem illi rumorum de te ſive ſatores , ſive exceptores ducerent , Eccleſiam non modo laturam id leviter ; ſed etiam ſibi

Nec tamen ſatis Febronius Eccleſiae faceret, ſi reſpuens Puſendorfianũ dogma uti minus ſimile veri ; non etiam una reſpueret ut hæreticum.

ſibi abs te ſatis eſſe factum judicaturam? Haec illis cum accurate, & copioſius expoſuiſſemus; extorſimus tandem, ut conticeſcerent.

Sed Febronius in tuendo Puſendorfiano dogmate perſtat. Nominat quidem Imperiū, Epiſcopos, Primatem, quibus verbis, & cum Puſendorfio, & ſecum pugnat. Sed contradictio non excuſat errorem.

II. Res modo mihi tecum eſt, Febroni. Vidimus de dogmate (1) Puſendorfii, quod etſi eſt ab Eccleſia notatum hæreſeos nomine; abs te tamen aperte verum, atque catholicum perhibetur. Rogo nunc, perſtes, nec ne putare catholicum? Perſtas profecto; nam indicium abs te παλινῳδίας dari intelligo prorſus nullum, quo ſignificetur, indictum te velle, quod (ut ante docui) & non ſemel dixiſſes; & multo, quam exiſtimare quiſquam poſſit, apertius. At *Eccleſiam*, inquis, *ſocietatem eſſe inaequalem* ajo, *in qua ſunt, qui imperium ſacrum exercent; alii, quorum ſita eſt in obediendo gloria; attamen ſimul cum illis corpus unum myſticum, ſeu morale conſtituunt. De hac ſacræ Societatis ab* OMNI CIVILI TOTO CAELO DISTANTIS *inaequalitate; de his, qui in ea regunt, & qui reguntur, de Summo Pontifice, de Epiſcopis, & Archiepiſcopis, de Simplicibus Presbyteris, de Regularibus, de Laicis tam Principibus, quam Subditis, de Conciliis generalibus, & particularibus, de ſingulorum juribus, & officiis univerſum* (meum) *opus*

(1) Epiſt. II. §. IV. ſqq. p. 183. ſqq.

*opus Febronianum a capite ad calcem plenum eſt* (1). Patior. Sed eſt horum, mi Febroni, cum dogmate illo Pufendorfiano mira conflictio. Nam *imperium* in Eccleſia, ut oſtendimus Epiſtola ſuperiore (2), Pufendorfius nullum ponit; nullamque dicit eſſe *certam regiminis in conſtituendis Eccleſiis formam*. At in ea Societate, in qua nulla *certa* ſit ejuſdem gubernandae *decreta forma*, *imperium* non modo non cogitare, ſed ne fingere quidem poſſumus. Jam tu ipſe *vera hac in parte* (3), atque *catholica tradi* a Pufendorfio ſtatuis. Si autem hæc *vera*, atque *catholica* ſunt, quo tandem modo, quin tecum pugnes, efficies, ut *vere* item ponatur *imperium*, quod in *Eccleſia exerceatur*; & *certa* quædam concedatur *forma*, qua Pontifici Maximo, ceteriſque ſacrorum Antiſtitibus decreta, atque credita ſit gerendae Chriſtianae Reipublicae ratio? Rogo rurſum iſtud *imperium*, iſtamque *regiminis formam* dogmane *fidei* attingere, an quidquam eſſe ἀδιάφορον, ſeu *indifferens* arbitrere? Nam ſi ἀδιάφορον, quid reſtat, obſecro, niſi ut de *imperio* iſto, ac *regimine* (te auctore) nihil habeamus

(1) Ita Febronius *Tom.IV.* Par.I. Cap.II. *pag.* 23.
(2) *In Epiſt.II. noſtra* §. *IV. ſqq. pag.* 183. *ſqq.*
(3) *Ibid.* §. *IV. p.* 283. *ſq.*

mus certi ; liberumque propterea cuique Catholico ſit, hoc de genere omni ſentire, quod lubeat? Ecquis vero, id ſi affirmet, non premetur cenſura Eccleſiae Catholicae, eos, qui Hierarchiam aut negent, aut in dubium revocent, condemnantis haereſeos, diroque anathemate ferientis (1)? Sin autem ad religionis dogma pertinet (quemadmodum certe pertinet) qua tu fide, dictorumque conſtantia, a Puſendorfio (qui funditus *imperium* illud, iſtamque *regiminis formam* ſuſtulerit) *vera*, atque *catholica hac in parte tradi*, palam vociferare? Quid? Purgarene te rurſum Catholicis putas poſſe certatione iſta tecum, pugnaque tanta, tamque manifeſta ſententiarum? Verum fac, quæſo te, recordere, Novatorum propriam eam fuiſſe calliditatem, ut pugnantibus dictis, (2) ac volubilitate (3) opinionum ſe tegerent; quare Boſ-

(1) Vide *Epiſt. II. noſtram* §. *V. n. VIII. p.* 194.

(2) Confer *Epiſt. II. noſtram* §. *V. n. X. p.* 202. *ſq.* Arianorum ſecum ipſis pugnas memorat Athanaſius *Orat. II. contra Arianos n. XL. p.* 508. *T. I. P. I. Opp. Edit. Pariſ. an.* 1698. Longum eſt de reliquis hæreticis ſcribere. Itaque modum faciam.

(3) Vide Johannis a Polemar *Orationem contra Petrum Rayne Wicleſitam*, habitam in Concilio Baſileenſi. *Tom. VIII. Concilior. pag.* 1940. *Edit. Pariſ. an.* 1714.

Boſſuetium, qui eorum circuitiones, anfractuſque pernoverat, ſapienter animadvertiſſe: *errorem confirmari contradictione, non excuſari* (1).

III. Atenim non tam rerum inter nos eſt, inquies, diſcrepantia, quam verborum (2). Conjicis te, Febroni, ut video, in mirificam latebram; ſed ne ſpera, hanc tibi perfugio futuram. Nam ſi de verbis inter nos præcipuum certamen eſſet, quamquam tuam Sapientes doctrinam probandam for-

Inter nos, & Febronium de ratione gerendae Eccleſiae non verborum eſt parva; ſed rerum permagna diſſenſio.

1714. quo loco Petrum eumdem refellens: „ Solent, „ *inquit*, acuti homines quadam ſubtili ambiguitate, „ & verborum tegmine obumbrare poſitiones ſuas, „ ut poſſint eas ſubtili diſputatione, & verborum no„ ſitate ſalvare. Sed dum ab his non ſic intelligun„ tur, errandi occaſionem multis præbent „. Sed haec notiora ſunt, quam ut multis confirmari debeant.

(1) Confer Epiſtolam ſecundam noſtram §. V. n. VIII. p. 204. ſq.

(2) Febron. *T. IV. P. I. Diſſert. I. Cap. II. p. 23.* quo loco de ſuo Adverſario contemtim agens: „ Si „ gratiam, *inquit*, facimus homini illi, dicemus, „ cum hic, ut frequenter alibi de ſolo nomine diſ„ putare „. Simile quidpiam dixerat *Tom. II. Apolog. Adv. IV. Theologos Artic. II. n. VIII. p. 179.* ubi: *admittant*, inquit, *Theologi noſtri Venetus* (Sangallo), *& Ubius* (Cauſſmans) *reſtrictiones, & terminos, quos Gerſon, & Natalis Romanæ Monarchiæ ponunt, & parum inter nos ſupererit diſſenſionis circa Statum Eccleſiæ, de quo hic tractatur. Hoc neglecto, tota theſis de Sacra Monarchia in quæſtionem de nomine reſolvetur.*

fortaſſe ducerent; prudentiam tamen deſiderarent. Quo namque prudentiae genere ſententiis tu uterere noſtris, verbis alienis; quorum quidem verborum cauſſa, in erroris invidiam incurreres, odiumque in te concitares multitudinis Catholicorum? Inanis tua iſta eſt omnis, mihi crede, non juſta, neque idonea excuſatio. Age, referſis animum ad veritatem: *Certam* gerendae Chriſtianae Civitatis formam decretam fuiſſe, noſtra eſt affirmans ſententia; tua negans (1). Rurſum monarchicum eſſe Eccleſiaſticum regimen ariſtocratia ſummum temperatum, Orthodoxi quique (2) profitemur; tu idipſum regimen, clamitas, tam abſurde, quam *pugnum ad oculum* accommodari

---

(1) Vide *Epiſt. II. noſtram* §. *V. n. VII. pag.* 183. *ſq. & pag.* 191. *&* §. *VI. n. XIII. p.* 230. *ſqq. & n. XIV. p.* 237. *ſqq. &c.* Febron. T. IV. Diſſ. II. Cap. I. n. VI. pag. 58. „ Dixerat, *inquit*, Febronius ( Pu-„ fendorſium ſequutus ) IDEO NON TANTUM OPUS NON „ ESSE DECRETO SUPER DETERMINATA FORMA EC-„ CLESIASTICI REGIMINIS, quin & ABSURDAS eſſe „ quæſtiones, Monarchia, Ariſtocratia, an Demo-„ cratia Eccleſiæ conveniat; ſiquidem hae formae „ ſolum cadant in *Status*, ſeu *Civitates*, quae *deno*-„ *minatio*, juxta Pufendorſium ( *a quo tu vera dici* „ *affirmas* ) minime convenit Eccleſiae.

(2) Confer Epiſt. II. noſtram n. xv. p. 244. ſqq. & §. VII. n. XXI. p. 324. ſqq. & §. IX. n. XXX. ſqq. p. 371. ſqq. & §. X. n. XXX. ſqq. p. 381. ſqq.

dari ad ſocietatem Chriſtianam poſſe. Poſtremo (nolo enim longius facere) tu Pufendorfii *hac in parte veram* ſcribis eſſe, *catholicamque* doctrinam (1); nos confertam hæreſibus dicimus, graviſſimo, certiſſimoque Eccleſiae Catholicae judicio condemnatis (2). Quid tu modo? Tamenne perges contentionem de vocibus eſſe, defendere? Verſes te licet quocumque voles, erit hæc nihilominus (uti quiſque, niſi plane ſit ſtipes, intelligit) non verborum inter nos parva, ſed rerum permagna diſſenſio.

IV. At mones, dixiſſe te, *quodammodo* (3) *proprias civili ſtatui eſſe formas Ariſtotelicas* Quod Febronius ſcribit, non negaſſe ſimpliciter ſe, &c.

(1) Ibid. §. VI. n. VII. p. 183. ſq.

(2) Ibid. §. V. n. VIII. p. 193. ſqq. & §. VI. n. XI. p. 207. ſqq. & §. VII. ſqq. n. XVI. ſqq. p. 254. ſqq.

(3) Febron. T. IV. P. I. Diſſ. 1. cap. II. p. 22. ſqq. „ Sane, *inquit*, in utroque Febronius Tomo loquu„ tus eſt de *Statu civili* „ (Labitur; nam in Priore, ubi affert Pufendorfi locum, Civilem Statum non nominat) „ cujus conſequenter ideam, & huic QUODAMMODO „ proprias formas Ariſtotelicas ab Eccleſia excluſit. Di„ xerat etenim verbis Pufendorfii, has formas cade„ re in STATUM aliquem, ſeu CIVITATEM; ECCLESIA „ AUTEM STATUS NON EST. Quid per verbum STA„ TUS Pufendorfius hoc loco intellexerit, ſatis expli„ cat per verbum CIVITAS. STATUS, inquit, SEU CI„ VITAS. Civitas autem CIVILEM PROPRIE STATUM, „ ſeu rempublicam proprie ſignificat „.

Ecclesiam eſſe Statum; dixiſſe vero, formas Monarchicam &c. quodammodo eſſe Status civilis proprias, repugnat iis, quæ idem probat. Hæc dum diſputat, conflat Ecclesiæ Gallicanæ insignem injuriam. Redit ad ingenium, ac luctatur ſecum; nec animadvertit, errorem non excuſari, ſed probari cōtradictione. In tanta ſecum conflictione, hoc tueri pergit: Pufendorfii catholicam eſſe ſententiā.

*cas* Monarchiae, Ariſtocratiae &c. neque te uſquam negaſſe *ſimpliciter* Eccleſiam *eſſe Statum*. De *Ariſtotelicis*, quas vocas, formis, diſputavimus Epiſtola Superiore. Cetera tua nondum ſatis, quo ſpectent, percipio. Nam τὸ *quodammodo*, e τὸ *ſimpliciter* conturbant, quin plane aſſequar, quid loquare. Quid enim iſtud eſt *quodammodo*? An eo tu illud uſurpaſti (1), quo ſignificares, ſic formas iſtas *regiminum proprias* eſſe *civili ſtatui*, ut etiam non inepte queant aliqua ratione in Eccleſiam cadere? Sed quo tandem modo, ſi tu ipſe eodem iſto in loco eas te ab Eccleſia excluſiſſe (2) confiteare? Cur autem non excluſiſſes, ſi tu idem ſis, qui formas iſtas tam incommode accidere ad Eccleſiam poſſe, quam pugnum ad oculum conſtituiſſes?

Satis de *quodammodo*. Nunc τὸ *ſimpliciter* quale ſit, noſſe cupio. Nam ſi comparatum ſic eſt, ut *ſecundum aliquid*, non omnino *negaſ-*

(1) Nam quo alio ſenſu uſurparis, ne ſuſpicari quidem poſſum. Aut enim prorſus inane, nihilque ſignificans id QUODAMMODO eſt; aut ſi quid ſignificat, hoc quod dixi, neceſſe erit, ſignificet.

(2) Febron. idib. „ fatigari (a ſuo Adverſario) „ Lectores, ſcribit, pluribus foliis diſputando, Eccle„ ſiam eſſe Statum: quod a Febronio negari FALSISSI„ ME aſſerit. Quandoquidem civile ſolum Imperium „ ab ea excluſit „. *pag.* 23.

*negaſſe* te indicet, *Eccleſiam eſſe Statum*; fatebere quidem certe, nihil obſtare, quin *ſecundum* aliud *quidpiam* Eccleſia ipſa commode & dici *Status*, & eſſe poſſit. Jam id ſi fateare, concedas item neceſſe eſt, *formas* illas *Regiminis* (quas *Ariſtotelicas* falſo, ut eſt ſupra demonſtratum, vocas) apte in Eccleſiam eamdem competere. Concedes autem. Nam formas ejuſmodi ideo non prorſus, ſed *quodammodo* tantum *proprias* eſſe affirmas civilis ſtatus, ut aliqua forte tibi pateat deinceps tui excuſandi via, dicendique, earum formarum aliquam attribui Eccleſiae recte poſſe. Haec vero omnia, qua tu demum conſtantia doctrinae tuebere, quorum eſt cum ceteris cogitatis, dictiſque tuis patens, immaniſque luctatio? Nam ſi *τό quodammodo* iſtud tuum eo pertinet, ut oſtendat, *formarum* illarum aliquas *apte* etiam in *Eccleſiam* cadere; non ſane diſpicio, quemadmodum id componi cum iis queat, quae Volumine ſecundo complexus es *de formis* iiſdem tam abſurde congruentibus Eccleſiae, quam *oculo pugnum* (1); & quae intuliſti in Priorem Partem Voluminis quarti tui (2), ſuntque hujuſmodi: *Suſtinuit* (Febronius) ET ETIAMNUM SUSTINET, *nullam inter*

B

(1) Vide *Epiſt. II. noſtram* §. *IV. n. VII. pag.* 184.
(2) Differt. *II. cap. I. n. VI. pag.* 59.

*inter ſtatum civilem & Eccleſiaſticum eſſe relationem quoad formam, nullam ſimilitudinem*. Jam ſi *nulla relatio, nulla ſimilitudo*, non ergo *quodammodo*, ſed *prorſus propria* ea *forma* erit *civilis ſtatus*. Nam praeter Eccleſiam, quam tu finges ſocietatem, cujus cauſſa non omnino, ſed *quodammodo forma* eadem ſit *propria ſtatus civilis?* Pergis porro; *Proinde nonniſi cum* ABSURDITATE *formas ſtatuum civilium, ſeu Rerumpublicarum* &c. *trahi ad Eccleſiam, quae ſuis regitur canonibus, non philoſophorum, & politicorum principiis; conformiter ad illud S. Ambroſii lib. 1. de Fide cap.* XIII. (1)„ credimus

(1) Sicut non quoslibet Piſcatores, ac Publicanos probat; ita ne Dialecticos quidem omnes, ac Philoſophos Ambroſius reprobat. Niſi forte ſubdolo piſcatori plautino Grippo, quam vere Chriſtiano Philoſopho Athenagoræ malis credere. Jam S. Doctor Piſcatorum, Publicanorumque nominibus Apoſtolos appellat; Philoſophorum autem, ac Dialecticorum non veraces, juſtoſque Philoſophos, ac Dialecticos indicat, ſed eos, qui fallaciter, & perverſe judicent. Quare in Priore illo *de Fide*, ad quem provocas, *Libro Cap. XIII. n.* 85. *pag.* 585. *Tom. III. Opp. Ambroſii Edit. Venetae an.* 1751. *ſic habet. Non creditur Philoſophis, creditur Piſcatoribus; non creditur Dialecticis, creditur Publicanis. Illi voluptatibus, & deliciis orbem ligarunt; iſti jejuniis, & doloribus exuerunt*. Hunc tu locum diminutum afferre non dubitas more tuo. Sed hac de re non eſt opus, ut agam pluribus,

mus piſcatoribus, non dialecticis„. Quid tu? Scripturamne, Febroni, Traditioneſ-



bus. Hoc nunc tecum cogites diligenter, velim: Ambroſium„ qui tam ſaepe, atque in iſto in primis *de Fide* libro egregii diſputatoris functus ſit munere, numquam *Diſputatores*, hoc eſt *Dialecticos* quoſque fuiſſe repudiaturum. Quid? Si idem *τὸ duc in altum* (quod Chriſtus Petro, ut eſt in Evangelio Lucae, dixit) interpretans *lib. IV.* in Luc. n. LXI. T.II. p.848. *alti* vocabulo *profundum* intelligat *diſputationum*? Nempe hoc etiam reſtat, ut Chriſtum quidquam pravi, minuſve ſe digni Petro imperaſſe ſtatuas; atque ad eam rem adſtruendam adhibeas Ambroſium, aut alium quempiam majorum teſtem. Illud praeterea, quaeſo, conſideres, ſolemnem iſtam fuiſſe ſtudioſorum novitatis artem, ut catholicae veritatis vindicibus, auctoritatem detracturi, dialecticam exprobrarent. Qua de re S. Auguſtinus Creſconium Donatiſtam refellens ſic habet lib. *I. c. XIII. n. 16. T. IX. Opp. pag.* 270. *ſq. Edit. Antuerp. an.* 1700. „ Quid eſt aliud *dialecti-*
„ *ca*, quam peritia diſputandi? Quod ideo aperien-
„ dum putavi, quia etiam ipſam mihi objicere volui-
„ ſti, QUASI CRISTIANAE NON CONGRUAT VERITA-
„ TI, & ideo me doctores veſtri velut hominem dia-
„ lecticum merito fugiendum potius, & cavendum,
„ quam refellendum, revincendumque cenſuerint.
„ Quod cum tibi non perſuaſerint (nam te adverſus
„ nos etiam ſcribendo diſputare non piguit); tu tamen
„ in me *dialecticam* criminatus es, quo falleres impe-
„ ritos, illoſque laudares, qui diſputando, mecum
„ congredi noluerant. *n.* 17. Si Paulus dialecticus
„ erat, & ideo conferre cum Stoicis non timebat, quia
„ non ſolum acute diſputabat, ſicut & illi; ſed etiam

„ vera-

que Majorum *principiis* Philoſophorum, ac Politicorum niti; Canoneſque Sacros non ad Scripturæ, Patrumque normam conditos fuiſſe putas? Si autem non putas; Boſſuetiumne, Marcam, alios quos nominas Scriptores Gallos, qui *Monarchico - Ariſtocraticam* regendæ Eccleſiæ rationem probant, Sorbonam etiam, quæ annuente Clero, hæreſeos damnavit propoſitiones Marci Antonii de Dominis Spalatenſis Apoſtatae id regimen ad Eccleſiam congruere, non ſecus atque tu facias, pernegantis; illos ne, inquam, Scriptores, Sorbonam, Clerum ipſum non Scriptura, non Traditione Patrum, non Canonibus; ſed una Philoſophorum, Politicorumque auctoritate in eam ſententiam veniſſe defendes? Quæ, obſecro, eſt, niſi ſumma hæc eſt iis tot, tantiſque viris, ei tam illuſtri Academiæ (1), eique Eccleſiæ (2) abs te conflata injuria? Sed mones

---

„ veraciter, quod non illi; jam cave, cuiquam dialecticam objeceris, qua uſos Apoſtolos confiteris... „ Puto jam, quod Apoſtolum diſputatorem non neges, etiamſi dialecticum neges. Improbare ergo in „ vocabulo græco, quod approbare cogeris in latino, „ quid eſt aliud, quam INDOCTIS PRAETENDERE FALLACIAM, DOCTIS FACERE INJURIAM? „ &c.

(1) Confer *Epiſt.II. noſtram T.I. pag.* 377. *ſqq.*

(2) Nam Clerus Eccleſiam exhibet Gallicanam. Ejus autem teſtimonium adduximus Epiſt. II. pag. 369. not. I.

nes *heic iterum lectorem tuum , quod dum virorum eruditorum* ( Gerſonis (1) , Alliacenſis , Marcæ , Boſſuetii, Giberti ) *ſententias recenſes , qui Eccleſiæ formam* MONARCHICO - ARISTOCRATICAM TRADUNT , *non id eo fine , ac conſilio agis* , QUASI HANC FORMAM APPROBES , *ſed ut abſolutam regiminis Monarchicam poteſtatem a Papatu , & ejus jure excludas* (2) . Hæc tua eſt , Febroni , tam Eccleſiæ Gallicanae doctrinis inimica opinio. Et is tamen tu es , qui cum *approbare* te neges , quod Scriptores Galli , quod Sorbona , quod Clerus ſic probant , ut eos , qui contra ſentire non vereantur , in hæreſeos crimen vocent; tum Gallorum te perpetuo niti , tegique ſententiis gloriare .

Jam eo revertor , unde huc parumper digreſſi ſumus . Si *toto* , ut inquis , *cælo* (3) ab omni *Statu civili* diſtans Eccleſiæ *Status* eſt ; atque ſi ex ſolo *civili Statu* repeti omnino regiminis *formæ* debent (4), adeo



(1) Hoſce Scriptores recenſet Febronius T. IV. P. I. Diſſ. II. cap. I. pag. 52. *ſqq*, nec tamen audit , immo reprobat .

(2) Febronii verba ſunt e IV. Tom. P. I. Diſſ. II. cap. *I. pag.* 59.

(3) Vide Febronii hac de re locum *pag.* 10. *hujus voluminis* .

(4) Ideo namque , ut vidimus , Puſendorſius , ejuſque imitator Febronius formam ejuſmodi nullam in Eccle-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

adeo ut, quia Eccleſia *Civilis Status* non eſt, ideo *forma* regiminis *Monarchici*, *Ariſtocratici ve* nulla, niſi *abſurde* (1), aptari Eccleſiæ ipſi poſſit; quo demum ore, *formas* easdem (2) *quodammodo*, putaſſe te, dices *proprias* eſſe *civilis Status*, non autem omnino? Nam ſi tam ſunt *propria Status civilis*, ut niſi inepte, accommodari ad Eccleſiam nequeant, non *quodammodo* quidem certe, uti nunc ſcribis, ſed omnino illæ *propriae* ſunt habendæ *civilis Status*. Quamobrem erunt ipſæ non *prorſus*, judicio tuo, ſed *quodammodo ſtatus civilis propriæ*: teque mox contra ſtatuente, *propriae ſtatus* ejuſdem non *quodammodo*, ſed prorſus erunt. Sapere autem eum, quis credat, qui iſtiuſmodi ſententiarum repugnantiam tantam non videat? Qua in re conſtantiam rurſum ſentiendi tuam, firmitatemque deſidero. Qui enim Eccleſiam *proprie Statum* negat eſſe: qui eam dicit *ſocietatem a civili Statu toto cælo diſtantem*: qui *formas regiminum Monarchici*, *Ariſtocratici &c. e civili Statu* ſic unice petendas defendit, ut has nonniſi

---

Eccleſiam cadere docent, quia Eccleſia ipſa non eſt Status civilis. *Confer Epiſt. II. noſtram §. IV. n. VII. pag.* 183. *ſqq.*

(1) *Ibid. p.* 184. ſq. Confer hanc tertiam noſtram *Epiſtolam Num. IV. pag.* 18.

(2) Vide hujus Epiſt. III. *Num. IV. p.* 15. *ſq.*

niſi *abſurde*, attribui Eccleſiæ nequire cenſeat; qui, inquam, ſic putat, quibus, quæſo te, gradibus, eo deſcendet, ut Eccleſiam ipſam *vero ſenſu* eſſe *Monarchiam* (etſi non omni, at aliqua ſaltem earum, quas volumus, ratione) ſtatuat? Præcipitare illuc profecto, mi Febroni, erit, non deſcendere. Quid? *Illudne, quod vero ſenſu* dicitur, *non proprie* dici arbitrare? Atqui idem ille tu es, qui cum *non proprie* Eccleſiam *ſtatum* eſſe judicaris (1); cumque formas regiminum Monarchici &c. tam incommode in Eccleſiam cadere, quam *pugnum in oculum* conſtitueris, propterea quod *civilis* ipſa *Status* non ſit, *totoque cælo a Statu civili diſtet*; tum oſtendiſſe te prædicas, *quo vero ſenſu Monarchia in Eccleſia* (2) *exiſtat*. Niſi autem hæc

 ſint,

(1) Febron. Tom. IV. Diſſ. II. Cap, 1. n. VI. pag. 59. „ Multum, *inquit*, (Adverſario) diſplicet, „ quod Eccleſia negatur eſſe ſtatus; non advertens „ denominationem STATUS PROPRIE pertinere ad ci- „ viles Reſpublicas, earumque territoria„. Si *proprie ſtatus* Rebuſpublicis civilibus convenit; non ergo *proprie* convenit Eccleſiæ, quæ non ſit civilis Reſpublica.

(2) Febron. Ibid. n. VII. *pag.* 60. Ceterum, *inquit* „ quo vero ſenſu MONARCHIA in Eccleſia „ exiſtat, ex Cardinale Polo dictum eſt „ *Tom. III. Febr. pag.*205. Hoc loco teſtimonium affert Cardinalis Poli ajentis: „ Eſt Status Eccleſiæ unius principis Sta- „ tus,

ſint ; quæ illa tandem erunt, quæ tu diſ. juncta eſſe, interque ſe contraria cenſeas? Sed qui inteſtinas omnes, perpetuaſque tecum luctas hac de re tuas perſequi deſcribendo conetur, næ is denique improbum

---

„ tur, quem Græci Monarchiam vocant; non tamen „ unius hominis imperantis, quales ſunt Monarchiæ „ ab hominibus inſtitutæ, ſed unius Dei, & hominis, qui eſt Chriſtus Dominus omnium noſtrum „ quem Deus poſuit caput ſuper omnem Eccleſiam, „ in qua ipſe Rectores, & Paſtores poſuit, qui eam „ regerent, & paſcerent nomine ejus, non ſuo ipſorum, ut in Oligarchia humana fit, aut etiam in „ Regio Statu „. At hæc non modo non *improprie* dici Eccleſiam Monarchiam & Statum efficiunt; ſed multo etiam perfectius, magiſque *proprie*, quam Reipublicæ humanæ dici conſuerint Status. Quamquam ſyſtema Poli ea, quæ de Concilio eſt, Tractatione comprehenſum, integrum abs te adduci voluiſſem. Ex eo enim facile aſſequi lectores potuiſſent, quæ fuerit ejus de Monarchia Eccleſiaſtica, quamque tibi inimica ſententia. Verum id a nobis ſyſtema opportune deſcribetur, ſed tempori, ut qua diligentia ſis hoc in genere controverſiarum verſatus, omnes intelligant. „ At ſi „ quis prætendat, *inquis*, ut *Monarcham vocemus* „ *eum*, qui primatum inter alios tenet, haud dubium „ quin Petrus, ejuſque in Romana Sede ſucceſſores „ Monarchæ nominari poſſint „. Febr. ibid. n. IV pag. 56. Sed qua id tu conſtantia dices, qui Pufendorfio aſſenſus ullam fuiſſe negas gerendae Eccleſiæ decretam formam? Age vero quem tu Primatum Petri commemoras, qui, ut ſuo loco liquebit, Primatum eumdem ſuſtuleris?

bum ab ſe, eumdemque prope infinitum laborem fuiſſe ſuſceptum intelliget. Equidem contentus iis, quas hac Tertia breviter, copioſius vero Epiſtola Secunda complexi ſumus; ceteras, quæ tam ingenti numero ſunt, prætermittam, hortans interea te, roganſque majorem in modum, ut ne id tibi excidere patiare, quod eſt a Boſſuetio traditum de *contradictione*, quæ *non excuſatio* ſit *erroris*, ſed *probatio*. At enim etſi in tanta tecum, tamque continenti pugna; eſt tamen hoc perpetuo ratum, ſtabile, fixum tibi: veram eſſe, atque catholicam ſententiam Puſendorfii ajentis, nullam Regiminis Eccleſiaſtici decretam eſſe formam; nullumque in Eccleſia imperium, quod penes unum, aut plures, aut omnes ſit, agnoſcentis.

V. Sed conceſſeris aliquod *imperium* Eccleſiæ: Falſum id profecto (nam Puſendorfio neganti, ut oſtenſum eſt, aſſentiris), at fac pauliſper habeatur verum: equidem ut, cujuſmodi ſit, aſſequar, rogo, poteſtatem ne quampiam id imperium ſecum ferat, an nullam? Fert, inquies, aliquam, opinor. Rogo iterum, quibuſnam datum id genus poteſtatis putes, unine, an multis, an univerſis Catholicam ſocietatem colentibus? Vereor, ne nulli, dicas. Etenim cum *imperium*, regimenve *Monarchicum*, quod

Sed conceſſerit Febronius aliquod Eccleſiæ imperium; ut cujuſmodi sit, intelligatur, uniusne, an plurium, an omnium; quæritur, num imperium idem ullam ſecum poteſtatem ferat; & quibuſnam hoc genus poteſtatis insit.

*unius*;

*unius*; *Ariſtocraticum*, quod *aliquorum*; *Democraticum*, quod *omnium* eſt conſtituentium ſocietatem, cum, inquam, id imperium, tam *abſurde* in Eccleſiam, quam *pugnum in oculum* recidere affirmes poſſe; illud certe ad nullos in Eccleſia eſſe delatum, ſi modo tibi conſtare velis, fatebere. Sed utere inſtituto ſolemni, & antiquo tuo. Non conſtes tibi. Nihil enim impedio. Eloquere, eccui id imperium Eccleſiaſticum, eamque poteſtatem decretam eſſe divinitus, arbitrare? Eccleſiæ, inquis, omni *collectim*. Jam iſtud expectabam, ut diceres. Non quæro, quam *latine*, quamquam es tu, *barbararum diſtinctionum* cauſſa multo, quam ferri poſſis, Scholaſticis noſtris infeſtior (2); Hoc quæro, quam *catholice*? Sane metuas etiam ab Gallis, neceſſe eſt, qui iſtud ipſum enunciari *catholice* poſſe pernegant. Quid? Si conſtituta doctrina iſta tua (confitendum plane ſit, Eccleſiaſticum, cujuſlibet modi ponatur) imperium, purum putum Democraticum eſſe oportere, quæ item eſt ab Eccleſia Catholica hæreſeos damnata ſententia. Verum ſit ne id conſequens, §. VIII. ſcribam? Nunc enim de inclita Natione Gallorum maturo dicere.

Sed

(1) *Febron.* Apolog. adverſus VI. Theologos Art. IV. T. II, p. 197.

Sed priuſquam demonſtrem, hanc, neque vero hanc ſolum, ſed Catholicas etiam gentes reliquas, Scripturarum, Traditioniſque Majorum auctoritate munitas, iſta item in re tibi vehementiſſime repugnare; dabis, credo, mihi hanc veniam, ut accurate, idque verbis tuis, exponam, quid tu quam fluctuans interdum, quamque tecum more tuo confligens, de *ὑποκειμένῳ ſubjecto* poteſtatis Eccleſiaſticæ ſentias, ne quid deinceps falſo a me tibi fuiſſe attributum querare.

## ſ. I.

*Clavium poteſtatem a Chriſto ἀμέσως* IMMEDIATE *toti Eccleſiæ* COLLECTIM *fuiſſe datam Febronius ſtatuit. Tergiverſatur vero interdum, ſecumque, uti ſolet, pugnat. Ejus tergiverſationis, ac pugnæ cauſſarum inveſtigatio.*

VI. MEminiſti dixiſſe te ſ. VI. Capitis I. Voluminis primi tui: *Poteſtatem Clavium* UNIVERSITATI *Eccleſiæ a Chriſto datam eſſe, quam* Eccleſia ipſa *per miniſtros ſuos exerceat* (1). Hujuſce theſeos tuæ explicandæ cauſſa, cum ſtatuiſſes = *Clavium*

Clavium poteſtatem omnibus Eccleſiæ membris collectim imediate fuiſſe traditam a Chriſto, Febronius ſtatuit.

(1) *Pag.* 22.

*vium poteſtatem Univerſitati Eccleſiæ proprie, & ita tranſcriptam eſſe, ut illa per eos miniſtros pro ſua cujuſque portione, ac inter hos per Summum Pontificem exerceatur*; tum locum Toſtati Abulenſis Antiſtitis e *Quæſtione octava, & quadrageſima* in *Numeros* attuliſti, ajentis: „ Claves datæ ſunt a Chriſto TOTI „ ECCLESIÆ; quia tamen non poterat UNI- „ VERSA ECCLESIA DISPENSARE ILLAS, CUM „ NON ESSET ALIQUA PERSONA, eas Petro „ dedit nomine Eccleſiæ „. Te igitur judice, poteſtas Clavium *toti Eccleſiæ*, ſeu *Univerſitati Eccleſiæ* ineſt; eademque *Univerſitas Eccleſiæ*, etſi non ipſa per ſe, at ipſa tamen eam poteſtatem illorum opera *exercet*, quos ſibi miniſtros conſtituit, quibuſque ejus *exercendae* jus *confert* [1]; non ſecus

---

(1) Toſtati, quem affers, cuique aſſentire, locus ſic habet: „ Hinc mortuo Petro, *Eccleſia* poteſt eligere Succeſſorem, & eligendo CONFERT EI „ POTESTATEM. Hoc idem patet in Communitatibus: „ ſi enim aliqua Communitas, vel Collegium eſt, ibi „ erit juriſdictio, & quia non poteſt adminiſtrari per „ univerſam ſocietatem, adminiſtratur per unum „ de Communitate; NON EST TAMEN JURISDICTIO IN „ ILLO, ITA QUOD NON SIT IN COMMUNITATE; SED „ EST MAGIS IN COMMUNITATE, quia antequam ille „ conſtituatur in Judicem, vel Rectorem, nullam „ habet juriſdictionem. Illo mortuo, vel cadente, „ non penitus expirat juriſdictio: poteſt alius præfici „ in

ſecus plane ac uſu in *Communitatibus*, vel *Collegiis* veniat, quæ cum polleant *juriſdictione*; tum hæc ( quoniam ſine perturbatione rerum ſumma geri ab *omnibus* non poteſt ) ab uno geritur Sociorum, ſive Collegarum, cujus fidei id adminiſtrationis genus *Societas*, *Collegiumve* mandaverit. Qua re fit, ut quemadmodum *juriſdictio virtute* (1) non

---

„ in Rectorem vel Judicem; non tamen poſſet hoc „ fieri, ſi non maneret juriſdictio in Communitate; „ ergo ipſa Communitas habet magis juriſdictionem. „ Ergo videtur, quod juriſdictio illa RADICALIUS erat „ in ECCLESIA, QUAM in PRÆLATO.

(1) Pergit Abulenſis, ut tute mones, ibidem, ſcribere: „ *Eccleſia* ſuſcipit claves a Chriſto, & Apo„ ſtoli tamquam MINISTRI Eccleſiæ, & nunc Eccleſia „ illas habet, & Prælati etiam; ſed ALITER ECCLE„ SIA, quam PRÆLATI: nam Eccleſia illas habet SE„ CUNDUM ORIGINEM, & VIRTUTEM; PRÆLATI AU„ TEM HABENT SECUNDUM USUM EARUM. Dicitur Ec„ cleſia habere ſecundum VIRTUTEM claves, quia „ poteſt illas CONFERRE PRÆLATO per electionem. „ Exemplum hujus rei in DOMINO REI, & USUFRU„ CTUARIO; nam Dominus rei habet uſum rei, & „ CONFERT ILLUM USUM ALTERI; ſed NON EO MO„ DO, QUO HABET; quia ſibi RESERVAT USUM UT „ PROPRIETARIO, ALTERI CONCEDIT UT USUARIO, „ VEL USUFRUCTUARIO, & in hoc confert Dominus „ quod habet, quia Dominus rei non eſt uſufru„ ctuarius, vel uſuarius. CONFORMITER in ECCLE„ SIA: IPSA ENIM non HABET CLAVES QUANTUM ad „ USUM. Omnia autem iſta deſcendunt ex hoc, quod ECCLE-

non tam in Miniſtro, quam in Populo, ſeu ſociata multitudine ſita eſt; ita poteſtas clavium Eccleſiaſticæ *Univerſitati origine*, ac *virtute*, *principaliter*, ut ſcribis, ac *radicaliter* (1) inſit; *uſu* vero ſolum competat Sacrorum Præſidibus. Quorſum hæc evadant, mox inveſtigavero. Hoc miror, te, qui ſic ægre feras ſi quid diſtincto eſſe opus Romani putent, ut ſtomachari etiam videare; te, inquam, Toſtatianis, Eſcobarianis, Richerianis &c. *diſtinctiunculis* dedelectari, quæ cum barbariſmi plurimum; tum nihil nervorum habeant, nihil ſucci, nihil gravis, nihil ſolidi, nihil veri. Sed *de* tuis iſtis *radicaliter*, *uſualiter*, *inſtru-*

„ ECCLESIA non EST ALIQUID UNUM PER SE POTENS „ HABERE ADMINISTRATIONEM CLAVIUM: ſi autem „ poſſet per ſe adminiſtrare, non COMMITTERET ALI- „ CUI Prælato „.

(1) Tua hæc ſunt verba Febroni, *ibid.* n. 3. p. 26. „ Cum Eccleſia ipſa *principaliter*, & *radicaliter* OBTI- „ NEAT POTESTATEM CLAVIUM, quæ AB ILLA IN OM- „ NES EJUS MINISTROS, IPSUMQUE SUMMUM PONTIFI- „ CEM DERIVATUR, & ſingulis quibuſque pro ſua „ portione communicatur; hinc ſequitur Eccleſiam „ juxta *propriam ſuam diſpenſationem*, id eſt CANO- „ NES regi „. & cap. VII. §. I. n. VIII. p. 445. „ Ab Eccleſia (penes quam omnem Sacram Pote- „ ſtatem reſidere probavimus) JURISDICTIO in SIN- „ GULOS PRÆLATOS a ſummo ad infimum uſque pro ſua „ portione dimanat „.

*ſtrumentaliter*, deque *ſuppoſitaliter*, *& denominatione*, quibus deinceps uteris, numero ſequenti diſſeram. Pergam modo in tuam, ut coepi, opinionem inquirere. Jam quid de ὑποκειμένῳ *ſubjecto clavium poteſtatis* in Priore tuo Volumine conſtitueris, plane liquet. In Altero id ipſum confirmare ſtudes teſtimoniis Andreae Eſcobarii, qui ſchiſmatis tempore vixit, quique poſtea Magorenſis Antiſtes fuit; neque vero hujus ſolum, ſed etiam Academiae Cracovienſis. Prioris autem hunc affers locum. „ (1) Quando Pe-„ trus Claves accepit. has potius TOTA „ ECCLESIA SUPPOSITALITER accepit in ipſo „ Petro, ſive per ipſum Petrum; & ipſe „ Petrus Claves accepit in typo MYSTICE, „ ET MINISTERIALITER AB ECCLESIA UNIVER-„ SALI. Claves enim, quas Eccleſia non „ poterat PER OMNES EXERCERE UNIVERSA-„ LITER, VOLUIT, UT EXEQUERENTUR PER „ PETRUM, ET EJUS SUCCESSORES PARTICU-„ LARES „. Academiae porro Cracovienſis, quae ea de re egit iiſdem diſſenſionum temporibus, hanc deſcribis ſententiam: „ (2) „ Haec

(1) Apolog. Adverſus IV. *Theologos Artic.* 111. *pag.* 181.

(2) *Ibid. pag.* 182. Affers inde loca Cardinalis Cuſani, Synodi Baſileenſis, Gerſonis &c. de quibus ſuis locis opportune agam. Adjungis inde. „ Quaerat „ poſt

„ Haec poteſtas, juxta doctrinam Apoſtoli, „ videtur OMNIBUS INESSE MEMBRIS, SIVE „ TOTI CORPORI, non autem uni membro „ tantum. Dicit enim Apoſtolus, corpus „ non eſt unum membrum ſed multa. Ap- „ paret igitur, quod poteſtas Eccleſiae „ ſeipſam conſervandi, regendi, & tuen- „ di, INSIT CORPORI, SIVE OMNIBUS MEMBRIS „ SIMUL, non autem quod ex unico membro „ dependeat in totum „. Hanc tu ſententiam adprobatam, traditam, defenſam, adſertam a Scriptoribus fuiſſe mones, qui *in*, & *extra Concilia vera columnae Eccleſiae* fuiſſent

---

„ poſt hæc Doctor Cauſſmans, quinam Scholaſtici „ doceant, Eccleſiaſticam poteſtatem, ac juriſdictionem „ PRINCIPALITER IN TOTA ECCLESIA RESIDERE. Di- „ cat Fabroniana paradoxa eſſe hæc: UNIVERSITAS „ CREDENTIUM ACCEPIT CLAVES PROPRIE, PRINCI- „ PALITER, RADICALITER: PRÆLATI EAS AB EC- „ CLESIA HABENT USUALITER, USUFRUCTUALITER. „ Reſpondebimus, ſic docere Andream de Eſcobar „ Megarenſem in Hiſpania Epiſcopum, Alfonſum „ Toſtatum Epiſcopum Abulenſem pariter Hiſpanum, „ Gerſonium Pariſienſem Cancellarium, Nicolaum „ Cardinalem Cuſanum Germanum, Dionyſium Car- „ thuſianum Belgam, trecentos circiter Patres Con- „ cilii Baſileenſis, Univerſitatem Cracovienſem in Po- „ lonia, & alios, quos articulo ſequenti nomina- „ bimus. Tantos viros, veras Eccleſiae in & extra „ concilia columnas (non diſpliceat noſtro Doctori „ Ubio) longe præferimus *Scholaſticis*, quos ille amat, „ & heic deſiderat „.

ſent quoſque *Scholaſticis* longe *abs te præferri* gloriare.

In tertio autem Volumine Operis tui eamdem tu prorſus inſiſtens viam, poſt ubi deſcripſiſti Petavii locum proponentis dogma Richerianum, qui locus ſic haberet (1)=*Schola Pariſienſis* ( ut fert Richerius ) *congruenter ad mentem omnium antiquorum Doctorum Eccleſiae, perpetuo, conſtanterque docuit, Chriſtum fundando* ECCLESIAM, PRIUS, IMMEDIATIUS, ESSENTIALIUS CLAVES, *ſive juriſdictionem* TOTI DEDISSE ECCLESIAE, *quam Petro; ſeu quod eodem redit*: CLAVES TOTI CONTULISSE ECCLESIAE, UT PER UNUM MINISTERIALITER EXERCERENTUR. *Quandoquidem tota juriſdictio Eccleſiaſtica primario, proprie, ac eſſentialiter Eccleſiae convenit; Romano autem* PONTIFICI, ATQUE ALIIS EPISCOPIS INSTRUMENTALITER, MINISTERIALITER, ET QUOAD EXECUTIONEM *tantum, ſicut facultas videndi oculo*. = poſt, inquam, ubi hæc deſcripſiſti, fidenter ſane, more tuo: *audeo*, inquis, *reponere, Richerii Syſtema, quoad hoc, neque novum eſſe, neque impium*; SED HANC EJUS DOCTRINAM VERAM, PIAM, ET STATUI, ATQUE INSTITUTO ECCLESIAE CONFORMEM (2). C In

(1) Febronius in ſui *Defenſione Tit.* 1. §. 11. *pag.* 12. *ſq. Tom.* III.

(2) De Richerio diſſeram opportunius. *Num.* XVIII. *ſqq.*

In Volumine quarto eadem tua eſt ratio. *Capitis* enim ſecundi *Novæ Defenſionis* tuae haec eſt inſcriptio = „ Eccleſiæ claves a
„ Chriſto immediate datae ſunt . Ea per
„ hoc ſubjectum proximum Sacræ Poteſta-
„ tis effecta eſt „ . Id autem oſtenſurus , ſic ſtatuis = „ Noſtra , & PRÆCIPUORUM THEO-
„ LOGORUM, atque COMMUNIOR SENTENTIA
„ eſt: Chriſtum IMMEDIATE , & per ſe cla-
„ ves TOTI ECCLESIÆ COLLECTIM SUMTÆ de-
„ diſſe; adeoque SUBJECTUM , ut loquun-
„ tur , IMMEDIATUM ECCLESIASTICÆ POTE-
„ STATIS non eſſe PAPAM , AUT PRÆLATOS,
„ ſed TOTAM ECCLESIAM ; ita tamen , ut
„ PER PRÆLATOS JUS CLAVIUM EXERCEATUR .
„ Firma hæc fuit a ſeculis doctrina con-
„ ſtanter defenſa a Guillelmo Durando ,
„ ab Alliacenſi , Gerſone , Almaino , Ma-
„ jore , Gerbaſio , Arnaldo , Choiſellio Tor-
„ nacenſi , Colberto Moſpellienſi , Natali
„ Alexandro , Petro de Marca , Joh. Petro
„ Giberto , præſertim vero a Magno Boſ-
„ ſuetio Meldenſi Epiſcopo; item ab An-
„ drea Eſcobar , Johanne de Segovia , Al-
„ fonſo Toſtato , Dominico Soto , Marti-
„ no Navarro , Didaco Payva , Petro , &
„ Alfonſo Guerrerio , Didaco de Alva ,
„ Antonio Pereira , a Panormitano , Card.
„ Zabarella , a Bartholomæo Brixienſi
„ Gloſſatore , ab Antonio de Roſellis , Ni-
„ co-

„ colao Cuſano, Dionyſio Carthuſiano, „ Jacobo de Paradiſo, Johanne Eckio, ab „ Univerſitatibus Conimbricenſi, Pariſienſi, Viennenſi, Erfordienſi, Colonienſi, Cracovienſi, & ut ceteros prætermittam, a trecentis Patribus Synodi „ Baſileenſis (1) „. Næ tu in tot Doctoribus, &c. numerandis multam operam conſumſiſti fruſtra: Nam ſic habeto: Horum partem maximam abs te diſſidere. Id re ipſa experiere, ſed tempori. Quo ſane tempore ſyllabum etiam illuſtrium Scriptorum, qui tibi adverſentur, multo iſto tuo copioſiorem dabo. Modo (quod propoſitum huic loco eſt) cetera, quæ de *ὑποκειμένῳ ſubjecto* poteſtatis clavium quarto tuo Volumine continentur, diligenter, ut inſtitui, perſequar.

Jam capite eodem [2] Secundæ Diſſertationis Partis primæ Tomi quarti tui, *cla-*



(1) Tom. IV. P. I. Diſſert. II. Cap. II. n. 1. pag. 60. ſq.

(2) Num. IV. pag. 65. ſq. quo loco Ballerinium ſic adverſus te diſſerentem inducis: „ Hoc „ principium de clavibus immediate traditis ipſi Eccle- „ ſiæ eo ſenſu acceptum, quo Eccleſiæ nomine „ omnes non ſolum Clerici; ſed etiam Laici, atque „ mulieres ad Eccleſiæ corpus pertinentes compre- „ hendantur, omnibuſque clavium poteſtas immedia- „ te tradita judicetur, falſiſſimum, & damnatum „ ab

*claves Univerſitati Eccleſiæ* a Chriſto traditas fuiſſe doces; quare eam poteſtatem exer-

---

„ ab Eccleſia Febronius vindicare non poterit „. Ad hæc autem tua reſponſio eſt hujuſmodi: „ His neque motus, neque territus ſuſtinere audeo, ECCLESIÆ NOMINE, licet Epiſcopi, & Presbyteri præcipue intelligantur; OPTIME tamen dici POSSE, atque DEBERE, claves ECCLESIÆ UNIVERSITATI, ut loquitur Auguſtinus (*de quo paulo poſt*) DATAS ESSE, quæ ſcilicet PER EJUS MINISTROS EXERCEANTUR. Unde licet nulli, præterquam EPISCOPI, & PRESBYTERI poteſtatem EXERCENDI claves habeant, EA TAMEN in UNIVERSA RESIDET ECCLESIA, QUO NOMINE in Sacris Litteris NON SACERDOTES SOLI, SED UNIVERSUS FIDELIUM COETUS INTELLIGITUR *Ibid.* p. *66*. Scio Theologorum ultramontanis opinionibus addictorum antiquam cantilenam eſſe, ut ubi ab aliquo viderint ſpiritualis poteſtatis proximum, immediatum ſubjectum, non in Pontifice, ſed in Eccleſia collocari, ſtatim vociferentur (ut hic facit Ballerinius) ſubjici ab illo LAICORUM COMMUNITATI, & *mulierculårum arbitrio* omne *exercitium*, *omnem executionem ipſius poteſtatis*. Sed nemo non videt, nodum in ſcirpo quæri, dum propoſitioni noſtræ: *Eccleſiam*, *quæ* in *Congregatione omnium fidelium conſiſtit*, *poteſtatem clavium tenere*, hæreticus ſenſus adſcribitur. Etenim quilibet recte hæc audiens facile intelligit, ſenſum illius EUMDEM OMNINO ESSE, quo Cyprianus Epiſt. LXXIII. dixit: *Eccleſia eſt*, *quæ tenet*, & *poſſidet omnem ſponſi ſui*, *& Domini poteſtatem*. Eumdem omnino, quo dixit Auguſtinus Serm. 108. *Columba ligat. Claves* non *unus homo*; ſed *unitas*

„ *ac-*

*exerceri* quidem ſtatuis a Sacrorum Præſidibus; *reſidere vero in Univerſa Eccleſia*. Vocabulo autem *Eccleſiæ* ibi abs te *intelligi*, mones, *non Sacerdotes*, *ſed fidelium coetum Univerſum*. Mox cum argumentis eorum premare, qui te, quod *ſubjeceris laicis etiam*, ne *mulieribus* quidem exceptis, *exercitium clavium*, jure oppugnant; cum, inquam, horum argumentis premare; neque viam ex anguſtiis, in quas te redegerunt, evadendi ullam reperias, ſtrophis utere. Provocas enim ad Patres. Cyprianum autem in primis, atque Auguſtinum nominas. Profers mox aliquot eorum verba, quaſi hæc ſententiis tuis cohæreant; cum tamen, ut §. quarto oſtendam, vix quidquam eſſe poſſit disjunctius. Miſces inde neſcio quæ de Eccleſia *domina Clavium*, *domina Sacramentorum*, *domina Epiſcopatus*, *Pontificatus* denique Petri *domina*; quarum quidem rerum nihil umquam ſimile Majoribus noſtris in mentem venit. Ecquis enim eorum laicos



„ *accepit Eccleſiæ*. Nempe, ut eo modo dicatur „ CONGREGATIO OMNIUM FIDELIUM eſſe DOMINA CLAVIUM, QUO dici poteſt DOMINA SACERDOTII, EPISCOPATUS, PONTIFICATUS, & SACRAMENTORUM „ OMNIUM. Iſtorum autem omnium DOMINA eatenus „ dicitur CONGREGATIO OMNIUM fidelium, quatenus „ iſta omnia a Chriſto Sponſo, ac Domino ſuo ACCEPIT PER IDONEOS MINISTROS DISPENSANDA „.

coſ ſive mares, ſive ſeminas, [ qua pars ejus *Univerſitatis*, ſeu *Eccleſiæ* ſunt ] *dominio* potiri *Clavium*, aut *Sacramentorum*, aut *Epiſcopatus* cenſuit, cum funditus quavis etiam careant poteſtate? Verum tu iſta turbans, quoniam irretiri te majorem in modum cernis, ut e tot laqueis teipſum aliquando expedias, *logicam* ad extremum tibi ſubſidio comparandam arbitrare, quam tamen alicubi, ut indignam Theologo, contemſiſſes (1). Sed age mirum iſtud, quæſo, nobis explica præceptum logicum (2). „ Si vis, *in-*
„ *quis*, ad Logicam ſimul, & Theologiam li-
„ mare dictum Febronii, pone *ſubjectum* DE-
„ NOMINATIONIS, *quoad quamcumque Sacram*
„ *poteſtatem*, *eſſe* ECCLESIAM COMMUNITER;
„ INHÆSIONIS autem SUBJECTUM HIERARCHAS
„ SOLOS. Hoc ſenſu ille loquutus eſt. Ca-
„ piant hoc ſibi, & abeant, nihil poſthac
„ de verbo hoc cavillaturi Kauffmanii,
„ Ballerinii, Ennodii &c. (3) „. Cave, mi Febroni, ne qui tua iſta legerint, non Ballerinios &c. ſed te *cavillari* judicent. Nam iſtud quidquid eſt myſterii *logici*, ſi mo-

(1) Vide ſupra pag. 18. ſq. hujus Vol. & Febronium T. II. *Tract.* Inſcripto *Flores Sparſi* Cap. I. pag. 342.

(2) Febron. To. IV. pag. *66*.

(3) Eadem fere habes, Febroni, *Tom. II.* Operis *tui*, *adverſus quatuor Theologos. Artic. III. p.* 181.

modo ſit logico dignum, vereor, ne adhiberi abs te, non declarandæ ſententiæ tuæ, ſed implicandæ, tegendæque cauſſa videatur (1). Equidem quo iſta *denominatio ſubjecti, inhæſioque* eruptura ſit, timeo. At de hac poſt paulo diligentius. Redis ad ingenium. Parte altera Voluminis ſecundi tui = *Omnem Poteſtatem Sacram toti Eccleſiæ a Chriſto immediate datam eſſe, demonſtrari* a Natali Alexandro, ab Andrea Eſcobario, atque a Toſtato, ſcribis: *Statum Eccleſiæ* (*ut* POLITICORUM VERBIS *explicetur*) *eſſe Monarchicum ex Ariſtocratico regimine temperatum. Verius, formam Regiminis Eccleſiaſtici*

 *pro-*

(1) Provide, Febroni, etiam, atque etiam; ne illud Petri Aurelii, quo tu auctore interdum utere, in te cadat, quod in Floydii defenſorem dictum eſt *In Vindiciis Cenſuræ Facultatis Theologicae Pariſienſis &c. Edit. Pariſ. an.* 1632. *pag.* 20. „ Ineptum, & ridiculum res morales ad calculos, „ ſive ad laqueos dialecticos, aut metaphyſicos con- „ trudere. Ineptius, immo perniciosius, & hære- „ ticorum pene proprium, fidei Chriſtianæ, Divina- „ rumque inſtitutionum auctoritatem, quarum unica „ propemodum ratio, unica lex Revelatio, & Voluntas „ Divina eſt, offuſo MINUTIARUM Scholarum pulve- „ re obducere, ut ILLUSIS mortalium oculis, Maje- „ ſtas illius, ſplendorque vileſcat: Miſerum Ariſto- „ telem, *qui iſtis dialecticam inſtituit artificem ſtruendi, & deſtruendi verſipellem* „! *Tertullian. de Præſcriptionibus. Cap. VII.*

*proprie lquendo* NEC ESSE MONARCHICAM, NEC AR. ISOCRATICAM, NEC DEMOCRATICAM. *In his em tribus formis Regiminis reperiri poteſta: e dominativam; hoc eſt poteſtatem pro libitu regendi, obligandi, legibus ordinandi, & cogendi invitos. E contra in Regimine Eccleſiaſtico, nihil pro libitu, ſed omnia fieri ſolum miniſterialiter pro executione Legum anteriorum, puta Naturalium, Divinarum, & Conciliarium, ſeu Collegialium, quas vel Deus anteriore jure Naturali, ac Divino, vel conſenſus Eccleſiarum, vel conſuetudo populorum ſenſim pro lege induxit. Ex Chriſti inſtituto regiminis Eccleſiaſtici formam hanc eſſe, ut diverſis Paſtoribus committatur, quorum unus ſit caput Collegii ad tuendam unitatem. Naturam Regiminis Eccleſiæ melius cognoſci non poſſe, quam obſervando; conſiderandoque modum, quo gubernata eſt per Apoſtolos, & Succeſſores iſtorum uſque ad Concilia Generalia per novem priora ſecula, in quibus celebrata ſunt octo priora hujus generis. Porro quamdiu vixerunt Apoſtoli, Eccleſia gubernata non eſt a Petro, ut Monarcha, ſed ab Apoſtolis conjunctim cum illo &c.* Hæc tu de forma regendæ Chriſtianæ Civitatis, deque ὑποκειμένῳ *ſubjecto* poteſtatis clavium quinque ipſis tui Operis Voluminibus complexus es. Sed cognoſce qua cohærentia ſententiarum,

quan-

quantaque judicii tui firmitate, atque conſtantia [1].

Tergiverſatur tamen, ſecumque, uti ſolet, pugnat. Sed hoc in cōflictu inteſtino ſuo id ſemper fixum, ac ratū habet, quod dixit de im̄ediate collectim data membris Eccleſiae omnibus poteſtate.

VII. Jam ex iis, quæ hactenus deſcripſimus, plane conſtat, tuam hanc eſſe doctrinam: *Claves datas proprie* fuiſſe *Univerſitati Eccleſiæ* (2). *Claves* enim *accepiſſe Petrum Eccleſiæ nomine* (3). Appellatione autem *Univerſitatis Eccleſiæ* OMNIA ECCLESIAE MEMBRA (4) (quibus eadem & *conveniat* (5) poteſtas, *&* *inſit* (6)); ſeu *fidelium* Coetum univerſum (7), non ſolos Sacerdotes (8) *intelligi* oportere. Ac Coetui quidem ipſi qua ratione ex omnibus ſive Clericis, ſive Laicis non Maribus ſolum, verum etiam Feminis componitur: Nam his item membris

(1) Cave, quæſo te, ne tibi quis jure aptet, quod de ſtudioſis quibuſdam novarum rerum ſcriptum ab Athanaſio legimus *in Epiſt. ad Epiſcopos Ægypti, & Libyæ n. VI. Tom. I. P. I. Opp. pag. 275. Edit. Pariſ. an.* 1698. πάντα κινοῦσι, καὶ ταράττουσι, καὶ οὐδὲ οὕτω τοῖς ἑαυτῶν ἀρκοῦνται . . . ἀεὶ γράφουσι, καὶ ἀεὶ τὰ ἴδια μεταποιοῦντες, ἄδηλον ἔχουσι τὴν πίστιν .„ Omnia movent, & conturbant, neque tamen ipſi ſuis ſunt contenti..Semper ſcribunt, & ſemper propria dogmata ſua tranſmutantes incertam habent fidem.

(2) Vide *pag.27.ſqq. hujus Vol.*

(3) *Ibid. p.* 28.

(4) *Ibid. p.* 32. *ſq.*

(5) *Ibid. p.* 32., & 36. *ſqq.*

(6) *Ibid.*

(7) *Ibid.*

(8) *Ibid.*

ecquid te putem agere, niſi congredi te, atque dimicare tecum? Quod ſi perſtas *Laicos quoque ſubjectum poteſtatis clavium non eſſe* dicere; ſolum certe Hierarchicum Ordinem eſſe ejus *poteſtatis ſubjectum*, ſi modo tibi conſtes, fatebere. Is enim reſtat, excluſis Laicis. At tute contra ſic negas, Hierarchicum ordinem *ſolum* ejuſdem *poteſtatis ſubjectum* eſſe, ut Laicos etiam (quoniam ſunt ii quoque membra Eccleſiæ) in *ſubjecti poteſtatis clavium* notionem includi oportere pugnes. Quare comprehendentur, & non comprehendentur notione *ſubjecti* ejuſdem etiam laici; eruntque una ſimul, & non erunt, te judice, *ſubjectum clavium poteſtatis*, quod quidem repugnans eſt. Age vero, *ſubjectum* rei cujuslibet ecquodnam dices, præter quam illud, cui res ipſa conveniat, & in quo inſit? Quid? An non tu *membris ſimul omnibus Eccleſiaſticæ Univerſitatis*, Sacerdotibus, Laicis, Maribus, Feminis *poteſtatem clavium* convenire, atque *eſſentialius, principalius, radicalius*, quam Prælatis *ineſſe* (1) prædicas? Das ergo, *Laicos* item haberi *ſubjectum poteſtatis clavium* oportere. Sed contra idipſum etiam negas. Quid autem hoc eſt, niſi pugnantibus ſententiis una, ſimul quæ fabriceris, evertere?

(1) Vide pag. 29. *ſqq.* hujus Vol.

tere? Præterea, ut ſupra demonſtratum eſt, *exerceri, adminiſtrarique poteſtatem* ab *Univerſitate Eccleſiæ* poſſe inficiare (1). Quæſo, cur? Quia Toſtatum ſequutus, *Eccleſia*, inquis, *non eſt aliqua Perſona, neque eſt aliquid unum per ſe* (2). Sit ita plane. Verum eſt etiam Perſonæ propria actio *conferendi poteſtatem* cuipiam, *committendive poteſtatis uſum*. Et is tu tamen es, qui *conferri* ab *Eccleſiæ Univerſitate* facultatem *exercendæ poteſtatis clavium, uſumve poteſtatis* ejuſdem *committi* (3) ſacrorum Præſidibus, darive *uſum fructum juriſdictionis* doces (4). Erit igitur, judicio tuo, & non erit aliqua Perſona *Eccleſiæ Univerſitas*; eritque ſimul, & non erit *aliquod per ſe unum*. Non erit Perſona, ut tu quidem concedis; erit contra, quia dat, confert, committit, quæ ſane actiones ejus ſunt propriæ, quod *Perſona, Suppoſitumve* ſit, aut *aliquid per ſe unum*. Neque enim intelligo, cur in non *Suppoſitum*, ſeu non *Perſonam* cadere actio *dandi, conferendi, committendi* poſſit; contra vero actio *adminiſtrandi, exercendive* non poſſit. Quid? Si tu idem pernegans: *Univerſita-*

(1) *Ibid. pag.* 28. *ſqq.*

(2) Ibid. pag. 29. *ſq.* not. 3. & p. 28. *ſqq.*

(3) Ibid. pag. 29. *ſq.* not. 3. quo loco ſic habetur *ſi* Eccleſia *poſſet adminiſtrare, non committeret alicui Prælato*. (4) Ibid.

*tatem Eccleſiæ* eſſe *Suppoſitum*, vel *Perſonam*: affirmes ſimul, *Univerſitatem* ipſam *Suppoſitum*, vel *Perſonam* eſſe? Niſi enim a *Suppoſito*, ſeu *Perſona*, nihil *accipi* poteſt *Suppoſitaliter*. Concedis autem *ſuppoſitaliter* (1) *Eccleſiæ Univerſitatem accepiſſe claves*. Erit ergo *Eccleſiæ Univerſitas*, te concedente, *Suppoſitum*, ſeu *Perſona*, quod rurſum negas. Itaque erit, & non erit; qua re quid demum reperies, quod ipſum ſibi repugnet magis? Sed hoc (2) quantum quantum Eſcobarii eſt, inquies. Aſſentior. Verum tute conſenſu, adprobatione, uſu idipſum quantum quantum feciſti tuum. Progrediar longius: *juriſdictionem*, ſive *clavium poteſtatem immediate* a Chriſto deſcendere in Antiſtites Sacrorum, pugnas [3]. Detur hoc tibi. Rem enim, de qua modo nulla inter nos eſt concertatio, nihil moror. Expecto, quid addas. Sumis: illud idem poteſtatis genus *immediate* traditum eſſe

---

(1) Ibid. pag. 31.
(2) Ibid. pag. 31.
(3) Febron. Tom. II. *Apolog.* Adv. *quatuor Theologos Artic. VII. pag.* 240. „ Epiſcopi, *inquit*, „ juriſdictionem ſuam tenent IMMEDIATE a Chriſto „. Et in *Florib. ſparſis Cap. VII.* Tom. ejuſd. pag. 480. „ juriſdictio Epiſcoporum IMMEDIATE a Deo eſt „. Quod idem ſexcentis aliis in locis tuetur; in primis autem *Tom.III. pag.* 156. *ſq.*

eſſe a Chriſto *Univerſitati Eccleſiæ*, ab eademque *Eccleſiæ Univerſitate conferri*, ſive *committi* Epiſcopis. *Mediate* igitur a Chriſto in Epiſcopos *poteſtas clavium*, ſeu *juriſdictio* proficiſcitur; ab *Univerſitate* vero Eccleſiæ *immediate*. Nam quod a Chriſto in Eccleſiam, ab Eccleſia in Epiſcopos defluit, quoniam interjecta, ac media *Eccleſia Univerſitate* defluit; *immediate* ſane ab *Eccleſiæ Univerſitate* neceſſe eſt defluat in Epiſcopos; *mediate* autem a Chriſto. Quare genus illud quid. quid eſt poteſtatis, ac juriſdictionis ſimul *immediate*, ut ſcribis; & non *immediate*, ut fateri cogeris, a *Chriſto* in Antiſtites ſacrorum manat. Hæc vero tam non congruunt, ut contra vehementer ſint repugnantia. Age vero quod narras, id ænigma ſolvi, *nec male* a Toſtato Epiſcopo Abulenſi, quale tandem eſt? *Communitatem*, is negat, poſſe *exercere actus aliquos*. *Actum* enim in *Perſonam determinatam* cadere: *Communitatem* vero non *eſſe Perſonam determinatam*. Jam eſſe *juriſdictionem ſecundum originem in Communitate*, & *ſecundum virtutem*; *quia omnes Perſonæ accipientes juriſdictionem, ex virtute Communitatis accipiunt*. Cur? *Quia ipſi poſſunt per ſe judicare*; *Communitas autem non* (1). Ridiculum! Quid enim poteſt eſſe abſur-

(1) Vide Tom. III. Febr. pag. 156. *ſq.*

abſurdius, quam ideo ex *virtute* cujuſquam juriſdictionem accipi, quia *is perſe judicare nequit*? Sed quæ Toſtatus de *actu*, qui nonniſi in determinatam Perſonam cadat, adjungit, quoniam eodem atque illa recidunt, de quibus paulo ante vidimus, omittantur. De poteſtate nunc clavium requiro, conferatur ne ( Toſtati, tuaque ſententia ) ab Eccleſiæ Univerſitate Epiſcopis, an non conferatur? *Conferri*, dicitis, *committi*, *tradi*, ut ſupra demonſtratum eſt (1); nec conferri tamen: Nam modo negatis, *Eccleſiam totam poſſe diſpenſare claves* (2), *cum non ſit aliqua Perſona*. Quid hæc

---

(1) Confer *quæ ſcripſi hujus vol. pag.* 28. *ſqq.*

(2) Febron. Tom. III. pag. 156. ſq. „ Hæ„ret, *inquit*, Italus, & quærit, qua ratione COMBINARI VALEAT, *quod Febronio* aſſeritur: claves „ datas eſſe Eccleſiæ, cum tamen hic prætendatur, „ ſingulos Epiſcopos eas IMMEDIATE habere a Chri„ſto. Hoc ænigma ſolvit Toſtatus Epiſcopus Abulen„ſis loco per Febronium c. I. §. VI. citato, videli„cet: *ipſa multitudo non habet* juriſdictionem, cum „ juriſdictio SECUNDUM ACTUM non POSSIT CADERE „ in COMMUNITATEM, ſed in PERSONAM DETERMINA„TAM; quia juriſdictio requirit ACTUS, ut JUDICARE, „ & IMPERARE; COMMUNITAS AUTEM NON POTEST „ EXERCERE ACTUS ALIQUOS; IMMO IMPOSSIBILE EST „ in COMMUNITATE ESSE JURISDICTIONEM SECUNDUM „ ACTUM. *Eſt tamen juriſdictio ſecundum originem* „ *in Communitate*, *&* *ſecundum Virtutem*; *quia om-*

„ *nes*

hæc tam contraria componi ne inter ſe, conciliarique poſſe arbitrare? At *pro ampliori claritate*, & *hujus quæſtionis elucidatione* neſcio *quid abs te eſſe differendum* (1) mones. *Differe*, per me licet. Verumtamen cura, obſecro, ne aut nihil, aut pugnantia differas. Equidem, niſi utrumque, at alterutrum ſaltem ne pecces, metuo. „ Claves, *inquis*, dantur ſingulis perſonis „ Epiſcoporum, etiam Summorum, non „ propter ipſos, ſed propter Eccleſiam (2)? Aſſentior. Pergis: „ Dantur autem per „ cha-

---

„ *nes Perſonæ accipientes juriſdictionem, ex virtute* „ *communitatis accipiunt, quia ipſi poſſunt per ſe* „ *judicare, communitas auten non. Ita autem videtur de clavibus Eccleſiæ, quia illæ datæ ſunt a Chriſto* TOTI ECCLESIÆ; *quia tamen non poterat* TOTA ECCLESIA DISPENSARE ILLAS, CUM NON ESSET ALIQUA PERSONA, TRADIDIT EAS PETRO, NOMINE ECCLESIÆ. „ *Non fuerunt datæ claves illis Apoſtolis tanquam* „ *determinatis Perſonis, ſed tamquam Miniſtris Eccleſiæ, & tunc dabantur magis claves Eccleſiæ; cum* „ *Eccleſia, quæ* HABET ILLAS *radicaliter, numquam* „ *moriatur*... *Reſpondendum eſt, quod Eccleſia* „ *ſuſcipit claves a Chriſto, & Apoſtoli tamquam Miniſtri Eccleſiæ; & nunc Eccleſia illas habet, &* „ *Prælati etiam; ſed aliter Eccleſia, quam Prælati.* „ *Nam Eccleſia habet ſecundum originem, & virtutem; Prælati autem habent ſecundum uſum* „ *earum* „.

(1) Febron. *Tom.III. pag.*157.

(2) *Febron. Ibid. pag.* 157.

„ characterem ordinis (1) „. Eſt id anceps, ut verendum ſit, ne quid iſtinc inſtrui poſſit inſidiarum. Sed reſervetur idipſum ei loco, qui erit de auctoritate Pontificis Maximi. Interea non repugnabo; dummodo ne inde concludas, quoſvis illorum, quibus *character* inſit, pares in omnibus divinitus data poteſtate, ac dignitate eſſe. Cedo, quid ſequatur. „ Ideo, *inquis*, ma- „ nent, claves ſemper in collectione Epi- „ ſcoporum, quia ſinguli de illa collectio- „ ne habent characterem; & ideo habent, „ quia decedente uno, ſuperſtites poſſint „ alii novo per ordinationem dare ſacra- „ mentalem characterem (2) „. Quid hoc ad rem? Scilicet *collectionem* heic ego Epiſcoporum nominari audio; non *Eccleſiæ Univerſitatem*, quæ non ſacerdotibus ſolum, ſed laicis etiam conſtet. Atqui hoc te declaraturum promiſeras, nempe: quo tandem modo Epiſcopis *immediate* a Chriſto poteſtas detur, quamvis *immediate* a Chriſto genus id poteſtatis obtineat Eccleſiæ Univerſitas, ex qua in Epiſcopos poteſtatem ipſam *clavium* defluere confitebare? Age vero cum de *Epiſcoporum Collectione* egeris, utcumque fuſius; de Eccleſiæ ve-

D ro

(1) *Ibid.*
(2) *Ibid.*

ro Univerſitate, nullo modo, etſi de hac te acturum promiſeras; ecquis non ſuſpicetur, te (promiſſa minime ſervantem) dediſſe operam, ut multis verbis nihil prorſus, quod ad rem pertineat, diceres? Manet proinde immotum, ſilentio tuo, illud, quod certe repugnat, ſcilicet: & non *immediate*, & contra *immediate* Chriſtum in ſacrorum Præſides derivare clavium poteſtatem.

Quid? Si ne illud quidem ſatis abs te accurate dici video, quod eſt de ſacramentali charactere, quem *dent* Epiſcopi? Qua de re conſuli Sanctos Auguſtinum (1), & Thomam (2) volo. Non enim tantum mihi eſt otii, ut iis immorer, quæ ad inſtitutum non conferant.

Eſt vero nunc inſtituti mei, ut in pugnas inquiram tuimetipſius confligentis tecum. Iſtarum autem pugnarum extremæ ſunt *de denominatione*, & *inhæſione*. Cujuſmodi hæ ſint, paucis accipe. Hoc interea obſecro, ut ante memori mente teneas, quod es molitus, ut e laqueis elaberere, in quos te incogitantem induxeras, cum de *clavibus Univerſitati* Ec-

(1) Tract. V. in Joh. *Evang*. n. VII. pag. 235. Tom. III. *Opp. P. II. Edit. Antuerp. an.* 1700.

(2) *III. P. ſummæ Theologicæ Q. LXIII. Artic. II.*, *& Artic. V.*

Eccleſiaſticæ *traditis* diſputares. Sic autem habebat: „ Si vis ad Logicam ſimul, & „ Theologiam limare dictum Febronii, po- „ ne SUBJECTUM DENOMINATIONIS, quoad „ quamcumque ſacram poteſtatem, eſſe „ ECCLESIAM COMMUNITER; INHÆSIONIS au- „ tem SUBJECTUM Hierarchas (1) „. Et: „ „ Reſolvendum eſt ſophiſma: *Denominatum* „ *eſt tota Univerſitas*; ſed *ſubjectum deno-* „ *minans ſunt ſoli Epiſcopi* (2) „. Jam hoc tenes. Peto nunc te, ut mihi explices, ecquod illud eſſe *denominationis ſubjectum* velis? Non enim ſatis intelligo. Nam aut eſt id *ſubjectum*, cui aliquid & nomine, & re inſit; aut cui non reipſa inſit, ſed attribuatur dumtaxat nomine. Si re, & nomine, *non* tantum *denominationis* eſſe fatebere, ſed etiam *inhæſionis*; cum *inhæſionis* ejus rei *ſubjectum* id eſſe conſtet, cui res eadem non tam voce, quam reipſa inſit. Cumque tu *Univerſitatem Eccleſiæ* neges *inhæſionis ſubjectum* eſſe (nam *id inhæſionis* ſolis abs te Hierarchis adſcribi video) fiet ita, profecto, ut ſimul eadem tibi *Univerſitas* ſit, *& non* ſit *poteſtatis Eccleſiaſticæ ſubjectum inhæſionis*; quod certe pugnat. Rurſum, id cui *virtute*, cui *magis*, cui *radicalius*,

 *prin-*

(1) Febr. Tom. IV. *Opp.* P. I. *pag.66. ſq.*
(2) Febr. *T. II. pag.* 181.

*principalius*, *eſſentialius* clavium poteſtas, quam Hierarchis ineſt; id, inquam, potius quam Hierarchas inhæſionis ſubjectum eſſe, confitendum eſt. Ineſt autem, te ipſo teſte, *Univerſitati* Eccleſiæ *virtute*, ineſt *magis*, ineſt *radicalius*, *principalius*, *eſſentialius* (1), quam *Hierarchis*, poteſtas clavium. Eſt igitur, te concedente, *Univerſitas* Eccleſiæ *ſubjectum inhæſionis* poteſtatis clavium potius, quam ſint Hierarchæ. At id negas; cum ejus poteſtatis *ſubjectum inhæſionis ſolos eſſe Hierarchas*, doceas. Quamobrem eſt (tua quidem ſententia) potius, & non eſt ſimul, immo nullo pacto eſt *ſubjectum inhæſionis* poteſtatis clavium *Eccleſiæ Univerſitas*; quarum ſane rerum, quæ major fingi poteſt colliſio?

Quid? Neges ne, decretum eſſe, atque conſtitutum tibi, ut *poteſtatem clavium* perpetuo, firmiterque in *Univerſitate Eccleſiæ* perſeverare, exque *Univerſitate* ipſa in Hierarchas (2) manare tueare? Sed quo id ore tu neges, ſi tua eadem de re tam eſt perſpicua ſententia, ut (offundas licet diſtinctionum caliginem quantam voles) involvi, obſcurarique nullo modo poſſit? Itaque cum hoc tibi totum conſtitueris; con-

---

(1) Vide ſupra *p.29. hujus Vol. ſq.*, & *p.33. ſq.*
(2) Vide ſupra *p.30. not.1.* & *p. 33. hujus Vol.*

conſtituas item neceſſe eſt, *ſubjectum inhæſionis poteſtatis clavium eſſe Eccleſiæ Univerſitatem*. Ecquod enim ejus generis *ſubjectum* eſt magis? *Univerſitas* ne, in qua *dominium clavium*, & *poteſtas* (1) perpetuo, te judice, maneat, & ex qua *uſus* in Hierarchas redundet; an Hierarchæ, in quos ab ea *Univerſitate* poteſtatis ejuſdem, *uſus* (2), non *dominium* derivetur? Profecto his, quæ ſunt, de poteſtate, dominio, uſu conceſſis, ut abs te ultro conceduntur [3], *Univerſitas* ipſa *ſubjectum inhæſionis* habenda eſt magis, quam haberi Hierarchæ debeant. Sic enim, arbitror, quiſque cogitabit, ni orbatus videri velit communi ſenſu. Eſt igitur, ſi vera conſtituiſti, eſt, inquam, Eccleſiæ Univerſitas *ſubjectum inhæſionis poteſtatis clavium*. At *non eſt*, te item judice, qui doces, SOLOS HIERARCHAS INHÆSIONIS SUBJECTUM ESSE. Proſpice, tibi, obſecro, mi Febroni, ne qui exiſtant, qui miram te artem Logicam nactum dicant, ad quam *limares* Theologicam Doctrinam tuam. *Eſt*, *non eſt*: quæ major fingi poteſt ſententiarum conflictio? Sed deſino. Nam

D 3 ſi tuas

(1) Confer quæ *ex Febronico pag. 36. ſq. hujus Volum.*

(2) Vide *ibid. pag. 29. ſqq.*

(3) *Ibid. pag. 29. ſqq.*

ſi tuas tecum hac de re pugnas vel numerando perſequi inſtituerem, vix unquam, mihi crede, facerem ſcribendi finem. Illud moneo, tibi quoque ut caveas, ne quod *denominatum*, idem *non denominatum*; quodque *denominans*, idem *non denominans* putaſſe videare. *Denominatum* enim contendis eſſe *Univerſitatem* Eccleſiæ, quod quidem (ut tute exiſtimas) contra eſt. Nam, quemadmodum ſupra vidimus, certum eſt tibi, ex *Univerſitate Eccleſiæ*, cui magis *clavium poteſtas inſit*, *uſum* ejus *poteſtatis* in Epiſcopos redundare. Illud autem, cui præcipue, magiſque poteſtas ineſt, & ex quo in alios redundat, *denominans* eſt, non *denominatum*. Eſt igitur Eccleſia non *denominatum*; ſed *denominans*. Rurſum *denominatum* eſt, non *denominans* id, in quod aliunde poteſtas defluat, quæ *denominationis* ſit ratio. Cumque in Epiſcopos ex Eccleſiæ Univerſitate uſus poteſtatis clavium, ut tua fert ſententia, derivetur; fit ita ſane, ut non *denominans*, te annuente; ſed *denominatum* quidpiam ſint Epiſcopi. At iidem, (ut verbis tuis proxime demonſtratum eſt), *denominans* quidpiam ſunt; *Univerſitas* autem *denominatum*. Itaque vereor, ne qui arbitrentur, vi ſententiæ tuæ, *denominatum non denominatum* quidpiam haberi oportere *Univerſitatem* Eccleſiæ; *Epiſcopos* vero *denomi-*

*minans* aliquid *non denominans* ; quæ perſpicis eſſe contraria.

Sed tu de *ὑποκειμένῳ ſubjecto* poteſtatis Clavium diſputans, eſſe illud idem ac Eccleſiæ *Univerſitatem* fidenter affirmas perſæpe ; ubi autem premi te, remque in anguſtum adductam vides, ita dubitas, hæſitas, revocas te interdum, ut, qui non plane norint, quæ tua ſit inſtitutio, nequeant ſatis conſtituere, quid loquare. Atque hi quidem ſic exiſtimant, quoniam id maxime haberes decretum : membris omnibus Eccleſiæ ineſſe clavium poteſtatem : non debuiſſe te in tuo decreto, ſicut in permultis rebus aliis, fluctuare, præſertim cum in eo ſumma conſiſteret. Nam hinc liquet omnem proficiſci tuorum dogmatum ſeriem. Nos vero, quibus ob navatam tuis libris perlegendis diligentiſſime operam, ſatis explorate tua eſt omnis perſpecta ratio ; nos, inquam, cernimus nutare quidem in ſpeciem, atque ambigere videri te; confligere etiam reipſa plerumque tecum : ſed interea obfirmate in eo perſeverare, ut *omnibus* Eccleſiæ membris, hoc eſt *Univerſitati Catholicorum collectim vere*, *præcipue*, *eſſentialiter* poteſtatem clavium (1) ineſſe arbitrere.



(1) Multo autem nocentiores ſunt, qui Eccleſiæ communione cum gaudeant, tum nova docere non

Tergiverſationis Febronianæ cauſſarum inveſtigatio. Febronius etſi cōfligens ſecum, id tamen firmū ſemper, ac ratū habet, quod finxit de poteſtate immediata omnibus junctim, ſeu collectim Eccleſiæ membris data.

IX. Rogo nunc ne graviter feras, ſi inveſtigem, quæ potuerint eſſe cauſſæ perpetuæ hæſitationis, ac pugnæ inteſtinæ tuæ. In iis autem cauſſis inquirendis, detegendis, promendis, Patres, eoſque Scriptores novos, quos tibi etiam probari video, præceptores, ac duces ſequar. Quod ſi quam cauſſam effeceram, de qua non cogitaris, eam nolo, tibi a me attribui, aut exprobrari putes. Lædi enim te imputatione falſa, a me præſertim, non patiar. Sin autem cogitaris, eamque cauſſam uti commodam, atque ad rem tuam opportunam adſciviſti tibi, eamdem, quæſo, ut reprobes, ſi forte a Majoribus reprobatam fuiſſe cognoris. Ne autem mirare, ſi quibus aliquando utar veterum, recentiorumque Doctorum locis, quæ adverſus novorum dogmatum adſertores conſtituta eſſent. Nam iſtud etiam, pro quo tu certas (1) pugnaciter, novum dogma eſt; utque ſcis, ab heterodoxis contra Eccleſiam Catholicam(2) ſumma conten-

non vereantur; quam qui ſejuncti a nobis cum ſine ratione ſacrorum, prava ſua dogmata perſuadere noſtris conentur. Qua de re conſuli volo S. Baſilium *Ep. CCLXIII. ad LXIV. ad Occidentales n. 2. pag. 405. Tom. III. Opp. Edit. Pariſ. an.* 1730.

(1) Vide *hujus Vol. pag.* 28. *ſqq.*

(2) Gisbertus Voetius *Politicæ Eccleſiaſticæ Par. I. Lib. I. Tract. II. Cap. V. num. XI. pag.* 220. *Tom. I.*

tentione defenditur. Atque horum quidem prodromus Marſilius Patavinus fuit, cujus in-
de

*Tom. I. Edit. Amſtelod. an. 1663.* „ Negamus, *inquit*, omnem poteſtatem (Eccleſiaſticam, ſeu *clavium*) eſſe in ſolo Synedrio, aut in ſolis Miniſtris. Hoc enim eſſet Oligarchicum, & PAPISTICUM, ubi populus ab omni poteſtate tamquam laici excluduntur, & Clero, & QUIDEM HIERARCHICO omnia in ſolidum vindicantur... Affirmamus, poteſtatem Eccleſiaſticam univerſe, ac collectim ſumptam ESSE IN TOTO CORPORE ECCLESIÆ, QUOD CONSTAT EX SYNEDRIO, & POPULO TAMQUAM IN SUBJECTO PROPRIO, ET ADÆQUATO, nec derivari a corpore populi in Synedrium, nec vice verſa, non magis, quam oculus meus dexter viſus mei proprium, primum, immediatum, & proximum ſubjectum eſt, eumque derivat in oculum meum ſiniſtrum, aut vice verſa. Negamus tamen eodem modo, aut æqualiter omnem poteſtatem collectim, & integre conſideratam, aut etiam partes quaſdam poteſtatis ſeorſim conſideratas eſſe in Synedrio, & in Populo. TOTA POTESTAS ſive COLLECTIM, ſive DISTRIBUTIM ſecundum partes conſiderata EST IN UTROQUE ÆQUALITER TAMQUAM IN SUBJECTO INHÆRENTIÆ; ſed eſt in Synedrio, aut IN MINISTRIS, quod AD PARTES QUASDAM (Ex Gr. ordinarium anteceſſionem in Verbo, & Sacramentorum adminiſtrationem) QUOD AD EXECUTIONEM, SEU EXERCITIUM TAMQUAM IN SUBJECTO, & principio quo: ſicuti viſus ADÆQUATE eſt IN TOTO COMPOSITO, ſed TANTUM IN OCULO QUOD ad EXERCITIUM (non in pede, aut manu) tamquam in ſubjecto, & principio quo &c. „. Ex iis porro,
quæ

de veſtigiis inſtitere Parckerus, Proteſtanteſque non pauci, in iiſque Calviniani, Batavi præſertim de ſecta Gomariſtarum (1). Sed

quæ adduximus, quæque deinceps adducemus, plane intelligitur tam eſſe Febronii ſententiam Voetianæ ſimilem, quam ovum ovo: Niſi forte minus Voetiana a Catholica Doctrina, quam Febroniana diſſideat.

(1) Si poteſtas clavium omnibus membris Eccleſiæ collectim ineſt, membra quæque Eccleſiæ Hierarchiam conſtituent, cum Hierarchæ ſint, qui Sacrum obtinent principatum; Sacrum autem principatum conſtituant, qui ſacra potiuntur clavium poteſtate. Petrus Aurelius, cui plurimum tributum a Clero Gallicano eſt, ut conſtat ex *Proceſſ. verbal.* ejuſdem *Cleri an.* 1635. 2. *Octob. pag.* 343., & 8. *Nov. pag.*404., & *Proceſſ. verb. an.*1641. 27. *April.* & 2. *Decemb. pag.* 477. *ſq.*, & *Proceſſ. an.* 1646. *pag.* 649. *ſq.* Petrus inquam Aurelius *in Vindiciis Cenſuræ Facultatis* THEOLOGIÆ PARIS. *pag.* 337. *ſqq. Edit. Pariſ. an.* 1632. Adverſarium ſuum, qui ſe, non ſecus atque tu, Catholicum profiteretur, accuſans, ſcribit hoc modo: „Mirum (Pſeudo-Loëmelium) „ in tanta argumentorum, quibus doctrinam temere „ prolatam approbet, inopia verſari, ut ad eam „ tuendam cogatur HIERARCHIÆ cancellos eo hiatu, „ ea diruptione laxare, qua NEMO SIT IN ECCLESIA, „ quin ad HIERARCHIAM ECCLESIASTICAM IRRUMPERE „ POSSIT . . . Sed multo GRAVIUS Hierarchiam VIOLAT, eam toti vulgo fidelium dilapidandam proji„ ciens, ut nemo ſit Catholicus, qui in HIERARCHIAM „ non proprie, & abſolute collocetur. Quod novum, „ in Eccleſia Catholica inauditum, Hierarchiæ inju„ rium, Conciliis adverſarium, HÆRETICORUM TAN-

„ TUM

Sed de his, quorum in Batavia princeps fuit ſeculo ſuperiore Giſbertus Voetius, con-

---

„ TIUM HUJUS ÆVI ERRORIBUS AFFINE EST. Quando „ enim apud Catholicos auditum eſt, laicos, infantes, „ feminas in HIERARCHIA ESSE? Faceſſant *profanæ* „ *vocum novitates* (1. Timoth. 6.) *Nos talem con-* „ *ſuetudinem non habemus, neque Eccleſia Dei.* „ (1. Cor. 11.)„. *Pag.* 338. „ HIERARCHIA non ad „ omnes patet, qui in Eccleſia continentur, ſed intra „ eos conſtringitur, qui REBUS SACRIS, SEU ECCLESIÆ „ PRÆSUNT, EORUMQUE MINISTROS, quibus pars ali- „ qua Miniſterii, ſeu præfecturæ Eccleſiaſticæ com- „ mittitur. SUNT QUIDEM FIDELES OMNES SUB HIE- „ RARCHIA, ſed in IPSA HIERARCHIA NON SUNT, nec „ HIERARCHIÆ ipſius conſortes ſunt: ſicut OMNES RE- „ GNI ALICUJUS SUBDITI SUB MONARCHIA SUNT; ſed „ NON SUNT IN IPSA MONARCHIA, SEU MONARCHIÆ IP- „ SIUS CONSORTES. Hoc ENIM SOLIUS REGIS, & MAGI- „ STRATUUM, MINISTRORUMQUE REGIORUM PROPRIUM „ EST. Unde NON MINUS EXPLODENDUS EST, qui „ CHRISTIANOS UNIVERSOS IN HIERARCHIÆ CONSOR- „ TIUM INVEHAT, quam qui omnes REGNI ALICUJUS PO- „ PULARES, RUSTICOS, FEMINAS, PUEROS IN PARTEM „ MONARCHIÆ VOCET. Quare Concilium Tridentinum, „ HÆRETICORUM HUJUS TEMPORIS HÆRESES ABDICANS, „ NON ALIOS IN HIERARCHIA collocat, niſi Epiſcopos, „ Presbyteros, & Miniſtros; & Eccleſiæ perturba- „ tionem fieri cenſet, ſi quis omnes promiſcue fideles „ in Hierarchia conſtituat; quod ANTE ILLUD TEM- „ PUS SOLI HÆRETICI FECERANT... Unde ſequitur „ doctrinam (Adverſarii) ... apud ſimplices catholicæ „ plebis animos proſeminatam nihil eſſe aliud, niſi „ lapidem offenſionis, & petram ſcandali, qua & „ hæ-

confer quæ complexi ſumus Adnotatione ſuperiore. Nunc de cauſsis, ut ſum pollicitus.

Eorum, qui, cum novi quidpiam in rem Chriſtianam publicam invehere ſtuderent, tum ſimularent incertos ſe eſſe, hæſitare, certum quærere, id fuiſſe conſilium, Patres ferunt, ut ſimplices, & ignaros rerum in dubitatio-

---

„ hæretici catholicis inſultent, quaſi ad ſua deliria „ trangreſſis, & catholici rudiores in errorem hære„ ticum revera transgrediantur „. Gisbertus Voetius homo de ſecta Gomariſtarum illud de poteſtate Eccleſiaſtica, quæ omnibus Eccleſiæ membris inſit, ſtatuit in *Deſperata Cauſſa Papatus* lib. II. ſect. II. cap. XII. & cap. XXI., & lib. III. ſect.I. cap.IX. In *Parte autem I. Polit. Eccl. Tract.II. Cap.V. n.XI.* poſt ubi dixit pag. 221. *Singulas partes poteſtatis, quæ & populo, & Synedrio tribuuntur, etiam quod ad exercitium, & executionem aliter eſſe in populo, aliter in Synedrio: in illo per modum libertatis, & poteſtatis ſequendi, approbandi; in iſto per modum auctoritatis*; „ His diſtinctionibus, *inquit*, adhibitis, pu„ tamus, controverſiam hanc commodiſſime ſecundum „ Scripturas, & convenienter perpetuæ, ac ſtabili„ tæ praxi Eccleſiarum noſtrarum determinari poſſe, „ & ſimul objectionibus, PONTIFICIIS, & HIERARCHI„ CIS, OLIGARCHICIS RESPONDERI. Volumus junio„ ribus hos conceptus præformare, ut tanto expedi„ tius, quæ ſparſa ſunt IN MARSILII *Defenſore Pa*„ *cis*, PARCHERO de *Politia* ECCLESIASTICA, & in „ GODEFRIDO SOPINGIO *contra Grotium*, Scripto EC„ CLESIARUM GALLICARUM contra Morelles, PAGETI „ HAMESII, RHETOFORTIS aliorumque ſcriptis ANGLI„ CIS &c. dijudicare queant.

tationem (1) adductos circumvenire, ſecumque una præcipites agere in errorem poſ-

(1) Tertulianus *Lib. de Præſcriptionibus Cap. XIV.* „ Cum decipiendi cauſſa prætendunt ſe adhuc „ quærere, ut nobis per ſollicitudinis injectionem tra„ ctatus ſuos inſinuent; denique ubi adierint ad nos „ ſtatim quæ dicebant quærenda eſſe, defendunt ... „ At cum tenent quidem, & credunt, quærendum ta„ men dicunt, ut defendant. Antequam defendant, „ negant, quod confitentur ſe nondum credidiſſe, „ dum quærunt ... Scripturas obtendunt, & hac ſua „ audacia ſtatim quoſdam movent: in ipſo vero con„ greſſu firmos quidem fatigant, infirmos capiunt, „ medios cum ſcrupulo dimittunt „, Confer, quæ „ ſequuntur; & S. Athanaſ. *Epiſt.* ad *Epiſcopos* Ægypti, & Libyæ n. VIII. p.178. T.I. Opp. P.I. Edit. Pariſ.an.1698. & *Commonitor* Vincentii Lirinenſis *Cap. XXXV.*, *&* *XXXVI.* quo loco. „ Tanto magis: *in„ quit*, cavendi, & pertimeſcendi ſunt, quanto oc„ cultius ſub divinæ legis umbraculis latitant. Sciunt „ enim fœtores ſuos nulli fere cito eſſe placituros, „ ſi nudi, & ſimplices exhalentur, atque idcirco eos „ cæleſtis eloquii veluti quodam aromate aſpergunt, „ ut ille, qui humanum facile deſpiceret errorem, „ divina non facile contemnat oracula. Itaque faciunt, „ quod hi ſolent, qui parvulis auſtera quædam tempe„ raturi pocula, prius oras melle circumlinunt, ut in„ cauta ætas, cum dulcedinem præſenſerit, amaritu„ dinem non reformidet ... Seſe Divinæ Legis ſen„ tentiis velut quibuſdam velleribus obvolvunt, ut „ cum quiſque lanarum mollitiem præſenſerit, nequa„ quam aculeos dentium pertimeſcat „. De Patrum teſtimoniis, quibus abuti novitatis ſtudioſi audeant, agit idem Lirinenſis ibid. *Num XI.*

poſſent. Jam vero ipſos, dum dubitare ſe, hærere, quærere ſimularent, ad ſacra Biblia, Traditioniſque monumenta provocare conſueviſſe; non quo Scripturæ illis, Patreſque adjumento eſſent, ſed quo hiſce tam magnis nominibus ceu ovium veſtimentis ſe tegerent, incautoſque caperent, qui cum verum in divinis oraculis quæri audirent; tum doli quidquam a quærentibus, ſcientiamque pollicentibus (1) oriturum, non modo non metuerent, ſed ne ſuſpicarentur quidem. Quin etiam eoſdem molitores novarum rerum (dum de iis dubitare ſe, quæ non ſatis adhuc explicata eſſent, mentirentur: dum inveſtigari ab ſe veritatem, componendae cum diſſidentibus PACIS ſtudio, dicerent: dum diſcerpta membra corpori Eccleſiæ ſeſe reſtituturos gloriarentur) ſolitos fuiſſe falſa ambiguitate verborum involvere, atque operire ſpecie quadam veri (2): ſimulatione etiam

(1) Conſulendus S. Irenæus, *Lib. I. Adverſus Hæreſes* Præf. n.I. p. 2. T. I. Edit. Venet. an. 1734. Καὶ Πολλοὺς, inquit, ἀνατρέπουσιν, ἀπάγοντες αὐτοὺς προφάσει γνώσεως ἀπὸ τοῦ τόδε τὸ πᾶν συστησαμένου, *& multos pervertunt, abducentes ipſos ſcientiæ obtentua conditore univerſitatis*. Tertullianus de *Præſcriptionib.* cap.XLI. *Omnes tument, omnes ſcientiam pollicentur*.

(2) S. Irenæus *ibid.* Πιθανῶς ἐπαγόμενοι διὰ λόγων τέχνης τοὺς ἀκεραίους εἰς τὸν τοῦ ζητεῖν τρόπον, ἀπιθάνως δὲ ἀπολ-

etiam, ac diſſimulatione (1) uti: declinare vim argumentorum, atque aliud pro alio reſpon-

ἀπολλύντες αὐτούς ... ἡ γὰρ πλάνη καθ' αὐτὴν μὲν οὐκ ἐπιδείκνυται ἵνα μὴ γυμνωθεῖσα γένηται κατάφωρος. Πιθανῷ δὲ περιβλήματι Πανούργως Κοσμουμένη, καὶ αὐτῆς τῆς ἀληθείας ἀληθεστέραν ἑαυτὴν παρέχειν φαίνεσθαι διὰ τῆς ἔξωθεν φαντασίας τοῖς ἀπειροτέροις. *Artificio verborum ad perſuadendum appoſito, ſimplices ad* QUÆRENDI *modum illicientes; inſcite autem eis perniciem-afferentes... Fraus enim ſecundum ſe ipſam ab illis non oſtenditur, ne denudata in oculos incurrat; ſuaſorio autem operimento callide ornata, imperitioribus* EXTERIORE SPECIE *apparet eſſe ipſa veritate verior*. Idem *Lib. V. Cap. XXI. n.*2. *pag.*308. *Ab illis mendacium abſcondi*, ait, *per Scripturam*. S. Athanaſius *Epiſt. ad Epiſcopos Ægypti, & Libyæ n.VIII. T.I. P.I. pag.*278. 4. Licet, *inquit*, *orthodoxæ fidei* Τὰ ῥήματα VERBA *protulerint*, *nec ſic loquentes attendite*, οὐ γὰρ ὀρθῇ διανοίᾳ λαλοῦσιν, NON ENIM RECTA MENTE LOQUUNTUR, *ſed his verbis velut* OVIUM VESTES CIRCUMAMICTI τὸ ἔνδυμα προβάτου περιβαλλόμενοι, PENITUS ἔνδοθεν aliter *ſentiunt*. Et *n.*IX. *p.*279. *Quæ ſentiunt, ipſi occultant, ac deinde ut ſcribant, voces a Scripturis callide mutuantur, ut nimirum his tamquam eſca illectos ignaros in propriam attrahant malitiam*. S. Hilarius *Pictav. Lib.VI. de Trinit. num.I. pag.* 827. *Edit. Pariſ. an.* 1693. *Verborum*, inquit, *ambiguitate ſimplicitati audientiam illudunt*. Et *n.IX. pag.*831. Verba eorum *plena eſſe fraudis*, ait, *atque fallaciæ, quæ quamquam ſint ſubtiliter confuſa, atque permixta, tamen abſolute artificioſam malitiæ calliditatem, & ineptiam teſtantur*.

(1) S. Athanaſ. *Epiſt. proxime indicata n. XI. pag.* 280. „ Cum de fide, *inquit*, tractant, ludunt, „ & quidvis potius agunt, quam verum dicant; dum „ ſci-

ſpondere (1): Blandiri, aſſentari; dumque tempus moneret, ſummiſſe (2) parere iis,

---

„ ſcilicet & ea DISSIMULANT, ſeu OCCULTANT κρύπτουσι „ ob quæ illorum (doctrina) reprehenditur, & voces „ e Scripturis ſelectas proferunt, quod utique patet „ eſſe veritatis furtum „. Paulo ante dixerat: „ Si „ præ ignorantia hoc agunt, temeritatis, & inconſide„ rantiæ ſunt accuſandi, quod ea aſſeverent, quæ ipſi „ ignorant. Sin autem ſcientes SIMULANT προσποιοῦνται „ majori damnatione ſunt digni &c. „.

(1) Athanaſius *ibid. n. XI. pag.* 281. „ Nec de „ aliquo crimine purgatio alterius eſt abſolutio... „ Oportet eum, qui de re aliqua accuſatur, de „ eadem reſpondere... quod ſi id, de quo accuſatur, „ fecerit, vel commiſerit, nec tamen fateri velit; „ ſed ut factum occultet ἕτερα ἀνθ' ἑτέρων ALIA PRO ALIIS „ reſponderit „ (*quod tute* plerumque facis) „ per„ ſpicuum eſt, eum nihil boni egiſſe; ſed potius violatæ „ legis ſibi conſcium eſſe... Si enim „ (*quod ſen„ tiunt*, quodque *enunciatum ab ipſis aliquando eſt*) „ non audent proferre, ſed tegunt; hoc ipſo teſtan„ tur, ſe non ignorare (*quod ſentiunt*) a veritate „ alienum, remotumve eſſe. Quando, vero rem ce„ lant, illi, & vulgare verentur, neceſſe eſt nos ipſis „ velum detrahere &c. „ Vide *& n.XVIII. pag.* 288. *ſq. & orat. Contra Arianus n. LII. pag.* 457.

(2) Tertullian. *De Præſcriptionibus Cap.LXII.*„ „ *Noſtra*, inquit, ſuffodiunt, ut ſua ædificent: ita „ ruinas facilius operantur ſtantium ædificiorum, quam „ extructiones jacentium ruinarum. AD HÆC SOLUM„ MODO OPERA HUMILES, ET BLANDI, ET SUMMISSE „ agunt„ Confer etiam S. Athanaſium *Orat. II. con„ tra Arianos n. XLIII. p.* 511. ubi quando, inquit, illo-

iis, quorum opibus ſeſe everſuros ſperarent, quæ de Chriſtiana Societate recte, atque ordine a Chriſto conſtituta eſſent: Agere e contra in Magiſtratus, ac etiam in Principes inſolenter, atque improbe, quos ſibi aſſenſuros diffiderent: Præterea Sacrorum Præſides ſuos parvi, aut etiam nihili pendere (1): Eoſdem in erroris invidiam vocare; labi namque perfacile ipſos poſſe, cum ne Petrum quidem, etſi Principem Apoſtolorum omni falſæ doctrinæ admiſtione liberum, purum, integrum fuiſſe dicerent (2): Quin etiam pacem

E cum

---

„ illorum ſententia ſtomachum omnibus movet, continuo τὴν ἀνθρωπινὴν προστασίαν ὑποτιθέασι, ἵνα ταύτην βλέπων ὁ ἁπλούστερος, ἢ καὶ δεδιώς, μὴ κατανοῇ τὸ βλαβερὸν τῆς κακοφροσύνης αὐτῶν: *humanum patrocinium ſubſtituunt, ut hoc videns ſimplicior, aut etiam metuens, non pernoſcat noxium temerariæ illorum ſententiæ*„. Confer etiam S. Auguſtinum *contra Litteras Petiliani L. II. n.*203. *ſqq. pag.* 187. *ſqq. Tom. IX. Opp. Edit. Antuerp. an.* 1700., & *n.*208. *ſqq. pag.* 190. *ſqq.* quibus in locis de Donatiſtis agit, qui impudenter in Imperatores Chriſtianos agerent; cum tamen aſſentati eſſent Juliano Apoſtatæ, eumque laude cumulaſſent, ut idem animadvertit S. Doctor Lib. II. contra Epiſtolam Parmeniani *Cap. XII. num.* 19. *pag.* 15. *Tom. eod.*

(1) Tertull. *de Præſcriptionib. Cap. XLII.* „Ceterum, *inquit*, nec ſuis Præſidibus reverentiam noverunt„.

(2) Tertull. *ibid. Cap. XXIII. ſq.* „Proponunt ad ſugillandam ignorantiam aliquam Apoſtolorum,

„ quod

cum omnibus miſcere, præterquam cum noſtris [1]; ſua quippe nihil intereſſe, ſi eorum, cum quibus pacem, ac ſocietatem inire vellent, non eſſet concors de doctrina religionis ſententia; dummodo ipſorum quiſque ad unius veritatis expugnationem conſpiraret (2). Non enim propoſitum iiſdem erat, ut converterent impie ſentientes; ſed ut orthodoxos ludificarentur, averterentque a vero dogmate (3). Hinc autem ipſi captabant gloriam, *ſi ſtantibus ruinam, non ſi jacentibus elevationem operarentur* (4). Quid deinde? *Noſtra* ipſi *ſuffodere* ſtudebant, ut

---

„ quod Petrus, & aliqui cum eo reprehenſi ſint à Paulo... Ceterum ſi reprehenſus eſt Petrus, quod cum convixiſſet Ethnicis, poſtea ſe a convictu eorum ſeparabat perſonarum reſpectu, utique converſationis fuit vitium, NON PRÆDICATIONIS „.

(1) Idem *ibid. Cap. XLI.* „ Pacem quoque cum omnibus miſcent; nihil enim intereſt illis, licet diverſa tractantibus, dum ad unius veritatis expugnationem conſpirent „.

(2) Idem *ibid.*

(3) Idem *ibid. Cap. XLII.* „ De verbi autem adminiſtratione quid dicam? cum hoc ſit negotium illis, non Ethnicos convertendi, ſed noſtra evertendi „.

(4) Idem *ibid.* „ Hanc magis gloriam captant, ſi ſtantibus ruinam, non ſi jacentibus elevationem operentur; quoniam & ipſum opus eorum non de ſuo proprio ædificio venit; ſed de veritatis deſtructione „.

Digitized by Google

*ut ſua ædificarent* (1); nam *opus eorum non de ſuo proprio ædificio veniebat, ſed de veritatis deſtructione* (2). Quamquam *ruinas facilius operabantur ſtantium ædificiorum, quam exſtructiones jacentium ruinarum* (3). Quid? Si anceps eorumdem interdum, ambigua, latebroſa eſſe oratio ſoleret (4), non mo-



---

(1) Tertullianus *de Præſcriptionibus Cap. XLII.*

(2) Idem *ibid.*

(3) Idem *ibid.*

(4) S. Athanaſius *Epiſtola ad Epiſcopos Ægypti, & Libyæ n. XVIII. pag.* 288. *Tom. I. P. I. Si*, inquit, *Eccleſiaſticam eſſe confidunt ſuam ſententiam, apertè declarent. Nemo enim accenſam lucernam ſub modio ponit, ſed ſupra candelabrum, ut omnibus venientibus luceat. Verum id eos non facturos pro certo habeo. Nec enim adeo ſunt ignari malorum, quæ* COMMENTI SUNT, & SPARGERE NITUNTUR; *ſed probe ſciunt*, LICET INITIO SIMPLICIORES *vano ſurripuerint artificio; ſuam tamen ſententiam illico . . . extinguendam, ſeque ubique veluti veritatis hoſtes ignominia eſſe notandos. Hinc eſt igitur, quod illi, . . in eo tantum ſe prudenter, ut filii ſeculi gerant, quod ſub modium lucernam accendant ſuam, ut apparere exiſtimetur, & ne ſi appareret, cognita, & reprobata extingueretur.* Confer, quæ idem mox adjungit de pravæ Sectæ ſubdolo duce occultante doctrinam, FICTEQUE adhibente ſola Scripturæ verba; qui cum interrogatus eſſet, quidquamne aliud docuiſſet, reſpondit, μήτε ἔχειν, μήτε ἄλλα παρὰ τὰ νῦν γραφέντα κἂν εἰρῆσθαι πώποτε παρ' αὐτοῦ, ἢ πεφρονῆσθαι, *neque ſe habere* in mente, *nec umquam alia dixiſſe, aut ſenſiſſe præter ea, quæ modo ſcripſerat.*

do ut fallere; ſed etiam ut, ſi in anguſtias redacti, preſſique eſſent, excuſare ſeſe: nihil

---

Vide etiam, quæ animadvertit *ibid. n. IX. & X. pag.* 279. *ſq.* in eos, qui cum errorem diſſeminare ſtudeant; tum aut fraudem tutius inſtructuri, aut tempori cedentes, doctrinam aliquando celant, καὶ περὶ ἄλλων προσποιούμενοι γράφουσι, *& de aliis rebus ſimulantes ſcribunt. Ibid. num. VI. p.* 276. vir maximus oſtendit, quemadmodum novitatis ſtudioſi tergiverſentur, ſimulent, ſuaque modo proponant, modo occultent, modo mutare videantur, vel ut *inſidias* incautis *parent*, vel ut queant *effugere accuſationem heterodoxiæ* φεύγειν τὸ τῆς Ἑτεροδοξίας ἔγκλημα. Sed omnia Athanaſii, reliquorumque Patrum hac de re dicta perſequi non vacat. De Scriptoribus, qui poſt Patres hac de re egerunt, longum eſſet dicere. Revocet in memoriam Lector, quæ e Polemarii Oratione deſcripſi *num. II. hujus Epiſtolæ pag.* 12. *ſq. not.* 3. Adeat etiam, ſi volet, *Petri Aurelii inſignem locum pag.* 181. *ſqq. Vindiciarum Cenſuræ Facultatis Theologiæ Pariſienſis, ſeu Reſponſionis diſpunctoriæ ad Libellum, cui titulus: Hermanni Loemelii Antuerp. &c. Spongia,* quod quidem Petri Aurelii opus Clerus Gallicanus mire commendat. Adibit autem, non invito Febronio, qui idem ipſum opus laudat. Sic vero is locus habet: „ Spongia in cauſſa deploratiſſima... nihil aliud „ habet, quod afferat, niſi defenſiones pariter deploratiſſimas, & quovis homine, nedum Theologo, „ & Religioſo indignas: MISERRIMA VIDELICET EFFUGIA, & DOCTRINÆ, QUAM MANIFESTE PRODIDIT, quam perſpicuis ipſius vocibus ubique deprehendimus NEGATIONES, TERGIVERSATIONES... ut „ totus pene titulus non tam erroris examen, vel expo-

nihil pravi ſe umquam ſenſiſſe teſtari: ſua verba, aliorſum atque ipſi vellent, a malevolis accepta eſſe dicere: rapere, quæ ſcripſerant, in meliorem partem; atque ita ſuum occultare dogma, declinare novitatis invidiam, effugere reprehenſionem, elabi denique, atque abire impune (diſſeminandi erroris opportunitate in aliud tempus reſervata) poſſent.

Eodem plane illorum pugnæ ſententiarum, ſeu *contradictiones*, quas vocant, deſinebant. Itaque Sanctus Athanaſius, poſt ubi de diſſeminatoribus falſi dogmatis meminit: *quæ modo*, inquit, *ſcribunt, non veritatis ſtudio*,



,, expoſitio veritatis, quam rei pertinacis quædam
,, quaſi tortura eſſe videatur... Nec advertit, ſe
,, hoc potiſſimum pacto hæreticis multo ſimillimum
,, probari, quibus ab omni ævo familiariſſimum fuit,
,, hæreſes ſuas, ubi infamiam METUUNT, PREMERE;
,, ubi non metuunt, ſpargere; quia HOMINUM MAGIS
,, ODIA, quam Dei fugiunt, IMPUNITATEMQUE pro
,, innocentia habent... Hæc ſua fraus ſerio Eccleſiæ
,, univerſæ Epiſcopis, & Summo omnium Epiſcopo
,, animadvertenda eſt, ut latentis magni mali invo-
,, lucrum.. Neque tu, neque tui (*errata adeo ſplen-*
,, *dida*) tueremini, nec tam enormibus præſtigiis
,, involvere, & adumbrare conaremini, hunc tantum
,, in finem, ne videamini rei eſſe confitentes, niſi
,, monſtri aliquid aleretis, quod ſuo tempore, cum
,, homines dormient, dirum quidpiam Epiſcopali or-
,, dini,& Eccleſiæ Catholicæ minetur,,. Confer etiam
*pag.* 25.

*ſed potius aſtu, & dolo ſcribunt, ut homines in errorem poſſint inducere, ut ſcilicet, in mittendis Epiſtolis, hiſce rebus vulgi aures occupent, interimque temporum prorogatione accuſationem ipſi evitent; ſuaque hoc pacto occultata impietate, erroris, qui inſtar gangrenæ omnia conſumit, propagandi locum habeant* (1). Addit porro: πάντα κινοῦσι, καὶ ταράττουσι, καὶ οὐδὲ οὕτω τοῖς ἑαυτῶν ἀρκοῦνται, *omnia movent, & conturbant; neque ſic ſuis ipſorum* Decretis *contenti ſunt*. Nam μὴ παρ᾽ ἑτέρων, ἀλλὰ παρ᾽ αὐτῶν τὰ αὐτῶν ἐκβάλλεται, *non ab aliis, ſed ab ipſis, quæ ipſorum ſunt, reſcinduntur* (2). Paucis inde interjectis. „ Illi quidem, *inquit*, hæc machinantur contra veritatem. Quo autem animo id faciant, omnibus perſpicuum futurum eſt, etiam ſi ſexcenties ὡς ἐγχέλυες ἐξειλεῖν ἐπιχειρῶσι, καὶ λανθάνειν ὡς χριστομάχοι, UT ANGUILLÆ ELABI CONENTUR, ET LATERE, UT INIMICI CHRISTI (3) „. Atque ut item animadverſum a Patribus eſt, idcir-

(1) S. Athanaſius *ibid. n.V. pag.*275.

(2) *Ibid. n.VI. p.*275. *ſq.*

(3) *Ibid. n.VIII. pag.*277. confer, quæ deinceps idem perſequitur, & quæ complexus eſt *Orat.II. contra Arianos*, ubi: *Nihil ergo mirum*, inquit, *videri debet, ſi Ariani cum veritate pugnent, quandoquidem ſecum ipſi invicem confligunt*; & *Lib.de Synodis n.XIV. p.*727. *ſq.*

circo ſtudioſi novarum rerum pugnantia loqui conſuerant, ut *fallerent*, utque *per bona facilius ſuaderent & mala* (1). Horum ſunt ſimilia, quæ ſeculo ſuperiore Petrus Aurelius Spongiæ Auctori exprobravit: *Errorem*, inquit, *ita delet, ut aſſerat, non ut deleat. Delet ex Apologia; aſſerit in Spongia. Quod in Apologia tueri non audet, in Spongia audaciſſime tuetur* (2). *Quid faciamus tibi Spongia, quæ conſcientiam erroris tui hic prodis, illic negas; & . . . ejus emendationi admoves manum, ut correctio ipſa non pœnitentiam, ſed malitiam; non pudorem, ſed . . obdurationem acriorem ſignificet? Si peccatum in Spiritum Sanctum habetur veritati cognitæ repugnare; quid cognitum, atque adeo ſua manu emendatum errorem tueri* (3)? Et aliquanto poſt: *Ubi ſe proditum ſenſit*, & *Tranſmarinorum notitia conſtrictum teneri vidit errorem.. ſuum, pudibundus, & ſupra modum pavidus, ne jure infenſis* EPISCOPORUM OMNIUM ANIMIS, PONTIFICE GRAVITER LÆSO.. *in ſe ignominia toto orbe incumberet, nihil in rebus deſperatis conſilii habuit, quam quæ maxima temeritate profuderat, majore impudentia inficiaretur* (4).



(1) Vide Vincentii Lirinenſis *Commonitorium. cap. XVIII.*, & quæ adnotavimus *Epiſt. II. num. X. pag.* 203. *T. I. hujus Operis.*

(2) Petr. Aurel. *Ibid. pag.* 38.

(3) *Ibid. p.* 38. *ſq.* (4) *Ibid. p.* 182.

Tenes, Febroni, quas Majores noſtri cauſſas eſſe dixerint pugnantium ſententiarum, quibus adſertores novorum dogmatum ſecum ipſi digladiari conſueverunt. Sunt autem ejuſmodi cauſſarum præcipuæ, ut cernis, duæ. Nam ideo illi, quod reipſa probant, negant interdum, ut propoſita primum ante oculos incautorum, verbiſque aliquando oſtentata ſpecie veri, illos qui dolum ne ſuſpicentur quidem, circumveniant, imprudenteſque præcipites ſecum in errorem agant. Deinde ut ipſi lateant, utque ſi forte in periculum vocentur, excuſare ſe; calumniam ſibi a malevolis inſtructam queri; contraria ſe illorum, quæ ſibi objiciantur, ſcripſiſſe, dicere; adductis iis, quæ fraude alicubi, tegendi ſui dogmatis gratia, ſcripſerint, injuriam deprecari; involvere, omnia; reprehenſionem, ac cenſuram vitare; morarique interea (dum in ſocietate manent catholicorum) opportunitatem tutius nocendi poſſint. Equidem nullam ejuſmodi cauſſarum tibi veniſſe in mentem, cum tam pugnantia loquerere, non modo non negabo, ſed facile etiam patiar. Verum fac Apoſtoli Pauli recordere, qui *vitari τὰς ἀντιθέσεις τῆς ψευδωνύμου γνώσεως, oppoſitiones*, ſeu *contradictiones falſo nominatæ ſcientiæ*, jubet (1). Quid autem ſecum *falſo nomina-*

(1) *Epiſt. I. ad Timoth. c. VI. v. 20.*

*nata ſcientia* ferat, idem ille te docet Boſſuetius (1), quo tu, etſi non vere plerumque, at duce tamen doctrinæ gloriare. Atque is: *omnis*, inquit, *falſa ſcientia ſibi ipſi contradicit*. „ *Sic* accidit „ ( *Pſeudo-Re-* „ *formationi* ); & quoniam ejus ſcientia fal- „ ſa eſt, incidit in viſibiles contradictio- „ nes „. Ita me Deus, mi Febroni, amet, ut his ego te documentis doceri ad frugem cupio. Sed vereor, ne ſint, qui diffidant. Etſi enim modo hoc, modo contra aliud affirmans fluctuare cuiquam fortaſſe videare; quod tamen de *omnibus Eccleſiæ membris*, quæ *collectim* clavium poteſtate aucta *immediate* a Deo *fuerint*; & ex quibus eadem poteſtas in Antiſtites ſacrorum derivetur; quod de his, inquam, conſtituiſti, tam firmum tibi, tamque fixum eſt, ut eſſe illud ipſi tibi ſummo ſtudio, diligentia, opera, periculo etiam tuo defendendum arbitrere. Itaque monitus ab oppugnatoribus tuis, non modo non deſiſtis ſententia; ſed eo etiam, quaſi quodam æſtu abriperis, ut Richerianam

---

(1) *Second Avertiſſement ſur les Lettres de Monſieur Jurieu. N.XI. pag.89.T.IV.Opp. Edit.Venetæ an.* 1738. „ Toute fauſſe ſcience ſe contredit elle-mê- „ me. Il en eſt ainſi arrivé à la Réforme ; & parce- „ que ſa ſcience eſt fauſſe, elle eſt tombée dans des „ viſibles contradictions „. Patentiores autem tuis *contradictiones* vix ullas apud quemquam legi.

nam *de ſubjecto poteſtatis clavium* doctrinam non dubites appellare piam. Sed age conſideremus, vera ne iſta ſit, quam, reconciliandæ cum Proteſtantibus pacis cauſſa, traditurum te polliceris; an πσευδώνυμος, *falſi nominis*, erroriſque plena *ſcientia*.

## §. II.

### *Febronii de* ſubjecto *poteſtatis Clavium opinionem Gallicana Eccleſia reprobat.*

Proponitur rurſum Febronii opinio.

IX. REpetam brevibus, quæ de tua ſententia fuſius antea (1) commemoravi, ne excuſatione oblivionis hac illac tibi vagari deinceps liceat. Modo enim ne tergiverſere, moleſtuſne, an diligens habear, non magnopere laboro. Igitur iterans, iſta, rogo, ne poſthac implices, quæ ſunt abs te hactenus ſatis explicate adſerta, & tradita. Sunt autem ea hujuſmodi: 1.° *Omnia* (2) Eccleſiæ *membra collectim* fuiſ-

(1) Vide *pag*. 28. *ſqq. hujus Epiſt.* Illud porro ex ipſis Voluminibus Febronianis plane conſtat: nihil eorum, quæ hac de re ſemel ſcripſit, rejeciſſe uſquam Febronium; immo vero ſic eum in iis tuendis perſtare, ut vix quidquam tam ei ſit cordi, quam ne indicium ullum aut dediſſe, aut dare mutatæ ab ſe aliquando ſententiæ videatur. (2) Confer *p*. 32. *ſqq. huj. Vol.*

fuiſſe divinitus *immediate* auctaClavium poteſtate . 2.° Id poteſtatis (1) genus *membris* ipſis *Eccleſiæ collectim omnibus ineſſe*, in iiſque *reſidere ſuppoſitaliter* , immo *principalius*, *radicalius* , *eſſentialius* , quam *in Prælatis*. 3.° Ex *membris* (2) iiſdem *omnibus collectim* conſideratis , ſeu ex horum *Univerſitate* ejus *poteſtatis uſum* , *exercitiumve* in ſacrorum *Antiſtites*, velut in *Miniſtros*, atque *Inſtrumenta* ipſius *Univerſitatis* manare . Jam agnoſcis hæc eſſe tua .

Ea opinione fundamenta impeti fidei noſtræ, oppugnarique principia, quæ nos ab hæreticis diſcernunt, Clerus Gallicanus declarat.

Attende nunc , quid de hiſce doctrinæ capitibus Gallicana Eccleſia ſtatuat . Anno 1728. cum ex voluntate Ludovici XV. Chriſtianiſſimi Regis Pariſiis Epiſcopi XXXI. ad habenda comitia conveniſſent, de *Conſultatione* quadam ſententiam rogati,dixerunt:*Impeti fundamentum fidei noſtræ*; *ac principia* , *quæ nos eſſentialiter ab hæreticis diſcernunt* , *oppugnari ſermone eorum* , *qui poteſtatem ſpiritalem Eccleſiæ ſuæ a Chriſto datam* , *reſidere defenderent in integra Societate*, *quatenus hæc Paſtorum corpus*, *Fideleſque complectitur* (3) . Quid tu? Iſtud

(1) *Ibid. pag.* 32. *ſqq. & p.* 36.
(2) *Ibid. pag.* 29. *& pag.* 30. *ſqq.*
(3) Auctoribus *Conſultationis* opponit Clerus , *de combattre des principes qui ſont le fondement de notre foi , & qui nous diſtinguent eſſentiellement d'avec les heretiques .. Le langage qu' ils tiennent dans la Conſul-*

Illud ne ipſum de *ſpiritali poteſtate, quæ in integra Societate &c.* reſideat, defendiſſe te neges? Proferrem rurſum tua verba, ſi negares, quibus certe apertis, atque perſpicuis convincerere. Sed non eſt opus. Nam te & horum eſſe memorem, & bona nobiſcum in primis acturum fide, non dubito, Quid igitur eſt, cur non ultro confiteare, *impeti*, ( ut Clerus Gallicanus monet ) *impeti*, inquam, ſermone tuo *fundamentum* religionis orthodoxæ noſtræ; *oppugnarique principia, quæ nos eſſentialiter ab hæreticis diſcernunt?* Sermo autem *fundamentum* impetens *noſtræ fidei, oppugnanſque principia, quæ nos ab hæreticis eſſentialiter diſcernunt*, quo tandem appelletur, niſi hæreſeos ingentis, immanis, capitalis nomine?

Ne

---

*ſultation, tend a établir que l'infallibilité promiſe à l'Egliſe; que* LE POUVOIR SPIRITUEL QUI LUI A ETE DONNE PAR J. C. *que l'autorité, qu'elle a de décider les conteſtations, qui s'élevent dans ſon ſein.* RESIDENT DANS LA SOCIETE ENTIERE, EN TANT QU' ELLE RENFERME LE CORPS DES PASTEURS, ET LES FIDELES, *de maniere même que les Evêques ne peuvent rien faire que dépendamment de cette Societé à laquelle ils ſont ſubordonnez.* Confer opuſculum inſcriptum: *Repreſentations juſtes, & reſpectueuſes a Noſſeigneurs les Cardinaux, Archevêques, & Evêques aſſemblez extraordinairement à Paris par les ordres du Roy, pour donner à ſa Majeſté leur avis, & jugement ſur un Ecrit imprimé, qui a pour titre* CONSULTATION *&c. pag. 4.*

Ne vero puta , ideo a Clero Gallicanam Eccleſiam exhibente tam graviter eam opinionem accuſari, quaſi hujus adſertores affirmarent, nihil *facere Epiſcopos poſſe, quin ab integra* illa *ſocietate , cui ſint obnoxii , pendeant* . Nihil enim hi tale dixerant (1). At Clerus eſſe id , ut eſt revera , ex ea opinione plane conſequens cognorat . Nam ſi in ſocietate , *quatenus hac Paſtorum corpus , Fideleſque omnes complectitur* , poteſtas *Clavium reſidet* : ſi *uſum , & exercitium* hujus *poteſtatis* ( ut eſt abs te conſtitutum ) eadem ſocietas Paſtoribus *committit, confert* , credit ; ecquid Paſtores *agere* poterunt, quin *agendo, utendo , exercendo* ab ea ipſa Societate *dependeant*? Niſi forte tu velis ei, qui *conferat, committat , credat , derivet poteſtatis* , qua pol-

(1) *Ibid. Artic. III. pag.* 21. „ On n' a garde „ de rendre par-la , comme on vous le fait dire , LES „ PASTEURS DEPENDANS DES BREBIS , ceux qu'enſeignent dépendans de ceux qui ſont enſeignez , LES „ EVEQUES SUBORDONNEZ A LA SOCIETE ENTIERE, *en* „ *tant* qu'elle *comprend les ſimples fideles* ; AU CON- „ TRAIRE on apprend aux fideles que ce miniſtere „ ne leur appartient point; qu'ils doivent attendre „ le jugement de leurs Paſteurs , leur conſentement, „ une acceptation de leur part uniforme ſur la do- „ ctrine pour regarder enſuite avec ſoumiſſion , com- „ me regle de foi les Decrets prononcez par le Pape, „ & reçus d'un conſentement urayement unanime „ . At de his *Epiſt. IV.* agemus copioſius .

polleat, *uſum*; ei, inquam, *committenti*, *conferenti*, *derivanti &c.* non eſſe *ſubordinatos*, ſeu obnoxios illos, quibus *is uſus*, atque id *exercitium committitur*, & in quos *derivatur*. Iſta vero ſentiendi ratione quid fingi poteſt a communi ſenſu remotius? Quod cum ita ſit; Clerus certe, qui pernoverat, iſtam opinionem per ſe ipſam fundamentis noſtræ fidei adverſari, & ſecum inferre illud monſtrum *ſubordinationis, dependentiæque corporis Paſtorum* a Communitate; graviter eos accuſandos duxit, quos putabat adſertores eſſe opinionis ejuſdem, ac vindices.

Ne ii quidem quos Clerus opinionis ejuſdem reos cenſuit, defendi eam ſine errore poſſe putarunt. Hi etſi aliquando minus recte Scribunt ita, ut ſint merito reprehendendi; ſententiam tamen, quam modo invehere conatur Febronius, oppugnari fundamentum fidei noſtrae nō negant.

Ceterum illi ipſi, quos Clerus in adſertæ ejus opinionis crimen vocat, etſi aliquando tam non recte ſcribant, ut reprehendendi merito ſint; numquam tamen poteſtatis clavium uſum *ab Societate* Chriſtianorum (qua Paſtores, Fideleſque omnes continet) conferri, committive Paſtoribus, aut derivari in ipſos affirmarunt; immo id ſententiæ portentum deteſtati adeo ſunt, ut injuriam ſibi inferri dicerent ab iis, qui ſecus ipſos judicaſſe (1) contenderent. Atque horum quidem hæc erat ratio: Claves toti Eccleſiæ datas intelligi oportere ita, ut Eccleſiam *Sanctam* eſſe intelligimus, utque Rem

(1) *Ibid. Artic. II. pag.* 10. *ſqq.*, *& Artic.* III. *pag.* 17. *ſqq.*, *& Artic.* IV. *pag.* 25. *ſqq.*

Rem quampiam publicam *bellicoſam* (1). *Sanctam* autem Eccleſiam dici, non omnium Chri-

(1) *Artic.* III. *pag.* 17. „ On dit, que l'Egliſe „ eſt la bien-aimée, qu'elle eſt ſans tache, qu'elle „ eſt ſainte: *Unica columba*, dit S. Auguſtin, *incor-* „ *rupta*, *pudica*, *non habens maculam*, *neque rugam.* „ Mais prétend'on pour cela, qu'elle ſoit Sainte, „ ſans corruption, ſans tache par tous ſes membres „ indifferemment, entre leſquels il y a beaucoup de „ pécheurs, & NON PAS à RAISON DES URAIS FIDE- „ LES, DES JUSTES, ET DES SAINTS QU'ELLE A FOR- „ MEZ, & QU'ELLE PORTE DANS SON SEIN? C'eſt ainſi „ qu'on parle de tous les corps compoſez de pluſieurs „ membres, des Villes, des Etats, des Communau- „ tez. Tout appartient au corps, & on lui attri- „ buë tout ce qui ſe fait par ſes membres dans l'or- „ dre, ou ſelon les loix de ce corps: = *Id nobis in uſu* „ *eſt*, dit Melchior Canus, *cum perſæpe* alias, tum „ magis, cum de Civitate, Populo, Regno, omni- „ que omnino cœtu loquimur, de QUIBUS EA IN UNI- „ VERSUM DICIMUS, IN QUÆ non omnes Reipublicæ „ partes, ſed INTERDUM PAUCÆ ETIAM CONCURRUNT. „ Populum enim robuſtum, gentem bellicoſam appel- „ lamus, non quod omnes in ea Republica aut robuſti, „ aut bellicoſi ſint, ſed QUOD VIRI ex ea ad REM BEL- „ LICAM SELECTI EJUSMODI SOLEANT ESSE. Nec enim „ aliter de humana Republica, ac de humano corpo- „ pore loquimur. Dicitur autem homo agere, vel pa- „ ti, quæ manus, per quam vel agit, vel patitur. Di- „ citur mundus, immundusve, ſi facies aut mun- „ da, aut immunda ſit: eodemque omnino modo „ ſimiliter in reliquis. Unde adeo venit, ut vocabu- „ la quæ quibuſdam Eccleſiæ partibus convenire vi-

„ de-

Chriſtianorum, ſed eorum tantummodo ratione, qui præditi morum integritate, virtuteque ſint; *Bellicoſam* vero Rempublicam, non quod omnes, qui ad eam pertinent, fortes, expertique bello ſint; ſed quod viri ex ea ad rem bellicam ſelecti ejuſmodi eſſe ſoleant. Itaque quod eſt de poteſtate clavium, etſi quibuſdam ſolum Eccleſiæ partibus competat; ſic tamen efferri conſueſſe, ac ſi in Eccleſiæ Univerſitatem cadat. Jam ſe, ni ita ſentirent, vocari potuiſſe in oppugnatorum fundamenti fidei noſtræ invidiam. Sed cum ita ſentiant; tamque longe abſint ab eo doctrinæ genere, quo decernitur, poteſtatis Clavium uſum ab Eccleſiæ *membris collectim omnibus* inque Epiſcopos [ut tute etiam ſtatuis] derivari; cum, inquam, tam longe ab iſta doctrina diſtent, ut contra affirment, *immediate Epiſcopos ipſos obtinere a Chriſto gubernandorum fidelium auctoritatem &c.* non agi profecto a Clero æquiter, qui ipſos adeo graviter accuſet. Huc recidunt, quæ Advocati Pariſienſis Senatus animadverterant. Tam enim hi diſſident ab ea doctrina, quam tu modo in Eccleſiam inducere conare, ut contra pror-

„ demus, Eccleſiæ ipſi attribuantur. Ad hanc enim „ legem Eccleſia dicitur amica, pulchra, immaculata, „ ſancta, videlicet, ratione bonorum; *hortus conclusus* fons ſignatus, ratione electorum „.

prorſus, non ab univerſitate quidem orthodoxorum, ſed a Chriſto *immediate* Paſtores primos *obtinere*, dixerint, *dijudicandarum fidei cauſſarum*, *gubernandorum fidelium*, *implendorumque omnium juriſdictionis actuum auctoritatem*: quæ ſane *auctoritas participatio* illius ſit, *quæ in Chriſto Paſtorum Principe reſidet* (1). Quin etiam *unitati* Eccleſiæ datas fuiſſe, ajunt, *Claves*; ſed *in perſona Primorum Paſtorum*.. Nam *poteſtatem Clavium a Jeſu Chriſto immediate* fuiſſe *collatam Apoſtolis*, *inque eorum* PERSONIS *Sacrorum Præſidibus*, quos eſſe ipſorum *Succeſſores* (2) conſtat. Qua ex re intelligitur,

F ita

(1) *Ibid. Artic. II. p.* 13., & *Artic. V. p.* 32. „ Les Auteurs de la Conſultation reconnoiſſent, que „ c'eſt de J. C. immediatement, que les Evêques „ tiennent l'Autorité de gouverner les fideles, de „ juger le cauſes de la foi, & d'exercer tous les actes „ de juriſdiction néceſſaires pour conduire le trou„ peau, ſur lequel le S. Eſprit les a établis. Leur „ puiſſance.. eſt une participation de l'Autorité Di„ vine qui reſide en J. C. même Prince des Pa„ ſteurs &c. „

(2) *Ibid. Artic. VII. p.* 37. *ſq.* „ Les SS. Peres „ énſeignent, que c'eſt l'Egliſe qui a reçû le pouvoir „ des clefs: Que ce n'eſt pas un ſeul homme, pour nous „ ſervir des termes mêmes de S. Auguſtin; mais „ *l'unité de l'Egliſe qui a reçû ces clefs*: Que le pou„ voir d'excommunier a été donné à l'Egliſe EN „ LA PERSONNE DE PRIMIERS PASTEURS: Que ce „ pou-

ita eos Advocatos fuiſſe inſtitutos, ut (quemadmodum hæc ipſorum verba præſeferunt) Eccleſiæ totius poteſtatem agnoſcerent; non tamen perinde ac ſi ea poteſtas in omnibus Eccleſiæ membris collectim reſideat, exque iis in Paſtores dimanet; ſed ſic omnino, ut in *Perſona Paſtorum* inſit, in quam immediate a Chriſto defluxerit. Utitur autem Advocatorum Defenſor Hugonis a S. Victore inſigni loco (1) quem mirifice confer-

„ pouvoir fait partie du pouvoir des clefs que Jeſus-„ Chriſt même donna aux Apôtres immediatement „ & dans leurs Perſonnes aux Evêques qui ſont leurs „ Succeſſeurs „.

(1) *Ibid. Artic. VII. pag.* 40. Sunt vero Hugonis verba hujuſmodi: „ Quemadmodum in cor-„ pore humano ſingula quæque membra PROPRIA, „ ac DISCRETA officia habent, & tamen unumquod-„ que non ſibi ſoli agit, QUOD SOLUM AGIT; ſic in „ corpore Sanctæ Eccleſiæ dona gratiarum diſtributa „ ſunt, & tamen unuſquiſque non ſibi ſoli habet, „ ETIAM ID QUOD SOLUS HABET. Soli enim oculi vi-„ dent, & tamen ſibi ſolummodo non vident, ſed „ toti corpori. Solæ aures audiunt; nec tamen ſibi „ ſolummodo audiunt, ſed toti corpori. Soli pedes „ ambulant; & non tamen ſibi ambulant, ſed toti „ corpori; & ad hunc modum UNUMQUODQUE QUOD „ HABET SOLUM IN SE, NON HABET SOLUMMODO PRO-„ PTER SE, quatenus ſecundum diſpoſitionem Optimi „ Largitoris, & Diſtributoris Sapientiſſimi ſingula „ ſint omnium, & omnia ſingulorum „.

ferre ad eorum doctrinam explicandam (1), monet. Quæ vero Hugonis verbis ſubjecta eſt ſententia, ea huc tandem revolvitur: Ineſſe non omnibus collectim, ſed quibuſdam Eccleſiæ membris Clavium poteſtatem; non ita tamen, ut poteſtas eadem his quibuſdam membris propter ipſa ſolum, ſed etiam propter bonum ceterorum inſit. Hanc autem doctrinam, quotuſquiſque tam inops eſt mentis, quin cernat repugnare tuæ? Tu enim in membris omnibus Eccleſiæ collectim id genus poteſtatis *reſidere* ſtatuis; cum contra, ex ea Hugonis doctrina, in aliquibus reſideat, non ad horum modo, ſed ad reliquorum etiam utilitatem. Adhibet præterea Defenſor exemplum hominis, cui ſane vis ineſt cogitandi (2). Quid? Cenſeſne in om-



(1) *Ibid.* „ Hugues, *inquit*, de S. Victor nous „ donne là deſſus des idées FORT JUSTES, tirées de „ la comparaiſon que fait S. Paul entre le corps naturel, & le corps miſtique de l'Egliſe. Ce que CHAQUE MEMBRE POSSEDE EN PARTICULIER, il ne le „ poſſede pas pour lui ſeul, mais pour tout le corps.

(2) *Ibid. Artic. II. pag. 16.* „ Voilà donc MM. „ l'idée qu'on doit avoir de l'Egliſe comme d'un „ corps unique qui a pluſieurs membres, dont chacun a ſa fonction particuliere, & c'eſt ſur cette „ idée que l'Ecriture Sainte, les Peres, les Théologiens, les ſimples Fidéles réglent leur langage „ quand ils parlent de l'Egliſe. Comme en parlant „ d'un

Digitized by Google

omnibus hominis partibus collectim aut reſidere reipſa, aut reſidere cogitandi facultatem poſſe? Næ tu ſi ita cenſeas, in materiam certe, e qua componitur corpus, quod pars eſt hominis, vim cogitandi cadere poſſe concedes: Qua re quid fingi poteſt indignius viro, qui, non dicam, dogma catholicum conſectari; ſed qui vel una ſui ratione uti velit? Ineſt ſcilicet ſoli hominis animæ vis cogitandi omnis; at non ad bonum animæ tantum, verum ad hominem etiam totum gubernandum data. Quid? Si quod Clerus *erratum* vocat, hoc idem Defenſor *erratum* eſſe confiteatur; eoque ſolum nomine Conſultationis Auctores excuſandos putet, quod hi ſecus, ac Clerus de ipſis exiſtimet, ſentiant [1]? Ac de his quidem hactenus; quos non ideo nominavi, quaſi aut non errarint interdum, aut ipſis in dijudicandis doctrinæ rebus quidquam ineſ-

---

„ d'un homme qui eſt un tout unique, compoſé d'une
„ ame & d'un corps: d'une ame qui a des facultez
„ differentes, d'un corps qui a divers membres dont
„ chacun a ſa fonction: on dit fort bien de ce tout
„ unique qu'on appelle homme qu'il connoît, quoiqu'
„ il ne connoiſſe que par ſon entendement.

(1) *Ibid. Artic. II. pag.* 13. „ Pouvoint-ils, „ MM. ſoutenir plus ſolidement vos veritables droits, „ & rejetter en termes plus formels L'ERREUR que vos „ Théologiens leur imputent „?

ineſſe auctoritatis ducam; ſed quod videam, te, dum adverſarios experire Epiſcopos; ab laicis (contra quam Scripturæ, Patreſque poſtulent) præſidium petere ſolere.

Redeo ad Clerum. Is ſibi perſuaſerat, ex Conſultationis Auctorum opinione plane intelligi: *Clavium poteſtatem* in *omnibus* Eccleſiæ membris *collectim*, ſive in *Univerſitate*, qua hæc Clericos, Laicoſque complectitur, tamquam in *ὑποκειμένῳ ſubjecto* reſidere; exque hac eadem Univerſitate in Præſides Sacrorum *uſum* forte, *exercitiumve* poteſtatis ejuſdem defluere. Id vero cum Clerus ferendum non putaſſet, Auctores eoſdem Conſultationis violati Catholici dogmatis (1) reos judicavit, non ſecus atque Sacra Facultas Pariſienſis Marcum Antonium de Dominis Spalatenſem Apoſtatam

F 3 re-

(1) *Ibid. Art. VII. Pag.* 41. „ Vous faites un CRIME aux Auteurs de la Conſultation d'avoir diſtingué le „ Pouvoir Spirituel d'avec l'Exercice de ce Pouvoir; „ d'avoir dit, que J.C. a donné ce Pouvoir à l'Egliſe. „ & l'Exercice de ce Pouvoir aux Evêques, de maniere que le fond et la proprieté en appartiennent a „ l'Egliſe, quoiquè l'uſage, & le miniſtere en ſoient „ par l'inſtitution même de J. C. reſervé aux Paſteurs „. Vide la *Lettre des Cardinaux, Archevêques, & Evêques aſſemblez extraordinairément a Pariſ. &c. Edit. an.* 1728. *pag.* 13.

reum haereſeos dixerat (1). Quamquam autem iidem Auctores multa ſcripſerant, quæ (ut ante animadverti) & reprehenſa a Clero fuerunt, & vero merito reprehendenda, atque reprobanda erant; hoc tamen confeſſi ſunt: *non ab Eccleſia conferri jus, & poteſtatem exercendarum functionum* Hierarchis; nam Eccleſiam his neque *ordinis characterem*, neque *juriſdictionem dare*; ſed

(1) *Ibid.* „ Vous regardez comme une ſuite „ des opinions érronées d'Antoine de Dominis *cette* „ *doctrine*; & vous reprochez (*a les Aucteurs de la* „ *Conſultation*) d'avoir ſuivi en cela le ſyſteme des „ Novateurs „. Cleri autem in ea Epiſtola, quam dedit ad Regem, hæc adverſus Auctores eoſdem fuit conqueſtio: „ D'avoir embraſſé, & ſoutenû dans leur Con- „ ſultation, UNE DOCTRINE CONFORME AU LANGAGE „ DES NOVATEURS, ET AU SYSTEME HERETIQUE QU' „ ILS ONT DE L'EGLISE COPIEE D'APRES ANTOINE DE „ DOMINIS, & CONDAMNE PAR LA FACULTE' DE „ THÉOLOGIE DE PARIS, COMME HERETIQUE, EN- „ TANT QU'ELLE SUPPOSE LE CONSENTEMENT DES „ LAICS POUR LES DECISIONS DE LA FOI „. Dijudicandi de rebus fidei poteſtas pars eſt poteſtatis Clavium: Quare ſi omnibus collectim Eccleſiæ membris poteſtas Clavium tributa eſt, non vero ſolis Hierarchis; omnibus certe Eccleſiæ membris collectim de rebus Religionis dijudicandi poteſtas inerit. Unde plane eſt conſequens, non magis Præſidum Eccleſiaſticorum, quam Univerſitatis Laicorum (qui iiſdem in membris ſunt, & quidem majore numero) requiri conſenſionem. Sed de Sacræ Facultatis Pariſienſis ſententia alias.

ſed *immediate ipſos a Jeſu Chriſto D. Noſtro & characterem, & juriſdictionem recipere* (1). Quod totum eam evertit, quam tute adeo obfirmate tueris, ſententiam (2). Quod ſi nihilominus Clerus Gallicanus Conſultationis Auctores novitatis, atque erroris arguit; quanto in te magis, mi Febroni, inveheretur; quantoque acriore cenſura tuum opus notandum ſtatueret; quo quidem opere id continetur, quod ne Auctores quidem illi concedendum, aut ferendum arbitrabantur? Quin etiam ſi ea ipſa *Conſultatio* proſcripta fuit juſſu Regis (3), quid



in

(1) *Ibid. Artic. IX. pag.* 48. „ Non que (l'Univerſité de l'Egliſe) ſoit elle qui leur (Hierarchis) „ donne le droit, & la puiſſance d'exercer ces fonctions; „ car ELLE NE LEUR DONNE NI le charactere de l'Ordre, „ ni la juriſdiction: Ils REÇOIVENT l'UNE, & L'AUTRE IMMEDIATEMENT DE NOTRE SEIGNEUR JESUS CHRIST. „. At Febronius, ut ſupra demonſtratum eſt, *pag.* 30. *hujus Vol. Not.* 1. ſtatuit: ab Eccleſiæ Univerſitate *in omnes ejus Miniſtros, & in ipſum Summum Pontificem poteſtatem*, vel *poteſtatis uſum derivari.*

(2) Vide quæ ex Febronii opere deſcripſimus *pag.* 30. *hujus vol. not.* 1.

(3) Confer *la Remontrance du Clergé* 17. *Sept.* 1730. *To. XII. Actor. Cleri Gallicani Edit. Pariſ. an.* 1740. *pag.* 1764. Nam ibi ea *Conſultatio* vocatur: „ un Ecrit condamné par ſa Majeſté même, & refuté ſous ſes yeux par la ſageſſe de l'Epiſcopat „. Vide præterea „ l' Arreſt du Conſeil d' Eſtat du Roy „ ren-

in tuos Libros fuiſſe agendum cenſes, quibuſcum illa conferri vix ulla ratione poſſet?

Nunc illud ex te quæro, Febroni: ſi aliquot laici, inferioriſque Ordinis Eccleſiaſtici cum Epiſcopis, Pontificeque Maximo de doctrina religionis certarent; quibuſnam tu aſſentirere? Epiſcopis ne ipſis, Summoque Pontifici; an Laicis &c? Reſpondeas tu licet, ut voles; Galli tamen a Clero Eccleſiam ejus Gentis exhibente edocti, Epiſcopis, Pontificique Maximo dicto quemque audientem eſſe oportere defendent (1). Cum igitur Epiſcopi juncti Pon-

---

„ rendû ſur le vû de l'avis & jugement des Cardi-
„ naux, Archevêques, & Evêques aſſemblez ex-
„ traordinairement a Paris ſuivant les ordres de S.M.
„ du 9. Avril dernier, par lequel le Roi ordonne la
„ ſuppreſſion de l'Ecrit qui a pour titre = *Conſulta-*
„ *tion de M. les Avocats &c. du* 13. *juillet* 1728. *A*
„ *Paris de l'Imprimerie Royale* 1728.

(1) *Cler. Ibid. pag.* 1763. „ La Connoiſſance (*de* „ *la doctrine*) eſt inconteſtablement du reſſort des „ ſeuls Evêques. „ Vide quoque (ut innumerabilia propemodum ejuſmodi monumenta prætercam) vide, inquam, *la Lettre Ecrite au Roy par l'Aſſemblée generale du Clergé de France tenue a Paris au l'Année* 1730. *Ibid. pag.* 1671. In ea eſt ſcriptum hoc modo: „ Le corps des Paſteurs enſeignera toujours la ve- „ rité dans l'Egliſe juſqu' a la conſommation des „ ſiecles, & malheur à celui qui ne cherchera la „ loi de Dieu dans leurs bouche „: & *pag.* 1673.

„ Il

Pontifici impetì *fundamentum fidei noſtræ; ac principia, quibus eſſentialiter diſtinguimur ab hæreticis, oppugnari*, affirment, *ab iis, qui poteſtatem ſpiritalem in integra Societate reſidere dicunt, quatenus hæc Paſtorum corpus, fideleſque complectitur*; quid erit, rogo te, cauſſæ, quamobrem non iiſdem Epiſcopis aſſentiri Gallos putes; aut cur non dubites ad Gallorum præſidium confugere, dum id defendis, quod Epiſcopi ipſi ut adverſum atque inimicum religioni catholicæ reſpuunt?

Epiſcopis plus triginta, qui, ut eſt demonſtratum, adverſus *Conſultationem* an. 1728. ſententiam dixerunt; eaque de re Lit.

---

„ Il n' arrivera jamais que la multitude des pre„ miers Paſteurs unis au Pape enſeigne l' erreur, „ ou condamne la verità. Cette regle avoit lieu „ lorſque l'Egliſe naiſſante étoit renfermée dans la „ Judée, elle s' eſt maintenuë dans l' Egliſe re„ panduë par toute la terre, & conformement aux „ promeſſes, elle fixera la creance des fideles juſqu' „ à la conſommation des ſiecles ... Il eſt triſte qu'on „ ſoit réduit a employer pour combattre les nouvel„ les erreurs, les mêmes armes qui ont tant de fois „ ſervi à convaincre & à confondre les Luthériens & „ les Calviniſtes. Quelle honte pour ceux qui les ſou„ tiennent, d'emprunter leurs maximes & leurs „ principes, & de n'avoir d'autre reſſource que le „ miſérable parti de réduire le fidele a l'eſprit parti„ culier! ... l' Auteur da cette lettrè (*adverſus Clerum ſcriptae*) a imaginè une autorité de perſuaſion, „ qu'il

Litteras dederunt ad Regem (1); his, inquam, Epiſcopis præiverant Antiſtites centum, qui an. 1720. (2) & antea quadraginta, qui an. 1713., & 1714. Pariſiis Comitia celebrarant; quibus porro alii plus LX. ad-

„ qu'il accorde quelquefois au petit nombre d'Evê- „ ques, tandis ... qu'il ne laiſſe au corps des Paſteurs „ unis au Pape, qu' une autorité de juriſdiction ſté- „ rile & impuiſſante, pour ſervir de regle à nôtre „ croyance, parcé qu'elle eſt, ſelon lui, incertaine, „ & ſujette a l'erreur: diſtinction nouvelle & incon- „ nuë a nos Peres: diſtinction ſcandaleuſe qui ne peut „ ſervir, qu'a jetter la confuſion dans l'Egliſe; qu'a „ donner cours à toutes ſortes de Sectes; qu'à laiſſer „ flotter le fidele a tout vent de doctrinè &c.

(1) Eſt hæc earum litterarum inſcriptio = „ Lettre des Cardinaux, Archevêques, & Evêques „ aſſemblez extraordinairement à Paris par les ordres „ du Roy, pour donner a ſa Majeſté leur avis & juge- „ ment ſur un Ecrit imprimé qui a pour titre *Conſultation* &c. a *Paris* 1728.

(2) De *Explicationibus* horum Epiſcoporum, D. Gilbertus Advocatus *Parlamenti Pariſienſis* in Concione, quæ præfixa eſt *à l'Arreſt* de la Cour du Parlement du 18. Fevr. 1720. *pag.* 4.*ſq.* ſic habet: être „ les *Explications* fameuſes de 1720. COMME UN DES „ PLUS RESPECTABLES MONUMENTS DE LA DOCTRINE „ DES EVEQUES du ROYAUME; COMME L'OUVRAGE du „ CONCERT DES PRELATS REPANDUS DANS TOUTES LES „ DIVERSES PARTIES DE LA FRANCE, qui par une De- „ claration du Roy SOLEMNELLE a recû LE SCEAU, & „ L'APPUY EXTERIEUR de L'AUTORITE SOUVERAINE „. Vide Declarationes Regis 4. Aug. 1720. & 24. Martii 1730. *T. XII. Actor. Cleri Gallic. pag.* 1642. *&* 1645.

LX. adhæſerant [1]. Horum autem hæc fuit doctrinæ ratio: *Verum quidem eſſe, excommunicandi poteſtatem datam fuiſſe Eccleſiæ in perſona primorum Paſtorum; atque hanc propoſitionem, niſi progrederetur longius, orthodoxam fore: Sed nullo modo eſſe verum, Paſtores primos recipere id poteſtatis genus ab Eccleſiæ corpore, hoc eſt a fidelibus. Poteſtatem excommunicandi partem eſſe poteſtatis Clavium, quam Jeſus Chriſtus ipſe immediate dedit Apoſtolis, inque horum Perſonis, ſucceſſoribus eorumdem Epiſcopis* (2).

Sunt horum plane ſimilia, quæ an. 1731. Carolus Gaſpar de Vintimille Archiepiſcopus Pariſienſis ſcripſit in aliquot libellos, qui

(1) Vide „ La Memoire preſenté au Roy par „ l' Archevêque de Cambray l' an. 1734. p. 26.

(2) „ *Inſtruction Paſtorale* approuvée par l' Aſ- „ ſemblée de Meſſeigneurs les Cardinaux, Archevê- „ ques &c. & propoſée a Meſſeigneurs les Prelats ab- „ ſens „. *Proceſſ. Verbal. Cleri an.* 1713. & 1714. *Edit. an.* 1714. *pag.* 111. „ Il eſt vrai, que le pouvoir „ d' excommunier a été donné à l' Egliſe en la per- „ ſonne des Premiers Paſteurs, & ſi la propoſition „ n'alloit pas plus loin, elle ſeroit orthodoxe; mais „ il n' eſt pas vrai QUE LES PREMIERS PASTEURS LE RE- „ ÇOIVENT DU CORPS de L' EGLISE, c' eſt a dire, „ des fideles. Le pouvoir d' excommunier fait partie „ des clefs, que Jeſus-Chriſt même donna aux Apô- „ tres immediatement, & dans leurs perſonnes aux „ Evêques, qui ſont leurs ſucceſſeurs „.

qui tunc magno multorum detrimento prodierant. Nam is Antiſtes, ex Proteſtantium lacunis hauſtam, errorisque damnatam fuiſſe, docet, (1) eorum ſententiam, qui dice-

(1) „ Ordonnance, & Inſtruction Paſtorale de „ Monſieur L'Archevêque de Paris portant condamnation d'un Ecrit, qui a pour titre = *Memoire pour le ſieurs Samſon* &c. a Paris 1731. pag. 46. „ „ Depuis les conteſtations qui ſe ſont élevées dans „ l'Egliſe non ſeulement on renouvelle les principes „ juſtement flétris dans Richer „ (*hæc intelligat Febronius velim, qui catholicam, piamque putat eſſe Richerii hac de quæſtione doctrinam*) „ mais on va encore „ plus loin que Richer même; & l'on ſoûtient ce qu'il „ a condamné comme une erreur. Ce'eſt donc dans „ les écrits des PROTESTANS, que l'on a puiſé la do„ ctrine contre laquelle nous ſommes obligez de nous „ élever, & qui conſiſte à prétendre, que la proprie„ té du pouvoir des clefs appartient eſſentiellement à „ l'Egliſe en tant qu'elle eſt compoſée du Clergé, & „ du Peuple, & que ceux qui ont l'exercice de ce „ pouvoir nè peuvent en faire uſage qu'au nom, & „ du conſentement de toute la societé „. Pag. 48. „ L'Auteur des *Reflexions Morales* &c. a avancé, que „ l'autorité d'excommunier a été donnée a l'Egliſe „ pour étre exercée par les premiers Paſteurs du con„ ſentement au moins preſumé de tout le corps. Par „ tout le corps de l'Egliſe, il ne peut entendre que „ l'Aſſemblée du Clergé, & du Peuple. Suivant ſes „ idées, ce ſeroit aux Laics même qu'appartiendroit „ le fonds d'un pouvoir purement Spirituel; les Pre„ miers Paſteurs n'en auroient que le ſimple exerci„ ce,

cerent = *proprietatem poteſtatis clavium eſſentialiter ad Eccleſiam pertinere, in quantum Ec-*

---

„ ce, et ils ne pourroient même en faire uſage que „ de l'approbation, et du conſentement au moins „ preſumé des peuples. FAUSSE, ET DANGEREUSE „ DOCTRINE, QUE LE PAPE ET LES EVEQUES ONT CONDAMNEE DANS CET AUTEUR. Cette juſte cenſure „ n'a point arrêté ceux qui ont écrit pour la défenſe (de la propoſition condamnée). A la verité ils n'ont pas ſuivi en éntier la doctrine des „ Proteſtans; ils n'anéantiſſent pas comme eux le „ Sacerdoce Chrêtien; comme eux ils n'enſeignent „ pas QUE LES PASTEURS REÇOIVENT DE L'ASSEMBLEE „ DES FIDELES TOUS LES POUVOIRS ATTACHEZ AU MINISTERE ECCLESIASTIQUE; mais peut-on TOLERER „ qu'ils SOUTIENNENT UNE PARTIE DE CETTE DOCTRINE REPROUVEE DANS LES MINISTRES CALVINISTES; „ & qu'ils enſeignent avec eux QUE LA PROPRIETE „ DU POUVOIR DES CLEFS APPARTIENT A L'EGLISE „ COMPOSEE DU CLERGE, ET DU PEUPLE: que c'eſt „ toute l'Egliſe, que c'eſt LE CORPS DES PASTEURS, „ ET DU PEUPLE FIDELE, QUI A REÇU TOUT POUVOIR, „ QUE C'EST CE CORPS ENTIER PRIS EN CE SENS qui *juge*, „ *qui décide, qui admet dans ſa communion & qui en* „ *retranche quoiqu'il faſſe tout cela par ſes Paſteurs* „ *&c.* „ Pag, 54. „ RIEN EST DONC PLUS CONTRAIRE à ce que JESUS CHRIST, ET LES APOTRES NOUS-ENSEIGNENT, QUE CETTE MAXIME, QUE LE POUVOIR „ DES CLEFS A ETE DONNE AU CORPS DE L'EGLISE, A' „ L'ASSEMBLEE DES FDELES POUR LE COMMUNIQUER „ AUX PREMIERS PASTEURS. IDEE FAUSSE, ET QUI „ REPUGNE A L'ECONOMIE DES DESSEINS DE J. C. & A „ L'ORDRE QU'IL A SUIVI POUR FORMER ET POUR „ ETABLIR SON EGLISE.

*Eccleſia ipſa a Clero , Populoque componitur ; & eos , qui exercitium obtinent ejus poteſtatis , hac uti nequire , niſi nomine , & conſenſu ſocietatis* . Atque ex horum quidem ſermone plane intelligi : *Laicis* etiam ineſſe *poteſtatem mere ſpiritalem ; cujus poteſtatis primi Paſtores nonniſi ſimplex exercitium habeant , quo uti non poſſint , niſi adprobatione , & conſenſu ſaltem præſumto Populorum* . Id vero opinionis portentum *falſum , damnoſum , atque a Pontifice , & Epiſcopis condemnatum eſſe.* Ejus falſi dogmatis Defenſores *non integram quidem hæreticam Proteſtantium doctrinam ſequi* . Non enim eo ipſos attigiſſe , ut doceant , Paſtores recipere ab UNIVERSITATE FIDELIUM POTESTATEM OMNEM MINISTERIO ECCLESIASTICO ADNEXAM ( quod tu tamen Febroni doces ) · *Sed ferri nullo modo poſſe , ut* iidem falſi dogmatis Vindices *partem ejuſdem doctrinæ in miniſtris Proteſtantium reprobatam probent , cumque iis ſtatuant: proprietatem poteſtatis clavium* ad ECCLESIAM PERTINERE, QUAE A CLERICIS, POPULOQUE COMPOSITA SIT ; *& hanc eſſe* TOTAM *Eccleſiam , hoc eſt Paſtorum , Populique fidelis corpus , quod recepit totam poteſtatem ; idque Corpus integrum hac ſignificatione intellectum , illud eſſe , quod judicat , quod decidit , quod in ſui recipit communionem &c. Nihil autem eſſe tam contrarium iis , quæ nos Jeſus Chriſtus , atque Apo-*

*Apoſtoli docuerunt*, *quam haec eſt ſententia*, *nempe* = POTESTATEM CLAVIUM DATAM FUISSE CORPORI ECCLESIAE, hoc eſt COETUI FIDELIUM, UT EAM PASTORIBUS PRIMIS COMMUNICET. FALSAM HANC NOTIONEM ESSE, AC REPUGNANTEM OECONOMIÆ PROPOSITORUM JESU CHRISTI; ET ORDINI, *quem Servator idem ſequutus eſt ad firmandam*, *ſtabiliendamque Eccleſiam*. Ex Inſtitutione Paſtorali Archiepiſcopi Pariſienſis deſcripſi multo plura, non quidem quam opus eſſet, ſed certe quam cuperem. Nil enim fere mihi eſt brevitate optatius. At cauſſae potius conſulendum fuit, quam indulgendum animo, deſiderioque meo. Verum nolo tibi moleſtus eſſe. Si grave erit hæc legere, equidem iſto te onere levaro. Conferam in pauca. Archiepiſcopus Pariſienſis docet: ſententiam iſtam, quae de Clavium eſt *poteſtate omnibus Eccleſiae membris collectim immediate a Chriſto data*; atque *ex Collectione ipſa* (*cui eſſentialiter*, *ac proprie inſit*) *in Sacrorum Præſides*, *quod ad exercitium*, *uſumque attinet*, *derivata*: docet, inquam: ſententiam iſtam 1.° hauſtam eſſe de fontibus Proteſtantium, in primis autem Calvinianorum (1). 2.° Eamdem *falſam*, *doctri-*

(1) Pag. 46. ſq. Affert autem, hujus rei confirmandae cauſſa, Claudii Miniſtri Charentoniani, ſectarii Calviniani locum e *Defenſione Reformationis pag.* 342. *ſqq.*

*doctrinam damnatam eſſe ab Epiſcopis, atque a Pontifice Maximo* (1). 3.° Tolerari ipſam nullo modo poſſe, (2) ut *quæ error* ſit (3) *reprobatus* (4) *in Miniſtris Calvinianorum*. 4.° Fas non eſſe, iſtam in ſuis *principiis* tueri; eamdemque in iis, quæ ex ipſa ſequantur, eſſe perniciosam (5). 5.° Poſtremo nihil eſſe, quam ea ſit, magis contrarium doctrinæ Chriſti, & Apoſtolorum (6). Nega modo, ſi potes, tuam peti hiſce tot cenſuris ſententiam.

At non eum te, forſitan dices, eſſe, quem unius Epiſcopi moveat auctoritas. Paterer, ſi aut ſolus eſſet, aut ſi ſentiret cum paucis. Verum ſecus eſt. Nam eſt hujus cum Collegis ceteris ſuis eadem de re (ut vidimus, utque deinceps copioſius demonſtrabo) ſumma conſenſio. Non ego heic tibi Archiepiſcopum Cameracenſem Fenelonium (7); non Archiepiſcopum

(1) Pag. 48.
(2) Ibid.
(3) Ibid. p.
(4) Pag. 48.
(5) Pag. 51.
(6) Pag. 54.
(7) *Mandement & Inſtruction Paſtorale de Monſeigneur l'Archevêque Duc de Cambray portant condamnation d'un Ecrit qui a pour titre* : „ Memoire pour „ les

pum Senonenſem Languetum (1), non Archiepiſcopum Remenſem Maillium (2), non Epiſcopum Laudunenſem de la Fare (3), non Aptenſem de Foreſta (4), non Andegavenſem Pocetum de la Riviere (5), non Archiepiſcopum Ebredunenſem Tencinium (6),

G non

les ſieurs Samſon Curé d'Olivet, Covet *&c. a Paris.* 1731. *pag.* 7. *ſqq. & pag.* 91. *ſqq.*

(1) Hujus permultae ſunt, in quibus hac de re item agitur, Epiſtolæ. Vide interea *le Mandement du* 25. *mars* 1736.

(2) *Ordonnance de Monſeigneur l'Archevêque de Reims &c. portant condamnation d'un imprimé intitulé* = Lettre des Curez &c. *du* 15. *Decembre* 1716.

(3) *Inſtruction Paſtorale de Monſeigneur l'Eveſque de Leon &c. ſur l'Autorité que Jeſus-Chriſt a donnée a ſon Egliſe, du* 20. *Avril* 1737.

(4) *Mandement de Monſeigneur l'Evêque d'Apt contenent pluſieurs declarations importantes du* 2. *Decembre* 1717.

(5) *Avis Inſtructifs de Monſeigneur l'Evêque d'Angers aux Curez de ſon Dioceſe à l'occaſion d'un libelle intitulé* : Reponſe à un Ecrit, qui a pour titre: Memoire preſenté par Pluſieurs Cardinaux, Archevêques & Evêques a Monſeigneur le Regent = *A Angers* 1717. *Avec Privilege du Roy.*

(6) *Mandement de Monſeigneur l'Archevêque d'Embrun portant condamnation d'un Ecrit intitulé* : Memoire pour le ſieur Samſon &c. His conſonat *Conſilium ſtatus Regis* „ *in Arreſt rendû au Sujet d'un Ecrit* „ *intitulé* = Memoire pour le ſieur Samſon &c. 30. „ *Oct.* 1730. & in *Arreſt du* 10. May 1735. pro In- „ ſtructione Paſtorali Archiepiſcopi Cameracenſis.

non alios ſingillatim, quorum cum ingens ſit numerus, vix aliquando, ſi nominare vellem, facerem ſcribendi finem. Cleri Gallicani Comitiorum auctoritate utar. In his gravis eſt adverſus eos conqueſtio, qui Archiepiſcopi Pariſienſis de Poteſtate Eccleſiaſtica Decretis reſiſtere auderent (1). In iiſ-

(1) *Harangue faite au Roy a Verſailles le* 17. *Sept.* 1730. *pour la Cloture de l' Aſſemblée Generale du Clergé de France. Tom. XII. Actor. Cleri Gallic. pag.* 1762. *Edit. Paris. an.* 1740. „ Pour le dépôt de la Foi, & „ nôtre juriſdiction, qui en eſt une ſuite néceſſaire, „ c'eſt nôtre treſor, nôtre gloire, nôtre engagement. „ Nous ne pouvons jamais conſentir, qu'on nous l'enleve .. Ce ſont pourtant, Sire, ces droits ſi ſacrés qui ſont ouvertement mépriſés .. Nous ſommes les juges de la foi. ON NE NOUS EN CONTESTE pas LE TITRE; mais en on affoiblit l' exercice. De ſimples fidéles ſe ſont autement declarés „ contre la doctrine de leurs maîtres en J. C. Des „ miniſtres ſubalternes de l' Egliſe contre l' autorité des premiers Paſteurs. Chacun ſur des principes arbitraires décide de ſa foi, & ne compte „ pour rien ceux qui doivent la fixer. Des déclamations vives, & des railleries IMPIES ... n' oublient rien pour anéantir un jugement de l' Egliſe, qui ne peut tomber ſans ebranler tous les „ fondemens de nôtre eroyance. Des Ecrits-avoüés, & reconnus par des Curés de votre Capitale, contrediſſent publiquement le Mandement de „ leur Archevêque. On voit monter à l' Autel .. „ des Prêtres qui viennent d'en être exclus par la „ SEU-

iiſdem, Clerus Epiſcopis eſſe, docet, judicandi, decidendi, Eccleſiaſque gubernandi divinitus poteſtatem datam. Parere quemque his oportere. Judicium de religione ab his in unam ſententiam conſpirantibus

la-

„ SEULE AUTORITE LEGITIME qui puiſſe les y retablir „. Pag. 1760. „ Le calme aprés lequel nous „ ſoupirons „ ne ſçavroit ſe trouver, que dans la ſoumiſſion aux Decrets de la Foi, & dans l'obéiſſance „ à ceux qui en ſont les juges. Ce ſont les Evêques, „ & les Evêques ſeuls. C'eſt à eux qu'il appartient d'en „ decider les dogmes, de les enſeigner, de les expliquer, de les garantir, d'en établir également „ la certitude & l'écumenicité, & d'y ſoumettre „ les peuples „ Vide etiam *la Lettre Ecrite au Roy par l'Aſſemblée Generale du Clergé de France tenue à Paris en l'Année* 1731. *pag.* 1671. *ejuſdem Volum.* quo loco ſic habetur: „ Le grand objet des „ Sectaires eſt de combattre, & de rendre odieuſe L'AUTORITE DU CORPS DES PASTEURS UNIS A „ LEUR CHEF pour y ſubſtituer celle DE QUATRE, „ OU CINQ EUEQUES REFRACTAIRES. Syſtême monſtrueux qui ſappe les fondemens de la Religion, „ qui détruit *l'univerſalité*, & LA VISIBILITE de „ L'EGLISSE, & reduit les fideles comme les Proteſtans, à n'avoir plus de regle fixe de leur creance „. Pag. 1674. Nous le diſons avec douleur: la „ ſubordination s'affoiblit. Le ſimple Prêtre ſe met „ au rang des premiers Paſteurs, & prend la place „ des juges de la foi. Des Cures de la Capitale de „ vôtre Royaume oſent dans un Mémoire imprimé attaquer ouvertement un Ordonnance, & une „ Inſtruction Paſtorale de leur Archevêque, que „ ſont hors du toute atteinte &c. „

latum, labefactari ab Laicis, inferioriſque ordinis Clericis nequire, quin fundamenta concutiantur noſtræ fidei.

Quo item revolvi video, quæ anno 1726. Clerus complexus eſt iis litteris, quas 18. novembris die de læſis Epiſcoporum juribus dedit ad Regem. Auctoritatem namque ab Jeſu Chriſto Sacrorum Antiſtitibus creditam (1): jus regendarum Eccleſiarum *eſſentialiter* (2) junctum eorum characteri: eoſque ſolos Divino jure *judices* fidei eſſe *conſtitutos* (3) docet. Quin etiam Epiſcoporum omnium Galliae (eorum in primis, qui Pariſios ad Comitia an. 1700. conve-ne-

(1) *Tom. XII. Actor. Cler. Gallic. pag.* 1632. „ L'autorité, *inquiunt Epiſcopi*, que Jeſus Chriſt „ nous a confiée &c. „

(2) *Ibid. pag.* 1633. Le ſilence .. ne regarde „ point les Evêques qui ſont toujours en droit d'in- „ ſtruire leurs peuples ſur ce qui a rapport au dog- „ me, & à la foi, & de s'aſſurer de la doctri- „ ne, & de la ſoumiſſion des Eccleſiaſtiques de leurs „ Dioceſes qui ſont appellés au miniſtere „. Orant inde Regem = „ d'appuyer les Evêques dans „ l'exercice D'UN DROIT qui eſt ESSENTIELLEMENT „ ATTACHE à LEUR CARACTERE &c. „.

(3) *Ibid. pag.* 1634. Queruntur Epiſcopi deripi ſibi a refractariis „ Le droit d'être SEULS DE „ DROIT DIVIN LES JUGES DE LA FOI; & l'on ve- „ ut que les ſimples Prêtres, & même les ſimples „ Laics partagent cette autorité avec eux. Jamais „ la licence n'a été portée ſi loin „.

Digitized by Google

nerant) nomine Archiepiſcopus Remenſis, ſic Regem eſt alloquutus: *Epiſcopis, quos Spiritus Sanctus conſtituit, ut regant Eccleſiam Dei, honos, & obedientia adhibebitur; iidemque Epiſcopi auſcultabunt, ut debent, ſumma cum veneratione Succeſſori B. Petri, qui eſt aſpectabile hujus Sanctæ Eccleſiæ Caput... Petrus loquetur prior, ut in Hieroſolymitano Concilio; loqueturque* AUCTORITATE UNIVERSALI; *ſed Jacobus Hieroſolymorum Antiſtes poſt ipſum, & cum ipſo etiam loquetur* (1). Horum ſunt ſimilia, quae Galli Præſules an. 1695. declararunt, cum privilegia Cleri uti rivos e fonte Epiſcopatus manare affirmarint (2). Jam Hierarchis Eccleſiaſticam poteſtatem fuiſſe divinitus conceſſam animadverterant an. 1680. (3). Annis 1681. & 1682. (ut ex Oratione in Comitiis a Boſſuetio, inſigni omnium Gallorum Antiſtitum voluntate, habita intelligi plane po-

 teſt

(1) Tom. eod. *pag.* 836. Sed de hoc loco ailas.

(2) Ibid. pag. 828. „ Les Privileges du Clergé ſons les ruiſſeaux qui coulent de la ſource de „ l'Epiſcopat „.

(3) Proceſſ. Verb. conv. Cler. an. 1681. in quo eſt *Oratio* habita (Conventus ejuſdem nomine) ad Regem a Colberto Epiſcopo Autiſſiodorenſi; quæ qui-

teſt (1)) ligandi, ſolvendique auctoritatem, hoc eſt poteſtatem clavium in Petro neceſ-

quidem Oratio extat etiam in *Tom. XII. Actor. Cler. ejuſd. pag.* 789.

(1) *Pag.* 475. *Tom. VII. Operum Edit. Venetae an.* 1752. „ Vous avez vu cette unité dans la „ ſaint Siége : la voulez-vous voir dans tout l'Or- „ dre & dans tout le College Epiſcopal ? Mais c'eſt „ encore en ſaint Pierre qu'elle doit paroître, & „ encore dans ces paroles : *tout ce que tu lieras* „ *ſera lié* ; *tuot ce que tu délieras*, *ſera délié*.. „ Oui, mes Freres, ces grandes paroles où vous „ avez vu ſi clairement la Primauté de Saint Pier- „ re, ont érigé les Evêques ; puiſque la force de „ leur miniſtere conſiſte à lier, ou à délier ceux „ qui croient, ou ne croient pas a leur parole. „ Ainſi cette DIVINE PUISSANCE de LIER, & DE „ DELIER EST UN ANNEXE NECESSAIRE & COMME LE „ DERNIER SCEAU de la PREDICATION, QUE J. C. „ LEUR A CONFIEE ; & vous voyez en paſſant TOUT „ L'ORDRE DE LA JURISDICTION ECCLESIASTIQUE. „ C'eſt pourquoi le même qui a dit à Saint Pierre: „ *tout ce que tu lieras* &c. a dit la même choſe „ a tous les Apôtres... On ne peut voir une puiſ- „ ſance mieux établie, ni une miſſion PLUS IMME- „ DIATE.. C'etoit donc manifeſtement le deſſein „ de J. C. de mettre premierement dans un ſeul „ ce, que dans la ſuite il vouloit mettre dans plu- „ ſieurs. Mais la ſuite ne renverſe pas le commen- „ cement, & LE PREMIER NE PERD PAS SA PLACE. „ Car les promeſſes de Jeſus-Chriſt auſſi bien que ſes „ dons ſont ſans repentance ; & ce QUI EST UNE FOIS „ DON-

neceſſario Collegii Epiſcoporum unioni adnexam agnoverant. Nec tum primum coeperat hæc doctrina in Galliis invaleſcere. Jamdiu enim obtinuerat, ut ex ſerie Conventuum Cleri ejus inclytae Nationis perſpicitur. Audiendi Epiſcopi ſunt, qui Pariſios ad celebrauda comitia venerant



---

,, DONNE INDEFINIMENT, & UNIVERSELLEMENT, eſt
,, IRREVOCABLE; outre que la PUISSANCE DONNEE A
,, PLUSIEURS porte ſa RESTRICTION DANS SON PAR-
,, TAGE; au lieu que LA PUISSANCE DONNEE A UN
,, SEUL, & SUR TOUS, & SANS EXCEPTION EMPOR-
,, TE LA PLENITUDE, & N'AIANT A SE PARTAGER
,, AVEC AUCUN AUTRE, ELLE N'A DE BORNES, QUE
,, CELLES que DONNE la regle . . . *Tous* reçoivent
,, la même PUISSANCE, & tous de la MEME SOUR-
,, CE; MAIS NON PAS TOUS en MEME dégré, NI AVEC
,, LA MEME ETENDUE... C'eſt pourquoi il commence
,, par le premier; & dans ce premier il forme le tout:
,, & lui-même il développe avec ordre ce qu'il a mis
,, dans un ſeul: & *Pierre*, dit S. Auguſtin, *qui dans*
,, *l'honneur de ſa primauté repreſentoit toute l'Egliſe*
,, *reçoit auſſi* le premier, *& le ſeul d'abord les*
,, *Clefs*, *qui* dans la ſuite *devoient être communiquées*
,, *a tous les autres*: afin que nous apprenions, ſelon
,, la doctrine d'un Saint Evêque de l'Egliſe gallicane,
,, que l'autorité Eccleſiaſtique premierement établie
,, en la perſonne d'un ſeul ne s'eſt répandue qu'à con-
,, dition d'être toujours ramenée au principe de ſon
,, unité, & que tous ceux qui auront à l'exercer, ſe
,, doivent tenir inſéparablement unis à la même chai-
,, re,, .

an. 1675 (1) . 1670 (2) . & 1666 (3): Quo quidem tempore profeſſi etiam ſunt: *poteſtatem Eccleſiaſticam ſtabilitam divinitus eſſe*

(1) Tom. XII. Actor. Cler. Gallic. pag. 1426. „ Il ſuffit de dire ſommairement que c'eſt aux EVEQUES SEULS A qui DIEU A DONNE LA PUISSANCE DE REGIR & GOUVERNER L'EGLISE, que l'inſtitution, „ & l'ordination des Miniſtres leur appartient de droit „ divin &c. Confer etiam pag. 1411. „ .

(2) Ibid. pag. 768. „ Ceux qui ont lû les Ecrits „ des Peres, & les Saints Canons, ſous leſquels l'E- „ gliſe Gallicane, & les Rois .. ont toûjours déclaré „ qu'ils vouloient vivre, ſçavent que l'antiquité qui n'a „ jamais permis aux Prêtres ni d'annoncer l'Evangi- „ le, ni de reconcilier les penitens que par une com- „ miſſion ſpeciale des Evêques, qui ont reçû l'AU- „ TORITE PRINCIPALE, & IMMEDIATE DE CONDUIRE „ LES AMES DE LA MAIN DE CELUI QUI LES A ACQUISES „ PAR SON SANG; de ſorte, qu'il NE SUFFIT pas que „ la PUISSANCE d'exercer ces celeſtes fonctions ſoit „ une fois EMANEE DU CARACTERE EPISCOPAL, SI „ ELLE NE REÇOIT SANS CESSE SA FORCE & SON AP- „ PLICATION PAR L'INFLUENCE CONTINUELLE DE CET „ ORDRE APOSTOLIQUE, DANS LE QUEL, PAR L'IN- „ STITUTION DE J. C. RESIDE COMME DANS ſa SOURCE „ la PLENITUDE DE l'ESPRIT, & DE LA GRACE SA- „ CERDOTALE. „

(3) *Ibid. pag.* 752. Gallicani Epiſcopi, Auctoritatem a Chriſto ſacris miniſtris datam eam eſſe oſtendunt, quæ auctoritas item Eccleſiae eſſe dicitur; adduntque alloquentes Regem: pag. 753. „ Nous vous „ demandons la reſtitution d'un pouvoir, QUE JESUS- „ CHRIST a CONFIE A NOUS SEULS. „

*eſſe in manibus Epiſcoporum* (1), *inque his reſidere*; cum *ipſorum* ſit *charačteri adnexa*, ut ajunt, *eſſentialiter* (2). Chriſtum namque id genus poteſtatis dediſſe Apoſtolis, perque *Apoſtolos* idipſum conceſſiſſe Succeſſoribus eorum Epiſcopis. Promiſiſſe eam poteſtatem primum, deindeque contuliſſe Petro: promiſiſſe item, poſtque dediſſe ipſam reliquis Apoſtolis *ad ſervandam unitatem Epiſcopatus in multitudine Epiſcoporum*, quorum auctoritas *ſuper gregem totum extenditur*. Oſtendi hanc doctrinam poſſe Scripturæ, Traditioniſque monumentis, ac Decreto etiam Sacræ Facultatis Theologicae Pariſienſis an. 1617. *contra hæreticum de Dominis* edito, quo Decreto adverſa opinio *hæretica eſſe* declaratur, ſubvertenſque Ecclesiae Hierarchiam (3). Totam auctoritatem

(1) *Ibid. pag.* 748. „ La PUISSANCE ECCLESIASTIQUE entre les mains des Prelats, où DIEU l'a „ ETABLIE, ne peut être ſuſpecte &c. „ Confer præterea *pag.* 740.

(2) *Ibid. pag.* 742. „ Un pouvoir eſſentiellement attaché à leur caractere „.

(3) Ibid. *pag.* 727. *ſqq.* „ Jeſus Chriſti qui „ étoit Roy, & Prêtre tout enſemble.. communiqua a ſes Apôtres le puiſſance,.. & par ſes Apôtres il la donna aux Equêques, qui ſont leur ſucceſſeurs.. Il promit à Saint Pierre de lui donner le „ gou-

tatem hujuſce Regni Filii Dei, poteſtate Ordinis, atque Juriſdictionis, exerceri ſub

„ gouvernement de ſon Egliſe, quand il dit = *Vous* „ *êtes Pierre* &c. Il les lui donna aprés ſa rerurrection, „ en lui diſant = *Pais mes brebis* &c. Il promit à tous „ les Apôtres de leur donner une autorite abſoluë pour „ la conduite de ſon troupeau, quand aprés leur avoir „ declaré, que ſi quelqu' un n'obëiſſoit pas à l' Egli- „ ſe il vouloit, qu' il en fût rejetté comme un pa- „ ïen, & comme un publicain = *En verité je vous* „ *declare*, *que tout ce*, *que vous lierez* &c. Aprés ſa „ reſurrection il leur donna ce pouvoir qu'il leur avoit „ promis, quand il dit = *Comme mon Pere m'a envoié* „ &c. . . Voilà donc cette puiſſance ſpirituelle qui fût „ promiſe, & donnée a S. Pierre, qui eſt promiſe, „ & donnée à tous les Apôtres pour conſerver l' uni- „ té de l' Epiſcopat dans la multitude des Evêques, „ pour établier le regne Spirituel de J. C. dans le „ monde .. C'eſt là ce gouvernement ſpirituel dont le „ Saint Eſprit a chargé les Evêques comme S. Paul le „ dit aux Actes: *prenez garde* &c. Ces paroles font „ voir clairement, que le pouvoir des Evêques s' é „ tend ſur tout le troupeau de nôtre-Seigneur ſans „ exception des perſonnes ni des conditions, que le „ ſaint Eſprit le leur a donné immediatement, & que „ le Fils de Dieu a acquis ſon Egliſe au prix de ſon „ propre Sang pour leur en donner la conduite .... Il „ nous ſeroit facile de juſtifier cette doctrine par quan- „ tité d'autres paſſages formels de la S. Ecriture, par „ la Tradition conſtante de toute l'Egliſe, par tous les „ Auteurs tant Sacrez que Profanes, & de montrer „ par un Decret ſolemnel de la Faculté de Theologie „ dé Paris de l'an. 1617. contre l'Heretique de Do- „ mi-

ſub uno Paſtore inviſibili, qui eſt Chriſtus, & ſub uno viſibili Capite, quod eſt centrum Catholicae unitatis (1). Itaque politiam, judicium, juriſdictionem ſupra corpus Chriſti myſticum, quod eſt Eccleſia, ſeu fidelium coetus &c. a Spiritu Sancto SOLIS Miniſtris ſacerdotalis Regni Filii Dei eſſe commiſſam (2) &c. Confer etiam Proceſſus Verbales an. 1656. 23. Nov. (3) & an. 1651. 7. Auguſti, in quo poſtremo Proceſſu Oratio extat Epiſcopi Graſſenſis Domini de Godeau, quae ſummo Cleri con-

---

„ minis, que l'opinion contraire eſt heretique, & „ qu' elle renverſe tout l' ordre de la Hierarchie „.

(1) Ibid. „ Toute l' autorité de ce Rojaume „ du Fils de Dieu qui s'exerce par la puiſſance de l'Or„ dre, & par celle de la juriſdiction, ou des deux en„ ſemble embraſſe toute l'œconomie de la conduite de „ l' Egliſe. Ces differentes fonctions s'étendent tant „ ſur le Corps naturel de nôtre-Seigneur, qui nous „ eſt donné dans le Divin Sacrement, & qui eſt offert „ pour nous .. que ſur ſon Corps miſtique qui eſt „ l' aſſemblée des Fideles dans une même bergerie, „ ſous un même Paſteur inviſible, qui eſt J. C. & „ ſous un même Chef viſible, qui eſt le centre de „ l' unité Catholique.

(2) Ibid. pag. 728. „ La garde du ſacré depôt „ de la Doctrine, le pouvoir d' en juger; & enfin, „ la police, & la diſcipline de l' Egliſe, que le S. „ Eſprit a commiſe aux ſeuls Miniſtres du Regne Sa„ cerdotal du Fils de Dieu „.

(3) Act. Cler. Gallic. Tom. XII. pag. 645.

conſenſu habita ad Reginam fuit (1). Vide praeterea, quae Cleri nomine dicta fuere 25. Februarii [2] die anni ejuſdem. Anno 1631. in ea Epiſtola, quae a Præſulibus, qui Comitiis interfuerant ad abſentes ſuae gentis Collegas Epiſcopos ſcripta fuit, accuſarunt Auctores quoſdam novarum opinionum, qui „ eo collimabant, ut quam „ Dominus auctoritatem Epiſcopis attri- „ buit, elevarent, atque deprimerent; „ tum vero per Epiſcoporum latus non „ modo Confirmationis Sacramentum, ſed „ & Eccleſiae HIERARCHIAM, qua NIHIL ſub „ CAELO EST AUGUSTIUS; ET ipſum PETRI „ SUCCESSOREM APOSTOLORUM CORYPHAEI, Su- „ premumque Chriſti in terris Vicarium „ non obſcure peterent [3]. „ Quin etiam ſic Clerus poteſtatem clavium ſolis ſacrorum Miniſtris ineſſe credidit, ut reprobarit, [4] condemnaritque falſitatis, atque hæ-

---

(1) Vide Acta Cleri ibid. pag. 614. ſqq.
(2) Ibid. pag. 590. ſqq.
(3) Tom. 1. *Actor. Cleri Gallic. pag.* 581. *ſqq.*
(4) Academia Theologica Pariſienſis an. 1631. Propoſitiones aliquas notarat, in iiſque, *Tit. de Hierarchia. num.* 1.eam doctrinam,quae ferebat,alios quoſdam præter Epiſcopos, Presbyteros, & Miniſtros abſolute eſſe de Hierarchia. Notarat autem falſitatis. Parem Cenſuram. ediderant eodem anno Archiepiſcopus Pariſien-

hæreſeos eorum doctrinam, qui totam Eccleſiam Hierarchiam dicere viderentur; atque

---

riſienſis, ut conſtat ex Actis Cleri Gallic. Tom. I. *Edit. Pariſ. an.* 1716. *pag*, 597. & Antiſtites ceteri Galliarum in Comitiis, qui Antiſtites litteras ad Collegas ſuae Nationis abſentes dederunt, *Ibidem pag.* 581. *ſqq.* quibus declararunt: in libellis, quos reprobarant „ id agi, ut QUAM DOMINUS AUCTORI-
„ TATEM EPISCOPIS ATTRIBUIT, ELEVENT QUAM MA-
„ XIME AC DEPRIMANT.. & Eccleſiæ Hierarchiam,
„ qua nihil ſub caelo eſt auguſtius, & ipſum Pe-
„ tri Succeſſorem Apoſtolorum Coryphaei, su-
„ PREMUMQUE CHRISTI IN TERRIS VICARIUM non
„ obſcure petant. Non paucas *porro* in iis libellis
„ *propoſitiones eſſe* erroneas, in Sacrum Epiſcopo-
„ rum Ordinem contumelioſas, & quae in hoc vide-
„ antur ſcriptae, ut inſtitutam a Chriſto Eccleſiae
„ Hierarchiam aut evertant funditus, aut certe per-
„ turbent; *non* nullas *etiam*, quae in ANARCHIAM,
„ atque Ordinis confuſionem maxime propendeant..
„ & quæ CONVELLANT *Summi* PONTIFICIS SUPREMI,
„ SECUNDUM CHRISTUM FIDELIUM PATRIS AUCTORITA-
„ TEM „. Anno 1643. Clerus Gallicanus non modo confirmavit, quæ ante ſcripſerat; ſed etiam & ſuam, & Archiepiſcopi Pariſienſis Epiſtolam, & Cenſuram Sacræ Facultatis Sorbonicæ probans, typis rurſum auctoritate publica ſua edi juſſit. Ibid. 574. ſqq. Suſcepit Cenſuræ Sacræ Facultatis defenſionem is, qui latere voluit ſub Petri Aurelii nomine. Hujus opus mirifice probarunt Epiſcopi Gallicani ut propugnaculum auctoritatis Epiſcopalis, in Comitiis Cleri an. 1635. *Proceſſ. Verbal. pag.* 343. & 404. *an.* 1642. 27. April. & an. 1645. pag. 477. juſſeruntque, ut illud novis for-

que una defenderent, Epiſcopos non ob aliud eſſe neceſſarios, quam ob ſolam ordina-

---

formis excuderetur, atque vulgaretur aere Cleri. Is Aurelius oppugnatores Cenſuræ Sacræ Facultatis vexans, qui dixerant, eatenus in Hierarchia ab ſe conſtitutos Regulares, quatenus *Hierarchia pro tota Eccleſia Catholica* accepta ſit: „ Si, *inquit*, de Hierar„ chia ſunt, quia de Eccleſia ſunt; & Eccleſia, ac „ Hierarchia, idem ſunt; patet, nihil eis privilegii, „ aut excellentiae dari, quæ laicis omnibus, etiam femi„ nis, etiam infantibus, qui eodem, quo ipſi, ju„ re ad Hierarchiam pertinebunt, quia de Eccleſia „ ſunt ... Sed multo gravius Hierarchiam violat *Op„ pugnator*, eam toti vulgo fidelium dilapidandam pro„ jiciens, ut nemo ſit Catholicus, qui in Hierarchia „ non proprie . . collocetur. Quod novum, in Ec„ cleſia Catholica inauditum, Hierarchiae injurium, „ Conciliis adverſarium, hæreticorum tantum hujus „ aevi doctrinæ affine eſt. Quando enim apud Catho„ licos auditum eſt, laicos, infantes, feminas in Hie„ rarchia eſſe? .. Sunt quidem fideles omnes SUB HIE„ RARCHIA, ſed IN IPSA HIERARCHIA NON SUNT; „ nec HIERARCHIAE ipſius conſortes ſunt. Sicut OM„ NES REGNI ALICUJUS SUBDITI SUB MONARCHIA QUI„ DEM SUNT, SED NON SUNT IN IPSA MONARCHIA, „ SEU MONARCHIAE IPSIUS CONSORTES. Hoc enim „ ſolius Regis, & Magiſtratuum, Miniſtrorumque „ Regiorum proprium eſt. Unde non minus explo„ dendus eſt, qui Chriſtianos univerſos in Hierar„ chiæ conſortium invehat; quam qui omnes Regni „ alicujus populares, ruſticos, feminas, pueros in „ partem Monarchiæ vocet. Quare Concilium Tri„ dentinum hæreticorum hujus temporis hæreſes ab„ di-

dinationem Presbyterorum. Et ſane ſi poteſtas illa in Eccleſia tota, ſeu in *univerſa Collec-*

„ dicans, non alios in Hierarchia collocat, niſi Epi- „ ſcopos, Presbyteros, & Miniſtros; & Eccleſiæ „ perturbationem fieri cenſet, ſi quis omnes promi- „ ſcue fideles in Hierarchia conſtituat, quod ante „ illud tempus ſoli hæretici fecerant „: Hi namque *poteſtatem in Univerſitate membrorum Eccleſiæ* reſidere, ex eaque uſum ejuſdem poteſtatis, exercitiumque in Miniſtros manare docuerant. Nam quos alios heic peteret Aurelius? Nulli enim fuere, qui Hierarchiam eſſe Eccleſiam Univerſam, aperte dicerent; cum ne Hierarchiæ quidem nomen ferendum arbitrarentur. Aurelius pag. 337. Edit. Pariſ. an. 1632. „ Pergit Aurelius Pag. 433. „ Tanta eſt abſurditas „ opinionis novitiæ, & commenti inauditi, quo tota „ fidelium Univerſitas in Hierarchiam Eccleſiæ contru- „ ditur, ut nihil in eam nimis iteratum, atque incul- „ catum videri debeat. Quis umquam enim ... au- „ dierat, vel cogitaverat idem eſſe Eccleſiam, & „ Hierarchiam; in Eccleſia, & in Hierarchia ver- „ ſari; & quicumque Hierarchiæ effectuum partici- „ pes fiunt, ſeu Hierarchizantur, eos Hierarchiam „ ipſam poſſidere „? & Pag. 450. Dionyſium ſequutus: „ Hierarchia, *inquit*, eſt omnium rerum Sa- „ crarum ad Eccleſiam pertinentium COMPLEXIO SUM- „ MA QUÆDAM PENES HÆRARCHAS ECCLESIÆ RESI- „ DENS, QUORUM IN POTESTATE, ET ADMINISTRA- „ TIONE QUIDQUID IN ECCLESIA SACRUM EST, CON- „ TINETUR, eo modo quo in cauſa effectrice, & di- „ rectrice ſumma quædam, & quaſi comprehenſio „ omnium ejus effectuum includitur „. Sed omnia perſequi longum eſt. Ipſe per ſe Lector Aurelium adeat.

*Collectione fidelium* reſideret, atque a Collectione ipſa univerſa Sacrorum Praeſidibus poteſtas eadem exercenda committeretur; quid reſtaret, Febroni, niſi ut *Collectio univerſa fidelium* Hierarchia haberetur, & revera eſſet? Quid enim eſt Hierarchia, niſi ſacer Principatus? Principatu autem ecquis potitur, niſi is, qui revera poteſtate præſtat, quam etſi ipſe per ſe non exerceat, iis tamen exercendam committit, quos ipſe ſibi miniſtros conſtituat? Qui igitur ſtatuunt, reſidere revera poteſtatem clavium in *Collectione fidelium* tota, eamdemque poteſtatem a *Collectione* ipſa *fidelium* exercendam committi ſacrorum Præſidibus; qui, inquam, ſic ſtatuunt, concedant neceſſe eſt, *Collectionem fidelium totam* reipſa Hierarchiam eſſe. Cumque tu poteſtatem illam *proprie*, *eſſentialiter*, *ſuppoſitaliter* ineſſe *toti fidelium Collectioni*, aperte ſcribas; quid erit reliqui, niſi ut horum duorum alterutrum fateri cogare, nempe, aut erraſſe te, cum ita ſcriberes; aut fidelium Collectionem totam revera, *proprie*, *eſſentialiter*, *ſuppoſitaliter* eſſe *Hierarchiam*; tuamque proinde doctrinam reprobari ab Epiſcopis Galliarum?

Rur-

adeat. pag. 573. 584. 587. 698. ſqq. Interea hanc Aurelii eſſe cernit tam probatam Clero Gallicano doctrinam, ut is graviſſime ferret fuiſſe aliquos, qui eam reprehendere auderent.

Rurſum, ſi juriſdictionis poteſtas in corpore toto Eccleſiae *ſuppoſitaliter* reſidet; adminiſtratur autem ab iis, quibus corpus idem eam exercendam committit; quid intererit, utrum Epiſcopis eam committat, an ſimplicibus Presbyteris? Age vero ſi Preſbyteris ſimplicibus committere velit, quam aliam ob rem neceſſarii erunt Epiſcopi, prætérquam ob ſolam ordinationem Presbyterorum? Atqui eſt hæc ab Clero hæreſeos nomine (1) notata ſententia. Cave igitur, obſe-

H

(1) Sacra Pariſienſis Facultas propoſitionem = *Ordinatio Presbyterorum, & Miniſtrorum Eccleſiae ſola eſt cauſſa, quæ infert neceſſitatem Epiſcopi* = hanc, inquam, propoſitionem *falſam cenſuit eſſe, Eccleſiae, Ordiniſque Hierarchici deſtructivam, & hæreticam*. Cenſuram probavit Clerus Gallicanus. Contra Defenſor propoſitionis dixit = *Epiſcopum (quod nomen ordinem ſignificat potius, quam juriſdictionem) quoad poteſtatem ordinis* SOLUM *neceſſario requiri ad ordinandos Miniſtros. Nam reliqua Epiſcopalis Ordinis vel præſtari poſſe a Presbyteris, vel non eſſe ad ſalutem ſimpliciter neceſſaria*. Petrus Aurelius Cenſuram Sacrae Facultatis, decuſque Epiſcoporum, ac dignitatem vindicaturus, eumdem Defenſorem redarguit, animadvertitque *pag.* 185. *diſtinguere quidem varias in plenitudine, & perfectione concluſas poteſtates* licere; *diſſociare* autem, *& inter ſe quodammodo diſcindere non licere. A Chriſto Epiſcopalem ſtatum fuiſſe inſtitutum, non ut mancum quidpiam, & mutilum, ſed plenum, integrum, perfectum*. Datam proinde a Chri-

ſecro , ne perinde notata ſit tua , ut quæ ferat , uſum , exercitiumque poteſtatis , quæ in *Collectione omnium Eccleſiae membrorum* reſideat , a *Collectione* ipſa Epiſcopis committi. Qua ex re ſequitur , ut nihil obſtet , quin committi etiam ſimplicibus Presbyteris queat; propiereaque neceſſarii non ſint Epiſcopi , niſi ob unam ordinationem Presbyterorum. At Epiſcopis non a corpore Chriſtianorum toto , ſed a Chriſto ſacerdotium eſſe commiſſum , eoſque

---

Chriſto fuiſſe *Apoſtolis Sacerdotii perfectionem* , *ſeu Epiſcopalem utramque poteſtatem*, *quando miſit eos*, *ſicut ipſe a Patre miſſus fuerat* . *Eamdem perfectionem Apoſtolos tradidiſſe Epiſcopis* . Audin' Epiſcopis ? Quomodo ergo Febronius Univerſitati membrorum omnium Eccleſiæ ita traditam docet , ut ab Univerſitate ipſa committatur Epiſcopis ; idque adſerturus , praeſidio ſibi eſſe Gallos pugnat ? Certe vindex Cenſuræ Sorbonicae Aurelius ( cujus vindicis doctrinam Clerus Gallicanus probavit ) is , inquam , vindex Cenſuræ docet contrarium . Addit idem Aurelius = *Epiſcopalem juriſdictionem propter Epiſcopalem ordinem*; *ordinem vero Epiſcopalem propter juriſdictionem condidit Deus* . Quid ? Epiſcopalis ordo in Eccleſiæne Univerſitate , an in Epiſcopis reſidet ? Si in Epiſcopis ; juriſdictio igitur Epiſcopalis in Epiſcopis item, non in Univerſitate omnium membrorum Eccleſiæ reſidebit . *Utraque enim pars* , inquit Aurelius , *alterius ſocietatem* , *&* *adjunctionem ſuam flagitat* , *&* *ad eam toto* INSTITUTIONIS *ſuae velut inſtinctu* , *&* *pondere fertur* . Confer cetera *pag.* 186. *ſqq.*

que poſitos eſſe in throno Eccleſiæ, ac de actionibus omnium hominum judicare, tenereque regimen religionis, Camuſius Antiſtes, nomine totius Cleri, an. 1619. Regem Ludovicum XIII. alloquens dixit (1). Quo etiam pertinent, quæ Epiſcopus Lucionenſis anno 1615. ſumma Cleri ipſius voluntate eidem explicavit Regi (2); & quæ Clerus idem Gallicanus inſiſtens iis, quæ anno 1606. (3) anno 1610. (4) ac anno 1605. (5) ſcripſerat, ſaepe repetenda exiſtimavit. Nam ſic docuit: *regi animas legitima auctoritate Eccleſiæ, cujus poteſtas reſidet in manibus Papae, & Epiſcoporum.* Anno 1598. hierarchis ſolis poteſtatem ineſſe clavium oſtendit (6). Jam anno 1696. dixit: *Regimen Eccleſiaſticum* a Filio Dei *commiſſum* eſſe Beato Petro, & ceteris ſuis Apoſtolis, inque eorum Perſonis



(1) Tom. XII. Actor. Cler. Gallic. pag. 430. *Edit. Pariſ. an.* 1640.

(2) Ibid. pag. 398. *ſqq.*

(3) Ibid. pag. 1595. „ Le pouvoir de confeſſer, & de prêcher.. émanent uniquement de la Juriſdiction (des Evêques)... ce qu' il y a de plus „ eſſentiellement attaché à la SEULE AUTORITÉ EPISCOPALE. „

(4) Ibid. pag. 301. ſqq.

(5) Ibid. pag, 267.

(6) Ibid. pag. 253. ſqq.

*privative* ipſorum Succeſſoribus ad ſanctum Miniſterium vocatis (1) : *& duas eſſe poteſtates, quibus hic mundus principaliter regitur, auctoritatem nempe ſacram Pontificum, & Regiam dignitatem* (2). Poteſtatem porro ſpiritalem, ac *Jurisdictionem Eccleſiaſticam datam eſſe, non Regibus, & Principibus, ſed iis, quos Deus vocat ad regimen, & gubernationem Eccleſiae*. Quare *Epiſcopos appellari in Eccleſia Principes ſuper terram*; *quod ad ipſos Eccleſiae regimen pertineat* (3). Quod ſi auctoritatem, poteſtatemque Eccleſiae divinitus datam ait; moxque adjun-

(1) Ibid. pag. 240. ſq. „ La police ſpirituelle „ commiſe par le Fils de Dieu à Saint Pierre & à ſes „ autres Apôtres, & en leurs perſonnes à leurs ſucceſſeurs à ce ſaint miniſtere privativement aux autres „.

(2) Ibid. pag. 222.

(3) Ibid. *pag.* 221. „ Par deux puiſſances le „ Monde eſt principalement gouverné .. l'autorité „ ſacrée des Pontifes, & la dignité Royale.. Pag. 222. „ Ce pouvoir de donner l'adminiſtration des choſes „ Spirituelles DEPEND ENTIEREMENT de L'AUTORITE, „ & JURISDICTION ECCLESIASTIQUE, qui a été donnée „ non aux Rois, & Princes .. MAIS A CEUX QUE DIEU „ APPELLE AU REGIME, & GOUVERNEMENT de CETTE „ EGLISE ... Les Evêques & autres Superieurs en „ l'Egliſe ſont appellés par David Princes ſur toute „ la terre .. parce que le gouvernement Spirituel leur „ en appartient „.

jungit : & *Paſtoribus* , *Superioribuſque* (1) *in illa* ; id ſane ſic intelligit , ut id genus poteſtatis datum Paſtoribus judicet ad Eccleſiae utilitatem . Quamobrem addit : ipſos ad gubernationem ejuſdem Eccleſiae eſſe *vocatos* IN AUCTORITATE , *& jurisdictione , quae iis eſt data divinitus* (2). Quod ipſum an. 1582. (3) animadverterat. Quid plura? Synodus Senonenſis anno 1528. non in corpore univerſo , ſeu collectim in omnibus membris Eccleſiae poteſtatem clavium reſidere oſtendit . Nam plane docet, non *totum corpus* (4) *oculum eſſe* , neve *unum* membrum ; ſed QUOSDAM *a Chriſto eſſe* H 3 *inſti-*

(1) Pag. 223.

(2) Ibid. pag. 224. „ Conſerver ſon Egliſe , „ & ſes ſerviteurs qui ſont appellez au gouvernement „ d'icelle en l'autorité , & juriſdiction qu' il leur a „ donnée „.

(3) Ibid. pag. 73.

(4) Cap. X. *Decret. Fidei de Sacram. Ordinis. Tom. IX. Concilior. Edit. Pariſ. an.* 1714. *pag.* 1940. „ Non continuo ſi puer , aut mulier baptiſmum ſuſceperit , legatione pro Chriſto fungitur , ſed diviſiones miniſtrationum ſunt = DEDITQUE DEUS *quoſdam quidem Apoſtolos , quoſdam* . . *Paſtores , & Doctores* ... ad aedificationem corporis Chriſti , hoc eſt Eccleſiæ . . . Nam ſi totum corpus oculus , ubi auditus ? . Denique , ſi omnia eſſent unum membrum , nec eſſet aliquis , qui NON SIT SACERDOTALI ORDINE INSIGNITUS , ubi CORPUS „?

*inſtitutos Sacerdotes* ad totius Eccleſiae ſalutem, QUIBUS ipſe SUI CORPORIS POTESTATEM COMMISIT, *veri quidem, dum inſtituto ſui Corporis, & Sanguinis Sacramento*, hoc facite, *inquit*, in meam commemorationem: MYSTICI VERO, DUM, POSTEAQUAM IN DISCIPULOS INSUFFLASSET, *accipite*, inquit, *Spiritum Sanctum* &c. Quin etiam *moneri* eos ab Apoſtolo dicit, *ut attendant gregi, in quo ipſos Spiritus Sanctus poſuit Epiſcopos* ad *regendam Eccleſiam Dei* (1). Neque vero ab *Apoſtolis, quibus ſuccedunt* Epiſcopi (ſi quidpiam ſtatuendum eſſet) aut *Centuriones, aut promiſcuam e plebe multitudinem fuiſſe accerſitam; ſed præſentem* ipſos ſibi *Spiritum Sanctum* eſſe *affirmaſſe, cujus inſtinctu, quod juſtum eſſet, & aequum ſanciretur* (2). Quod ſi Sacerdotium omnium commune dicitur; non eo certe dici, quod poteſtas clavium omnibus inſit; architectique ſint omnes habendi aedificii ſpiritalis; ſed quod *omnes* debeant *exhibere corpora ſua hoſtiam ſanctam placentem Deo* (3). His au-

(1) Ibid.

(2) Ibid. *Decret. Fidei Cap. III. pag.* 1936.

(3) *Cap. X. De Sacr. Ord. pag.* 1940. „ Etſi „ omnibus adeo commune ſit internum illud Sacerdo- „ tium, quo exhibemus corpora noſtra hoſtiam Sanc- „ tam, viventem, Deo placentem, ut priſcis quo- „ que

autem quotus quiſque non videat ſic everti ſyſtema doctrinæ tuæ, ut ratio etiam ipſa labefactetur, qua una maxime tueri illud poſſe videare? Non diſſidet a ſuis Epiſcopis Sacra Facultas Theologica Pariſienſis. Anno 1730. Decanus, & Magiſtri aliquot, totius Facultatis ejuſdem nomine, teſtati ſunt apud Antiſtites Sacrorum, qui Pariſios ad Comitia celebranda convenerant: *Egregio illi Mandato* aſſentiri vehementer ſe, quod ArchiepiſcopusPariſienſis ediderat (1); adjunxeruntque: Epiſcoporum hoc eſſe proprium, ut de rebus religionis dijudicent (2): ac denique „ Haec eſt, *dixerunt*, doctri- „ na, QUAM A MAJORIBUS noſtris hauſimus, „ quam edocti ſumus, & qua IMBUTI ad „ vos accedimus, ut vos hæc noſtra no- „ viſ-



„ que ſub Moſaica lege Patribus conveniret; non pro- „ tinus tamen quilibet diſpenſator Myſteriorum Dei „ ut architectus aedificii ſpiritualis habendus eſt „.

(1) Vide *Proceſſum Verbalem Cleri Gallicani an. 1730. ad diem 20. Julii pag. 144.*

(2) Ibid. „ Quantumcumque ſit Theologorum „ nomen ... vobis ſolis datum eſt, quos Spiritus Sanc- „ tus poſuit Epiſcopos regere Eccleſiam Dei; non „ Presbyteris, multo minus laicis, quantacumque di- „ gnitate fulgentibus, judices eſſe controverſiarum „ fidei. Vobis ſolis concreditum eſt illud ſacrum de- „ poſitum, quod ſervare, & ad poſteros illibatum „ tranſmittere vobis incumbit, & præſtatis reipſa „ magno Eccleſiæ adjumento „.

„ viſſima contra errores decreta auctori-
„ tate veſtra comprobetis, & potentiſſimo
„ præſidio fulciatis „ (1). Atque in iis erroribus ille etiam erat, quem Richerii aſſeclæ diſſeminare conabantur de ea, quæ pars eſt poteſtatis clavium, excommunicationis ferendæ auctoritate *data Eccleſiae, ut per primos paſtores exerceatur conſenſu ſaltem præſumto totius corporis* (2). Huic oppoſitam doctrinam Sacræ Facultatis Pariſienſis alumnos a majoribus ſuis accepiſſe, liquet ex Cenſura, quam eadem Facultas in aliquas propoſitiones Lutheri dedit anno 1521. Nam cum Lutherus in nefario Libro, quem *Captivitatem Babylonicam* [3] inſcripſit, dixiſſet = „ Omnes ſumus Sacerdotes quot-
„ quot Chriſtiani ſumus; Sacerdotes vero,
„ quos vocamus, miniſtri ſunt ex nobis
„ electi, qui noſtro nomine omnia faciant,
„ & Sacerdotium aliud nihil eſt, quam mi-
„ niſterium... Neque Papa, neque Epi-
„ ſcopus, neque ullus hominum habet jus
„ unius ſyllabae conſtituendae ſuper Chri-
„ ſtia-

(1) Ibid. *pag.* 145.

(2) Confer *Mandatum*, ſeu *Inſtitutionem* Paſtoralem, quam iidem ibid. laudant, Ardhiepiſcopi Pariſienſis.

(3) Tom. II. Opp. pag. 85. Edit. Wittemberg. an. 1562.

„ ſtianum hominem, niſi id fiat ejuſdem „ conſenſu; & quidquid aliter fit, tyran„ nico ſpiritu fit „ : Sacra Facultas cenſuit = *Hanc propoſitionem* eſſe a *debita ſubditorum erga Prælatos, & Superiores ſubjectione, & obedientia retractivam; legum poſitivarum ſeditioſe deſtructivam; ac in fide, & moribus erroneam*. Rurſum cum Lutherus in eodem opere pleno ſceleris, & impietatis conſtituiſſet: *claves Eccleſiae omnibus eſſe communes*: Facultas ipſa Pariſienſis Theologica eam propoſitionem judicavit, (1) *eſſe Ordinis Hierarchici deſtructivam*, & HÆRETICAM. Ne, quæſo, puta Febroni, hoc cenſuræ genus cadere in ſententiam non poſſe tuam, quod tu, etſi poteſtatem clavium *collectim* membris Eccleſiae omnibus ineſſe arbitrere; neges tamen omnibus *uſum* ejus poteſtatis, *exercitiumque* competere. Nam Lutherus quoque ( ut ex illius, quae paullo ante deſcripſimus, verbis liquet ) poteſtatem omnibus concedit; *uſum* contra, *exercitiumque* poteſtatis, non item. At *conſenſu noſtro miniſterium Epiſcopis commiſſum*, Lutherus ſcribit. Quorumnam conſenſum Lutherus poſtulat? Collectimne omnium membrorum Eccleſiæ, an aliquorum? Omnium

(4) Apud Boulaeum Hiſtor. Univerſ. Pariſ. Tom. VI. pag. 119.

nium certe collectim : nam Papae ab ſe, paucisque aliis poteſtatis *exercitium* commiſſum, quo tandem ore dixiſſet? Quid autem tu? *Exercitium, uſumque poteſtatis clavium* annon *commiſſum Epiſcopis ab omnibus collectim Eccleſiae membris* cenſes? Sed *conſenſum* Lutherus exigit. Ohe? An tu diſſenſione omnium membrorum Eccleſiæ, non conſenſu conferri a membris iiſdem uſum, exercitiumque poteſtatis clavium Præſidibus ſacrorum judicas?

At enim ad Colbertum Monſpelienſem, eoſque perpaucos Epiſcopos; quin etiam ad Parochos illos, Sorbonicoſque Doctores provocabis, qui conati ſint doctrinam ab ceteris omnibus ſacrorum Praeſidibus Capiti Eccleſiæ junctis conſtitutam convellere. Age vero primum, quis te Patrum docuit, in ea re, in qua partem aut perexiguam, aut certe nullam paucitas teneat, id cuiquam ſequi licere, quod pauci probent, quodque ut errorem rejiciat univerſitas? Ac ſi errat univerſitas Paſtorum, inque exiguo aliquorum numero veritas conſiſtit; quo tandem evaſurum dogma (1) putas,

(1) Clerus Gallicanus cum Comitia Pariſiis haberet an. 1730. Litteras ad Regem Ludovicum XV. ſcripſit, quibus graviter de Monſpelienſi expoſtulavit.

tas, quo credimus aſpectabilem eſſe, falli neſciam, catholicamque, hoc eſt *univerſalem*

---

lavit. „ S' efforce, *dixerunt*, de dècrier auprés de „ Vous le premier Ordre de vôtre Etat, & de rendre ſa fidelité ſuſpecte; ou il emprunte des Auteurs „ Proteſtans, les faits, & les termes les plus odieux „ POUR détruire dans l' eſprit des Peuples le reſpect, „ qu'ils doivent au Chef de l'Egliſe; ou enfin...il établit des PRINCIPES CAPABLES D'EBRANLER TOUS LES „ FONDEMENS DE LA FOI „. Id tu etiam, atque etiam conſideres volo. Hoc judicium Antiſtitum Galliæ de eo fuit, ad quem tu provocas. Pergunt iidem Antiſtites ſcribere =„ C' eſt ainſi que par de vaines „ déclamations & par des imputations calomnieuſes, il croit pouvoir couvrir, à l' ombre d' un zéle „ amer & déplacé, les ERREURS qu' il debite, & „ le ſcandale qu' il cauſe dans l' Egliſe. Cet artifice „ n' eſt pas nouveau. Tous les Sectaires l' ont mis „ en uſage, les ennemis de l' unité s'en ſervent „ aujourd'hui.... Le grand objet des Sectaires eſt „ de combattre, & de rendre odieuſe l' autorité du „ corps des Paſteurs unis à leur Chef, pour y ſubſtituer celle de quatre ou cinq Evêques refractaires. „ Syſtême monſtrueux, qui ſappe les fondemens de „ la Religion, qui détruit l' univerſalité, & la viſibilité de l' Egliſe, & reduit les Fidéles comme les „ Proteſtans, à n' avoir plus de regle fixe des leur „ créance. Cette multitude, & ce concert des Evêques a toujours embaraſſé les Novateurs.. L' union „ des ſentimens des Egliſes étrangeres avec celle de „ France forma un conſentement general, & il fut „ notoire au monde entier, que tout étoit uni contr' „ eux (Novateurs) dans l' Epiſcopat. A la place „ des

*ſalem* Eccleſiam ? Quamquam ne illi quidem tibi eſſe adjumento queant , quorum te ſperas protegi auctoritate, ac fide poſſe. Ordiar a Card. Noaillio. Jam is in Paſtorali Inſtitutione ſua , quam edidit anno 1720. (1) pro *publicanda Conſtitutione Uni-*

„ des premiers Paſteurs qui manquoient aux Novateurs, il ſubſtituerent des Prêtres , des ſimples „ Clercs, des Laïcs ; ils enflerent leurs liſtes de tout „ ce qu' ils pûrent , pour en impoſer au public; „ & dans l' impoſſibilité d' avoir le grand nombre „ d' Evêques de leur côté ils attaquerent le princi„ pe, & avancerent que le plus grand nombre des „ Paſteurs unis à leur Chef, pouvoit enſeigner l' er„ reur, & que la verité pouvoit ſe trouver dans „ le petit nombre ... Cependant il eſt toujours „ vrai que leurs démarches paſſées ſont des préjugés „ contr' eux, & qu' ils ont juſtifié ſans le vouloir, le „ principe qu' ils combattent dans la ſuite. Principe „ inebranlable, à la faveur duquel, comme le plus à portée de tous les eſprits, les Saints Peres ont ramené „ ou confondu tous les Sectaires de leur tems. „ Tom. XII. Actor. Cleri Gallic. pag. *1666*. ſq. & pag. *1670*. ſq.

(1) Artic. VII. pag. 49. „ Il faut reconnoître. 1.o que l'autorité d'excommunier FAIT PARTIE du POUVOIR DES CLEFS , QUE JESUS CHRIST „ DONNA AUX APÔTRES IMMEDIATEMENT , & dans „ leurs perſonnes aux Evêques leurs ſucceſſeurs *établis par le S. Eſprit pour gouverner l' Egliſe de Dieu.* „ On peut dire cependant , ſuivant le langage ordi„ naire des Peres, que le pouvoir des Clefs a été don„ né

*Unigenitus ita ut explicata, atque adprobata fuerat a maximo numero Epiſcoporum* „. Claves quidem, *ait*, datas fuiſſe Eccleſiæ, „ atque unitati „. Verum qua ſignificatione? Nempe ea, qua Catholici plerique omnes uti ejuſmodi dicendi ratione ſolent. Mox enim adjungit: „ Dici ſenſu bono „ poſſe, Eccleſiam id habere, ac poſſidere „ quod non ipſi toti, ſed quod „ ejus præcipuis membris datum a Chriſto eſt ob utilitatem omnium aliorum „. Ex Paſtoribus autem primis „ verum Eccleſiæ conſtitui Senatum, verumque tribunal; eſſeque ipſos docentem Eccleſiam. Jam vero ſecundi Ordinis Miniſtros, niſi a pri- „ mis

„ né à l'Egliſe & à l'unité, parce qu'en un bon ſens „ on peut dire de l'Egliſe qui eſt un corps & une ſocieté, qu'elle a, & qu'elle poſſede ce qui a été „ donné par Jeſus Chriſt à ſes principaux membres „ pour l'utilité de tous les autres, & parce que les „ premiers paſteurs compoſent le véritable Senat & „ le vray Tribunal de l'Egliſe, & qu'ils ſont eux-mêmes l'Egliſe enſeignante: Les Miniſtres du ſecond Ordre ne pouvant enſeigner, qu'avec la Miſſion des Premiers Paſteurs, & toûjours dans la dépendance & la ſubordination que l'inſtitution Divine & les regles de l'Egliſe exigent. MAIS C'EST „ UNE ERREUR DE DIRE, QUE LES PASTEURS REÇOIVENT DU CORPS DES FEDELES LE POUVOIR D'EXCOMMUNIER, & QU'ILS NE L'EXERCENT, QUE COMME „ DELEGUEZ DU PEUPLE „.

„ mis Paſtoribus mittantur, docere non
„ poſſe, ſed dependere ſemper, ac ſubor-
„ dinari oportere primis, quemadmodum
„ Divina inſtitutio, ac regulæ Eccleſiaſticæ
„ poſtulant. ERRARE autem eos, qui affir-
„ ment, Paſtores recipere a Fidelium Cor-
„ pore excommunicandi poteſtatem, eam-
„ que non exercere, niſi ut populi de-
„ legatos... *Poteſtatem* porro excommuni-
„ candi eſſe clavium poteſtatis partem „.
Videſne, ut, quod ipſe defendis, erratum vocet? Quid? Noailliumne, dices, ceſſiſſe tandem, ſerviſſeque temporibus? Ridebunt, mihi crede, ſi dixeris, ii, qui plane noverint, quam certum ei viro fuerit, ſatius eſſe quidvis perpeti, quam ab doctrina, quam Sorbonae, Eccleſiaeque Gallicanæ probari arbitrabatur, tranſverſum, ut ajunt, unguem recedere. Age vero ecquid in ea *Inſtitutione Paſtorali* eſt, quod ab iis diſſideat, quæ idem Cardinalis hac de re ante conſtituiſſet? Provocabis, opinor, ad ejus *Actum*, quem vocarat, *Appellationis ad futurum Concilium*. Atqui is item *Actus* etſi ipſe per ſe reſpuendus merito eſt; plane tamen oſtendit, idcirco Eccleſiam dici recepiſſe claves, quod has *immediate* Chriſtus Apoſtolis dederit, inque eorum Perſonis, Succeſſoribus ipſorum Epiſcopis

pis (1). Non ergo ille tibi prævertit ajenti, datas eaſdem claves fuiſſe *immediate* a Chriſto *membris omnibus collectim Eccleſiae*. Quid? Si huc etiam ſpectent, quae Monſpelienſis, Mirapicenſis, Senecenſis, Bolonienſis, deindeque Apamienſis, ac Verdunenſis Antiſtites tum maxime ſcripſere, cum præfracte collegis ſuis totius Orbis Epiſcopis Pontifici adhærentibus minime parendum contenderent? Non enim hi aliam ob cauſſam indigne ferebant, damnatam fuiſſe propoſitionem illam, quæ eſt *de auctoritate excommunicandi, quam Eccleſia habeat, ut eam exerceat per primos Paſtores &c.* non aliam, inquam, ob cauſſam indigne damnationem illam ferebant, niſi, quod falſo con-

(1) Card. Noaillius in *Act. Appellation. an.* 1717. *pag.* 11. „ Les ennemis, *inquit*, de l' Epiſcopat ſe croïent autoriſez par la condamnation de „ cette propoſition, pour combattre la doctrine des „ Saints Peres, qui enſeignent, que c' eſt l' Egliſe „ qui a reçû le pouvoir des Clefs; que ce *n' eſt pas* „ *un ſeul homme*, pour me ſervir des termes même „ de Saint Auguſtin, *mais l' unité de l' Egliſe qui a* „ *reçu ces Clefs*: que le pouvoir d' excommunier a „ été donné à l' Egliſe; que ce pouvoir fait partie du „ POUVOIR DES CLEFS QUE JESUS-CHRIST LUI-MEME „ DONNA AUX APOTRES IMMEDIATEMENT, & DANS „ LEURS PERSONNES, AUX EVEQUES QUI SONT LEURS „ SUCCESSEURS „.

Digitized by Google

ſibi perſuaſiſſent (1), eo cenſuræ genere confixam fuiſſe illorum ſententiam, qui dicerent, *immediate a Chriſto* permanaſſe in Epiſcopos clavium, qua præſtant, poteſtatem. Itaque Hierarchiam eodem genere cenſuræ labefactari; atque ſimul perverti ſancta Præſidum ſacrorum jura conqueſti ſunt. Inepta vero hæc fuiſſet conqueſtio, niſi id recte dici Eccleſiæ datum exiſtimaſſent, quod datum nobilioribus Eccleſiae membris eſſet. Neque enim ab omnibus Eccleſiæ membris Hierarchiam conſtitui putabant, adeo ut, ſi poteſtas clavium non omnibus collectim membris Eccleſiæ, ſed ſolis ſacrorum Miniſtris conceſſa eſſet, labem Hierarchiæ inferri arbitrarentur. Niſi forte velis, eos, ut Conſtitutionem Pontificis oppugnarent, reſtitiſſe Synodo Tridentinæ, cujus manifeſta eſt definitio de *Hierarchia* non

(1) In *Inſtrumento Appellationis interjectae die* 1. *Martii* 1717. *pag.* 6. Conſtitutionis Pontificiæ *Unigenitus* vi *labefactari*; ſomniarunt, *fundamenta Eccleſiaſti-*
„ *cae* HIERARCHIAE, SACROSANCTA EPISCOPORUM JU-
„ RA, libertates Regni, unanimem ſententiam Sancto-
„ rum Patrum docentium, Eccleſiam accepiſſe claves
„ regni Caelorum = & paulo poſt p. 7. „ Epiſco-
„ pis, quibus poteſtas judicandi in materia ad fidem,
„ ad mores, & ad diſciplinam pertinente, IMMEDIATE
„ A CHRISTO TRADITA EST „. Quid? Neges ne poteſtatem iis de rebus judicandi partem eſſe poteſtatis clavium?

non *ex fidelibus* cunctis, ſed ex Epiſcopis, Presbyteris, & Miniſtris compoſita. At ſi reſtitiſſent majorem quidem certe accepiſſent plagam, ut minorem repellerent. Quae namque accipi ab iis plaga potuiſſet major, atque atrocior, quam ſi in eas redacti anguſtias fuiſſent, e quibus elabi ſe nequire perſpicerent, niſi convulſis Oecumenicae Synodi ſacroſanctis de Hierarchia canonibus; cum tamen ultro profeſſi eſſent, nihil ſibi tam eſſe vehementer cordi, quam ut ne uſquam a decretis ejuſdem Synodi deflexiſſe viderentur? Itaque cum illi de Hierarchia egerint, neque ab Synodo Tridentina diſcedendum putarint; cenſuerint profecto neceſſe eſt, ſacris Paſtoribus fuiſſe clavium poteſtatem datam, non vero *membris* omnibus *collectim* Eccleſiæ. Verum de hac re ſatis. Nunc illud rogo, quid iſti Antiſtites queſti fuerint? Laeſa, inquies, jura Epiſcoporum. Cur? Quia falſo ſibi perſuaſerant, damnatione nonageſimæ Queſnellianæ propoſitionis, confixam ſimul eorum fuiſſe opinionem, qui *immediate* a Chriſto poteſtatem clavium in ſacrorum Præſides manaſſe defenderent. Jam iſtud teneo. Rogo rurſum, num ii, qui *omnibus collectim membris Eccleſiae immediate* a Chriſto eam poteſtatem *ſuppoſitaliter* datam; atque a *membris* ipſis *omnibus exercitium* Epiſcopis

commiſſum ſtatuerent ; num, inquam, ii a Chriſto *immediate* (1) ; an *immediate* a *membris* illis *omnibus collectim* ; *mediateque* a Chriſto poteſtatem ipſam, ac miniſterium in Epiſcopos defluere arbitrarentur? Scilicet nemo tam eſt caecus, quin cernat, ſi ab *omnibus collectim membris* in ſacrorum Præſides poteſtas clavium, hujuſve miniſterium derivetur, *immediate* eam *poteſtatem*, idve *miniſterium* in ſacrorum Praeſides ab iiſdem *omnibus collectim membris* derivari ; *mediate* autem a Chriſto, a quo *membra* ipſa *collectim* omnia genus idem poteſtatis acceperint. Quid igitur eſt, cur hoc voluiſſe Antiſtites illos perpaucos Gallos putes (2), quod

(1) Confer *Adnotationem ſuperiorem*.

(2) Vide eamdem *Adnotationem*. Iidem in opere, quod inſcripſere : Memoire *des IV. Evêques, dans lequel on fait voir la neceſſité d' un Concile General &c. Part. II. Artic. XVI. n. 1. Tom. I. Operum Colberti Epiſc. Monſpelien. Edit. Colon. an.* 1760. *pag.* 210. demonſtraturi, conſtanti doctrina Patrum effici poſſe, ab Jeſu Chriſto *immediate* datas fuiſſe claves Eccleſiae = „ Tertullien, *inquiunt*, S. Baſile, S. Je„ rôme, S. Chryſoſtome, S. Cyrille d' Alexandrie „ tous enſeignent que c' eſt le College des Apôtres „ en commun, & non S. Pierre ſeul, qui a reçû de „ Jeſus-Chriſt le pouvoir des Clefs, & QUE DES APO„ TRES IL A PASSE AUX PREMIERS PASTEURS DE L'EGLI„ SE QUI LEUR ont ſuccedé „. Quotusquiſque non cernat, longe haec diſcrepare a Febronii ſententia?

quod ſi voluiſſent, gravius jura illa Epiſcoporum violaſſent, quae laeſa ab ſuis Collegis, atque etiam a Pontifice Maximo, per ſummam injuriam, querebantur? At Romani, dices, *mediate* a Chriſto, *immediate* ab Apoſtolica Sede poteſtatem clavium in Epiſcopos derivari pugnant. In aliam me quæſtionem vocas. Nos heic, non quid Romani cenſeant, ſed quid Epiſcopi illi ſenſerint, quaerimus. Illi vero cum clavium poteſtatem a Chriſto, ut vidimus, *immediate* corpori Paſtorum traditam exiſtimarint; propterea que indigne tulerint, in Paſtores derivatam dici *immediate* ab alio quopiam; quo tandem modo ſecum pugnantes conſtituiſſent, poteſtatem ipſam, & ejuſdem poteſtatis miniſterium *immediate* a Chriſto in collectionem membrorum omnium; *mediate* vero, hoc eſt per collectionem ipſam in Paſtorum corpus manare? Nam *immediate*, *non immediate* quid eſt, obſecro, niſi pugnans eſt? Quod ſi eo progreſſi ſunt, ut poteſtatem eamdem *propriam* Eccleſiæ eſſe dixerint; ſane, niſi *proprii* vocabulo id intellexere, quod in Eccleſia, etſi paucis inſit, tamen ad commune omnium bonum, (1) datum ſit, quid demum intellexerint, mihi certe ne ſuſpicari quidem licet. Niſi



(1) *Memoire des IV. Evêques, Partie II, Articl. XVI. pag.* 211.

ſi enim ita intellexiſſent, non dixiſſent, eam poteſtatem *immediate* tranſmiſſam ab *Jeſu* Chriſto in Epiſcopos fuiſſe, neque Sancti Leonis ea de re inſignem adduxiſſent locum (1). Jam ex te rurſum ſciſcitor, cur illi clavium poteſtatem datam Eccleſiæ affirmarunt? Quia, inquies, metuebant, ne poteſtas eadem non in ſacrorum Præſides univerſos, ſed in Pontificem Maximum *immediate* manaſſe videretur. Sat habeo. Nam video, quorſum evadas. Nunc illud quæro, ſi Eccleſiæ toti *immediate* a Chriſto data illa eadem poteſtas eſſet, eaque per Eccleſiam totam, hoc eſt per corpus

---

(1) Ibid. „ Le grand S. Leon n'a point fait difficulté de tenir ce même langage dans le Sermon „ qu'il fit au jour de l'anniverſaire de ſon Ordination „. Age videamus, cujuſmodi ea dicendi ratio, *langage*, ſit. S. Leo *Serm. III. in Anniverſario die ſuae Aſſumptionis. Cap. III.* „ Tranſivit, *inquit*, quidem etiam in ALIOS APOSTOLOS JUS POTESTATIS „ ISTIUS, & AD OMNES ECCLESIÆ PRINCIPES decreti hujus „ conſtitutio COMMEAVIT.. Petro enim ideo hoc ſingulariter creditur, QUIA CUNCTIS ECCLESIÆ RECTORIBUS Petri forma præponitur „. Tenes, in quos ea commearit poteſtas. Non ergo in *omnia membra Eccleſiæ collectim*. Atque hanc S. Leonis doctrinam communem eſſe Patrum, *ibidem* illi Epiſcopi quatuor animadvertunt. „ Les autres, *inquiunt*, Saints Docteurs „ n'ont point parlé autrement „. En igitur quomodo id intelligant Epiſcopi illi quatuor, quod ajunt de Clavibus datis univerſae Eccleſiæ.

pus omnium membrorum Eccleſiae, ut tu cenſes, in ſacrorum Praeſides derivaretur; nonne *poteſtas* ejuſmodi in *omnia collectim Eccleſiae* membra *immediate* a Chriſto deflueret; *mediate* vero, hoc eſt per *membra* eadem *collectim Eccleſiae* in ſacrorum Præſides redundaret? Id tu quidem ultro fatebere, ni facere nolis tecum confligendi finem. Igitur in *membra collectim omnia* Eccleſiæ *immediate* a Chriſto, te fatente, ejuſmodi poteſtas manat. Atqui Epiſcopi illi Galli, quorum tu forte patrociniis gloriare, *immediate* a Chriſto illam poteſtatem in Epiſcopos permanaſſe ita pugnarunt, ut quoniam ſecus ab Apoſtolica Sede definitum fuiſſe exiſtimavere, injuriam Ordini Paſtorali inlatam conqueſti fuerint (1). Non ergo tecum Epiſcopi illi Galli ſenſere. Quod ſi ſenſiſſent tecum, ac clavium poteſtatem in *omnibus collectim Eccleſiæ membris reſidere* putaſſent; judicaſſentque, eam ex *membris* ipſis in corpus Paſtorum defluere; ſi membris in-



(1) Id illos exiſtimaſſe, conſtat ex iis, quæ addunt *ibid. pag.* 212. „ C'eſt, *inquiunt*, ce qui doit „ intereſſer tous les Evêques ſur la cenſure de la „ propoſition, on n'y attribue point à un ſeul Pa- „ ſteur, quelque éminent que ſoit ſon Siege, tou- „ te l'autorité que Jeſus Chriſt a donnée AU CORPS „ DES PASTEURS „.

inquam, *omnibus* ſic datas claves putaſſent; in eos certe laqueos incidiſſent (1), quos vitare voluerant; idque ademiſſent Sibi, Collegiſque ſuis, atque id dediſſent omnibus collectim membris Eccleſiæ, quod ne Sibi, Collegiſque ſuis adimeretur, concedendum negarant Pontifici. Verum quid multis opus eſt? Perpaucorum illorum Antiſtitum Galliæ factio erroris arguit eos, qui cenſeant, toti Eccleſiæ corpori fuiſſe *immediate* a Chriſto ita traditam clavium poteſtatem, ut ſtatuant, ex corpore ipſo Eccleſiæ in Epiſcopos *uſum* ejus poteſtatis, *exercitiumque* defluere. In errore igitur te perinde verſari illi ipſi contendunt homines (2), quos fortaſſe tibi præſidio futuros arbitrabare.

Sed

(1) *Ibid. pag.* 211. Graviter enim expoſtulant, concludi ab ſuis adverſariis ex ipſorum doctrina „ avec „ Anne Dubourg celebre Çalviniſte du XVI. ſiecle, que *tous les fideles & croyans en Jeſus-Chriſt ont la puiſſance de lier & de delier, d'excommunier & d'abſoudre* „. Nihil enim tam eſſe hac concluſione dogmati ipſorum adverſius. „ Conſequence, *inquiunt*, d'ailleurs ſi oppoſée a la doctrine &c. „. Cur enim *omnes fideles* collectim ea poteſtate carerent, ſi in omnibus ipſa collectim, ut Febronius exiſtimat, reſideret?

(2) Confer opuſculum inſcriptum: *Apologie des Curez du Diocese de Paris contre l'Ordonnance de Mon-*

Sed fac, eadem factio tecum ſenſerit; equidem non magnopere laborabo. Cur enim eam morarer, quæ a communi, ut vidimus, eademque veteri Eccleſiæ Gallicanæ doctrina receſſiſſet, abductaque in errorem fuiſſet ſectariorum? Verum dic rurſum, quam putes fuiſſe perpaucorum illorum Antiſtitum Gallorum ſententiam? Hanc certe dices fuiſſe, ſi modo perſtes, eos tibi præiviſſe, defendere: *In ſocietate*, ſeu *in omnibus collectim membris Eccleſiæ poteſtatem clavium reſidere*; eamque *poteſtatem*, ſeu potius *ejus poteſtatis uſum*, vel *exercitium* ab iiſdem *collectim membris committi miniſtris ſacrorum*. Atqui iſta ipſa ſententia, mi Febroni, eſt, quam, ab Eccleſia Catholica repudiatam, Proteſtantibus vehementer probari, Boſſuetius in *Hiſtoria Variationum* &c.



---

*Monſeigneur l'Archevêque de Reims du 4. Janvier 1717. Cap. VIII. n. VII. pag.* 50. ubi iſta ſententia ERROR vocatur, & ERROR RIDICULUS. Quærunt Parochi: „ Si la diſpute qui eſt dans l' Egliſe ſur la puiſſance de clefs conſiſte a ſçavoir = *ſi les premiers Paſteurs reçoivent des fideles le pouvoir d' excommunier* „? Reſpondent: „ Quand quelqu'un dans l'Egliſe pouroit être ſuſpect de cette ridicule erreur, „ ce ne ſeroit point aſſurément l' Auteur des Reflexions „. Quid cenſet autem Febronius, niſi ab omnibus Eccleſiæ membris collectim poteſtatem clavium in Paſtores primos manare?

teſtis eſt locuples, cui his de rebus agenti negare fidem, perinde eſt, ac inclitæ Gallorum Genti univerſæ reſiſtere. Atque ille quidem Boſſuetius in *Quinto*, ac *decimo ejus Hiſtoriæ libro*, hanc eſſe Eccleſiæ Catholicæ loquendi rationem docet (1): Populum Chriſtianum unum eſſe STATUM, (2) unamque Societatem; ſed Jeſum Chriſtum, qui Populi ejuſdem Rex eſt, nihil e Populo ipſo, Societateve habere. Nam auctoritatem Chriſti altius eſſe repetendam. Rurſum Populo, ſive *Statui*, ſive Societati non plus ineſſe juris dandi Regi Chriſto miniſtros, quam eidem ineſſet Populo Chriſtum ipſum dicendi, conſtituendive Regem. Quare

(1) Num.cxx. pag.351. *Tom.III. Opp.Edit.Argentin.*, ſeu potius *Venetæ an.* 1738. Nam Populum Chriſtianum alloquens Boſſuetius = *Vous êtes*, inquit, *un peuple*, UN ETAT, & UNE SOCIETE, *mais Jeſus-Chriſt qui eſt vôtre Roi ne tient rien de vous, & ſon autorité vient de plus haut: vous n'avez naturellement non plus de droit de lui donner des miniſtres, que de l'inſtituer lui même vôtre Prince; ainſi ſes Miniſtres, qui ſont vos Paſteurs, viennent de* PLUS HAUT, *comme lui même, & il faut, qu'ils viennent par un ordre qu'il ait établi* &c.

(2) Jam vidimus Epiſtola ſuperiore, negari a Febronio probante Pufendorfii doctrinam, Eccleſiam eſſe *Statum*. Et is tamen Febronius cum Gallis ſentire ſe gloriatur, etſi contra palam os Gallorum Boſſuetius ſtatuat.

re Miniſtros Chriſti, qui Populi Chriſtiani, ſeu Societatis Paſtores ſunt, altius item obtinere auctoritatem eo prorſus, quem Chriſtus voluit, atque inſtituit, ordine. Poſt ubi hæc, aliaque generis ejuſdem plane catholice Boſſuetius doctus ſcilicet vir, atque diligens animadvertit; mox explicat, quid eadem de re plenum erroris Proteſtantium dogma ferat. Eſt autem id hujuſmodi: (1) Poteſtatem *ligandi*, atque *ſolvendi*; *ſtabiliendi*, & *deſtruendi* in *Populo*, ſeu in *Societate* eſſe; quare quod Paſtoribus datum eſt poteſtatis, id ipſis omnino ut *repræſentantibus* Societatem competere. Quin etiam auctoritatem Synodorum, quibus Paſtores interſunt, e Populo, ſeu e So-

---

(1) Boſſuetius *ibid. n.*CXXI. *pag.*353. „ La Reforme, *inquit*, dit tout le contraire. En vous, „ dit-elle (*au Peuple*, *quem Statum*, *ſeu Societatem* „ *Boſſuetius idem dixit*) eſt la ſource du pouvoir celeſte... Croiez que le pouvoir de liér, & de déliér, d'établir, & de détruire eſt en vous, & que „ vos Paſteurs n'ont de pouvoir, que comme vos repréſentans; que l'autorité de leurs Sinodes vient „ de vous; qu'ils ne ſont que vos déléguez. Croiez, „ dis je, toutes ces choſes encore que vous n'en trouviez pas un ſeul mot dans l'Ecriture „. Confer, quæ idem ſcribit Boſſuetius *lib.V.n.XXIII.Tom.II.Opp. pag.*205. *& n.XXIV. pag.*205. *ſq. & n.XXVI. p.*208. *ſq. & lib.VI. n.XLIV. & pag.*312. *ſqq. & lib.X. n.XI. pag.*465. *& n.XV. pag.*468. *& n.XVIII. pag.*469. *ſq.*

e Societate manare, cujus Paſtores ipſi nonniſi delegati & habeantur, & ſint revera. Nega, ſi modo potes, Febroni, huc tandem recidere doctrinam verbo abs te attributam Gallis, re autem vera tuam. Sed qua id tu ratione neges, ſi nulla uſus circuitione palam profeſſus es, *clavium*, hoc eſt *ligandi, ſolvendique* auctoritatem *omnibus collectim membris Eccleſiæ* ineſſe, ab ijſque *collectim omnibus* ejus auctoritatis *uſum*, & *exercitium committi* ſacrorum Præſidibus? Id vero quidquid eſt ſive poteſtatis, ſive *exercitii*, ſive *uſus*, ſi Præſidibus ſacrorum *committitur* ab *omnibus collectim membris Eccleſiæ*, quo demum modo, te judice, iiſdem Præſidibus ſacrorum competet, niſi ſolum ut delegatis *omnium collectim membrorum* chriſtianæ Societatis, utque eadem *collectim membra* repræſentantibus? Cumque iſtud dogmatis genus hæreticorum ſit (Boſſuetio apud Gallos principe ingenij, & doctrinæ teſte), qua tu confidentia idipſum dogma commune etiam defendes eſſe Gallorum?

§. II.

## ſ. II.

*Febronianam de Clavium poteſtate, quæ omnibus collectim Eccleſiæ membris inſit, doctrinam non Gallicana ſolum, ſed reliquæ etiam Eccleſiæ orthodoxæ condemnant.*

Ab Italicis Eccleſiis Febronianii dogma, ut alienum ab Evangelica veritate, rejicitur.

X. SAtis multa de Gallicana Eccleſia: Nunc de ceteris. Ac de Italicis non eſt, cur dubites. Eſt enim earum, ut noſti: earum autem? immo omnium Catholici orbis Eccleſiarum in Catechiſmo Romano hac de re dilucide, diſtincteque propoſita, atque explicata ſententia. Ac in eo Catechiſmo ad X. Symboli Articulum, poſt ubi dictum eſt, *Eccleſiam habere remittendorum peccatorum*, hoc eſt *clavium poteſtatem* (1), mox quemadmodum hæc inſit Eccleſiæ poteſtas exponitur in hunc modum (2): DOMINUS NON OMNIBUS, *ſed Epiſcopis* TANTUM, & *Sacerdotibus tam ſancti muneris poteſtatem dedit*. IDEM *etiam cenſendum erit, quod ad rationem ejus poteſtatis* EXERCENDAE *pertinet: nam per Sacramenta ſolum, ſi eorum forma ſervetur, peccata remitti poſſunt:*

(1) *Cap. XI. §. IV. & V. pag. 92. Edit. Pariſ. ann.* 1738.
(2) *Ibid. §. VI. pag. 93.*

*ſunt*: *aliter vero nullum jus a peccatis ſolvendi Eccleſiæ datum eſt*; *ex quo ſequitur tum* SACERDOTES, *tum Sacramenta ad peccata condonanda velut inſtrumenta valere*, QUIBUS CHRISTUS DOMINUS AUCTOR IPSE, & LARGITOR SALUTIS *remiſſionem peccatorum*, *& juſtitiam in nobis efficit*. Jamne intelligis, *non* OMNIBUS membris Eccleſiæ, ſed EPISCOPIS TANTUM, *& Sacerdotibus tam ſancti muneris poteſtatem* a Chriſto *datam*? Si *Epiſcopis* TANTUM, & *Sacerdotibus*, non ergo collectioni omnium catholicæ religionis cultorum; alioqui non eſſet TANTUM *Epiſcopis*, *Sacerdotibuſque* ea tradita a Chriſto poteſtas; ſed ineſſet OMNIBUS: quod ſane orthodoxi cœtus, eidem Catechiſmo vehementer aſſenſi, negant. Jam hoc tenes. Accipe reliqua. Eſt ibidem ſcriptum: ejus *poteſtatis munus donatum* eſſe *Eccleſiæ*, non quod *omnibus* junctim *Eccleſiæ membris* id *munus poteſtatis* hæſerit, ſed quod *Epiſcopis*, & *Presbyteris* ſit divinitus attributum in commodum, ac ſalutem totius *Chriſtianæ* Societatis (1). Nam attende quid

(1) Atque hoc modo τὸ datas Eccleſiæ fuiſſe claves intelligi oportere, e Capitis ejuſdem XI. §. IV. pag. 92. & §. VIII. pag. 94. & §. XI. pag. 95. perſpicitur, ubi ſic lego: *Erunt igitur fideles hortandi*, *poſtquam tam ampli*, *& præclari muneris dignitatem cognoverint*, *ut illud etiam ſtudeant ad ſuum commodum religioſe conver-*

quid ſequatur : „ Chriſtus . . ut hominibus „ hanc peccatorum veniam largiretur, „ priuſquam in Cælum aſcenderet, ut ibi ad „ dexteram Dei perpetuum ſederet, EAM „ POTESTATEM EPISCOPIS, & PRESBYTERIS „ in ECCLESIA CONCESSIT; quamquam, . ut „ antea docuimus, Chriſtus ſua auctori- „ tate, ceteri ut ejus miniſtri peccata di- „ mittunt „ (1). En in quos TANTUM re- mittendorum peccatorum, ſeu clavium po- teſtas a Chriſto permanarit, ut fert doctri- na Eccleſiæ Catholicæ, quam Pontifices Maximi, Epiſcopique non ſolum Italiæ, ſed aliarum etiam Regionum e Catechiſmo Ro- mano populis a Parochis tradi voluere, ne quis in X. fidei articulo aut intelligendo, aut explicando erret. Itaque cum Epi- ſcopi, Pontificeſque Maximi Articulum fidei *de remiſſione peccatorum* eo ſenſu intel- ligendum, credendumque proponant; ec- quis, rogo te, dubitet, illos, quod huic ipſi ſenſui repugnans eſt, id reſpuendum, reprobandumque eſſe judicaſſe? Ac Triden- tina quidem Sacroſancta Synodus, cujus auſpicio, nutuque is Catechiſmus ſcriptus, edi-

---

*vertere . . . præſertim vero cum Dominus hanc poteſta- tem remittendi peccata ea re tradiderit Eccleſiæ, ut omnes hoc ſalutari remedio uterentur* &c.

(1) Ibid. §. *VIII. pag.* 94.

editusque fuit, FALSAS eſſe, & *a* VERITATE EVANGELICA PENITUS ALIENAS *doctrinas omnes*, declarat, *quæ ad alios quoſvis homines*, PRAETER EPISCOPOS, ET SACERDOTES, CLAVIUM (POTESTATEM) *pernicioſe extendunt* (1). Quid tu? Ab ijs ne, qui ad *omnia membra Eccleſiæ* eam *poteſtatem* ita *extendunt*, ut in iiſdem *omnibus* collectim *membris* ipſam *reſidere* arbitrentur; ab iis ne, inquam, *id poteſtatis genus* ad quoſvis alios item *præter Epiſcopos*, & *Sacerdotes extendi* neges? Atqui tu in *omnibus collectim Eccleſiæ membris*, *præter Epiſcopos*, & *Sacerdotes*, *poteſtatem clavium eſſentialiter* reſidere, ut vidimus, ſtatuiſti. Quid reſtat igitur, niſi ut doctrinam tuam, judicio Tridentinæ Synodi, *falſam* eſſe, atque *alienam* a *veritate Evangelica* fateare? Scio, quid ſis dicturus: agi nempe ab Synodo de *miniſterio* (2), non de *poteſtate*: te vero

(1) Seſſ. XIV. Cap. VI.

(2) Ibid. reprobat quidem Synodus eam doctrinam, *quæ ad alios quoſvis homines*, præter *Epiſcopos*, & *Sacerdotes*, *Clavium miniſterium extendit*; ſed *miniſterii* vocabulo etiam *poteſtatem* ipſam intelligit. Nam mox reprobat *putantes verba illa Domini* quæcumque alligaveritis &c. *ad omnes Chriſtifideles indifferenter & promiſcue*, *contra inſtitutionem hujus Sacramenti*, *ita* dicta *fuiſſe*, *ut quivis poteſtatem habeat remittendi peccata.* Pergit ſcribere: *prave eos* ſentire, qui in malis Sacerdotibus *hanc poteſtatem non eſſe contendunt*.

ro non eum eſſe, qui *miniſterium*, ſed qui *poteſtatem* cenſeas Eccleſiæ membris *collectim omnibus* attribui oportere. Verum etſi miniſterij Sancta Synodus meminit, meminit quidem certe etiam *poteſtatis*, ſatiſque aperte demonſtrat, *Verba illa Domini*: „ quæcumque „ alligaveritis &c. & quorum remiſeritis „ peccata &c. „ *non ad omnes fuiſſe dicta*, niſi ſolum ad Apoſtolos, inque Apoſtolis ad *Epiſcopos*, & *Sacerdotes*; atque ideo *præter hos*, nullum *habere* remittendorum peccatorum POTESTATEM. Qua ex re plane intelligitur, quam apte, quamque accommodate ad Concilii ſententiam, ſcripſerint ii, quibus datum negotium condendi Catechiſmi Romani fuit. Quod ni ita eſſet, non tanti hunc facerent Romani Pontifices, neve ita, ut eſt, ſumma in eodem probando commendandoque eſſet Epiſcoporum non Italiæ (1) modo; ſed reliquarum etiam Regio-

---

(1) Confer Synodum Sabinenſem an. 1737. Parte I. c. 3. pag. 5. Neapolitanam ann. 1726. *P. I. cap.* 11. *p.* 8. Barenſem an. 1625. *pag.* 4. Bituntinam an. 1662. Tit. V. §. III. p. 77. Beneventanam *an.* 1567. *Tit. de Prædic. Verbi Dei. cap. X.* Monteflaſconenſem an. 1622. *Edi. Viterb.* an. 1623. *pag.* 9. Auximanam an. 1721. *Edit. Lucenſis an.* 1722. *pag.* 7. *Aſculanam an.* 1688. *Edit. Romanæ an.* 1690. *pag.* 164. Cervienſem *an.* 1577. *Tit. de Parochis*. Cæſenatenſem

gionum confeſſio (1). Quid? Si multo ante, in Concilio Florentino Johannes a Turrecremata animadverterat, *alienam a fide judicandam* eſſe *intelligentiam* eorum, qui dicerent, *collegialiter omnibus Eccleſiæ membris*, ſeu *univerſitati Eccleſiæ datam fuiſſe clavium poteſtatem*; *propter eaque* Petrum, ceteroſque Apoſtolos, horumque adeo ſucceſſores *procuratorio* nomine, ac ceu *Syndicos* ipſius *Eccleſiæ* eamdem adeptos fuiſſe poteſtatem (2)? At ſi ἀδιάφορον quidpiam, ſeu *indiffe-*

---

ſem an. 1693. *Edit. an.* 1695. p. 214. Ravennatenſem Provincialem an. 1569. p. 25. Imolenſem *an.* 1718. *p.* 5. Mediolanenſem Provincialem quintam ſub S. Carolo an. 1579. Tom. XV. Concilior. Edit. Pariſ. Labbei an. 1672. pag. 705. Genuenſem Provincialem an. 1574. pag. 59. Savonenſem an. 1699. Edit. an. 1701. & ceteras, quarum catalogum deſcripſimus Tom. I. De Animabus juſtorum ante Chriſtum expertibus Beatæ viſionis Dei Cap. III. §. II. pag. 297. Sqq. Ed. Rom. an. 1766.

(1) Vide quæ de Synodis Provincialibus Rotomagenſi an. 1581. Turonenſi an. 1583. Remenſi an. 1583. Burdigalenſi an. 1583. Narbonenſi an. 1609. Aquenſi an. 1583. Ebredunenſi an. 1727. Toloſana an. 1590. Cameracenſi an. 1585. Avenion. an. 1594. & de Diœceſanis Mexicana in Hiſpania an. 1671. & de Provinciali Limana an. 1582. ſcripſimus in Adnotationibus ad opus noſtrum de *Juſt. Veter. Teſtam. &c. Ibid. pag.* 609. *ſqq.*

(2) Vide *Tom. IX. Concilior. Edi. Paris. a.* 1714. *pag.* 1255. *Sqq.*

*differens* fuiſſet, quo tandem modo Patres Florentinæ Synodi omnes ad unum, nullo repugnante, id ut *alienum* a *fide* reſpui tuliſſent? Scilicet noverant ij, quæ ab Synodo Lateranenſi IV. anno 1215. definita in hanc ſententiam fuerant (1): CLAVES *Eccleſiæ*, quas *ipſe* CONCESSIT APOSTOLIS, ET EORUM SUCCESSORIBUS JESUS CHRISTUS. Hinc enim plane perſpicitur, *Claves* idcirco dici *Eccleſiæ*, quod divinitus Apoſtolis, eorumque in Eccleſia Succeſſoribus tributæ ſint. Quamobrem nolo mirere, ſi ſumma omnium Italiæ, neque vero Italiæ ſolum, ſed totius etiam orbis Epiſcoporum (2) voluntate, damnata a Clem. XI. Pontifice Maximo ea propoſitio fuit, quæ ferret: partem poteſtatis clavium (cujuſmodi eſt excommunicandi auctoritas) datam eſſe Eccleſiæ, *ut a primis Paſtoribus exerceatur præſumto ſaltem corporis totius conſenſu* (3). Jam ſi, te auctore,



(1) *Cap. I. de Fide Catholica Tom. VII. Concilior. Edit. Pariſ. an.* 1714. *pag.* 17.

(2) Extant horum Epiſtolæ permultæ, quas publici Juris fieri Card. de Biſſy curavit. Hinc Archiepiſcopus Pariſienſis Carolus Gaſpar Guillelmus de Vintimille in ſua *Ordinat. Paſtorali an.* 1731. de propoſitione XC. a Clem. XI. damnata agens *pag.* 48. contineri, ait, ea propoſitione doctrinam *fauſſe & dangereuſe que le Pape, & les Evêques ont condamnée.*

(3) Conſtit. quæ incipit: *Unigenitus. prop. XC. Tom. XI. Concilior. Edit. Pariſ. an.* 1714. *pag.* 1638.

ſtore, *omnibus collectim Eccleſiæ membris* poteſtas clavium attributa eſt; ejuſque poteſtatis *uſus*, *&* *exercitium* Paſtoribus ſacris ab *ijſdem collectim membris omnibus*, ſeu a *corpore* toto *fidelium* committitur; quid erit reliqui, niſi, ut poteſtas illa (quoniam a *corpore* toto ipſis committitur) *procuratorio*-ſolum nomine a Paſtoribus exercenda ſit, adeoque exerceri nequeat, niſi conſenſu ſaltem præſumto totius ejuſdem corporis? Quo enim modo is, cui munus aliquod committatur, exercere illud recte, *valideque* poterit, ſi ne *præſumat* quidem, eum qui commiſerit, ſibi aſſenſurum fore? Id vero cum ita ſit, quo tu ore inficiabere, doctrinam iſtam tuam damnatam eſſe a Pontifice Maximo, Epiſcopis non Italis modo, ſed Germanis quoque, Polonis, Belgis, Gallis, Hiſpanis &c. conſentientibus?

Condemnant etiam Germanicae, in primis autem Moguntina.

De Germanis, ne quid ſpeciatim deſideres, ſic habeto: Moguntinæ Provinciæ Epiſcoporum hæc de clavium poteſtatis *ſubjecto* fuit, eſtque doctrinæ ratio: *Chriſtum duplicem* MINISTRIS *Eccleſiæ ſuæ* POTESTATEM RELIQUISSE, UT REMITTANT, AUT RETINEANT; SOLVANT, AUT LIGENT &c. RELIQUISSE autem *ad ſananda hominum peccata* (1). Miniſtris ergo *relicta* a Chriſto

(1) Concil. Provinc. Moguntin. *an.* 1549. *Cap.* XXII. *de Confeſs. pag.* 6. *Edit. Pariſ. an.* 1550.

ſto ea poteſtas eſt, non *corpori*, ſeu *membris collectim Eccleſiæ omnibus*; quamquam ea in *omnium membrorum Eccleſiæ* vergat utilitatem, ut quæ ad *ſananda hominum peccata* relicta ſit. Atque iidem illi Epiſcopi hoc ipſum majorem in modum confirmaturi: *Poſt reſurrectionem*, inquiunt, Chriſtus *inſufflatione Spiritum Sanctum* (Apoſtolis) *infundens*, *pariter remittendi, & retinendi peccata poteſtatem, & virtutem* ILLIS CONTULIT: „ Si„ cut me miſit Pater, *inquit*, & ego mit„ to vos. Hæc cum dixiſſet, inſufflavit, „ & dixit eis: accipite Spiritum Sanctum, „ quorum remiſeritis peccata, remittuntur „ eis, & quorum retinueritis, retenta „ ſunt „. *Han inſufflationem D. Auguſtinus gratiam eſſe aſſeverat, quæ per traditionem ordinatis infunditur*, QUÆ NON IN IPSIS APOSTOLIS CESSAVERIT, SED QUAE PER SIMILEM TRADITIONEM IN ORDINIS COLLATIONE ETIAM AD SUCCESSORES APOSTOLORUM TRANSFUNDATUR. *Sicut enim remiſſionem peccatorum ſemper durare in Eccleſia neceſſe eſt, ſic per gratiam, & poteſtatem* REMITTENDI PECCATA APUD MINISTROS ECCLESIAE, ET SUCCESSORES APOSTOLORUM PERPETUO RESIDERE OPORTET (1). Hactenus quidem de Moguntinis, quorum in

 pri-

(1) Confer *ejuſd. Concilii Inſtitutionem Chriſtianam. De Sacram. Ordinis. Ibid. pag.* 219. *ſq.*

Digitized by Google

primis concitandorum cauſſa, iſtum abs te fuiſſe ſuſceptum ſcribendi laborem ajunt.

Colonienſis quoque. De Epiſcopis Colonienſis Provinciæ, ne puta, quidpiam eſſe ſecus exiſtimandum. Hi in *Inſtitutione Compendiaria Doctrinæ Chriſtianæ*, quam polliciti fuerant an. 1536. in Provinciali Synodo, *Titulo de Sacramentis novi Teſtamenti*, explicaturi, quæ ante de clavibus Eccleſiæ in exponendo Articulo Symboli X.. attigerant (1) „ Patres, *inquiunt*, „ partiti ſunt claves in clavem Ordinis, „ & clavem Juriſdictionis. Clavis Ordinis „ eſt POTESTAS vocationis, functionis, ſeu „ miniſterii ſacerdotalis, qua qui fungitur, „ Chriſti perſonam in Eccleſia repræſentat, omniaque non ſuo, ſed Chriſti „ nomine, & auctoritate agit; quæ complectitur poteſtatem prædicandi verbi, „ ſeu annunciandi Evangelij, conſecrandi „ corpus Chriſti, remittendi, & retinendi „ peccata, & impertiendi, ſeu adminiſtrandi Sacramenta. Clavis juriſdictionis eſt poteſtas coercendi criminoſos ſine vi corporali, quæ adhibetur, non „ ut homines, ſed ut error ipſe tollatur, „ ut homines non laedantur, ſed corrigantur, non ut perdantur, ſed corripiantur, & inſtruantur. Hæc eſt illa „ po-

(1) *Pag.* 104. *Edit. Colon. an.* 1541.

„ poteſtas excommunicandi publice delin-
„ quentes &c. Clavis ordinis SOLIS SACER-
„ DOTIBUS, qui hac in parte in Apoſtolo-
„ rum vices SUCCESSERUNT, PECULIARIS eſt.
„ Nam ſolis Apoſtolis dictum eſt: *quorum*
„ *remiſeritis peccata &c.* EADEMQUE PROPRIE
„ CLAVIS REGNI CAELORUM APPELLATUR (1)„.
Rurſum: „ Chriſtus Apoſtolos, quos ſua
„ poteſtate ornavit, ac pro ſe legatione
„ fungi voluit, ambabus illis clavibus in-
„ ſtructos eſſe voluit, nempe judicii, &
„ poteſtatis. Quod Patres acute viderunt,
„ AC SUPREMI JUDICII PRINCIPATUM SACER-
„ DOTIBUS ESSE COMMISSUM, ac pœnitentiæ
„ Sacramentum, in quo remittuntur, ac
„ retinentur peccata, judicii inſtar ſe ha-
„ bere dixerunt (2)„. Pergunt ſcribere:
„ *Ligandi, atque ſolvendi* hanc POTESTATEM
„ veluti omnium maximam Divus Jo. Chry-
„ ſoſtomus celebrat. *Intellige*, inquit, *quan-*
„ *to Sacerdotes honore, quanta dignitate Spi-*
„ *ritus Sancti gratia dignata fuerit. Etenim*
„ *qui terram incolunt, atque in ea verſan-*
„ *tur, his commiſſum eſt, ut ea, quæ in cæ-*
„ *lis ſunt, diſpenſent. His datum eſt, ut* PO-
„ TESTATEM HABEANT, *quam Deus Opt. Max:*
„ *neque Angelis, neque Archangelis datam eſ-*
K 3 „ *ſe*

(1) *Ibid. pag.* 204.
(2) *Ibid. pag.* 205.

„ *ſe voluit. Neque enim illis dictum eſt*: quæcumque ligaveritis. *Habent quidem & terreſtres Principes poteſtatem; verum corporum ſolum. Id autem, quod dico, Sacerdotum vinculum ipſam etiam animam contingit, atque ad cælos uſque pertingit; adeo ut quæcumque operati fuerint Sacerdotes inferne, illa eadem Deus ſuperne rata habeat, ac ſervorum ſententiam Dominus confirmet. Jam quid ipſum hoc aliud eſſe dicas, niſi omnem rerum cæleſtium* POTESTATEM ILLIS A DEO CONCESSAM &c. Hæc ille. Certe vulgaris res eſſe non poteſt, quam Chriſtus tanto verborum (apparatu) ſerio promittit, inquiens = *Ego dico tibi* (attende emphaſim) *quia tu es Petrus &c.* Rurſus vide, quanta cum Majeſtate Chriſtus hinc diſceſſurus, Apoſtolis HASCE CLAVES TRADIDERIT (1)„. Denique: „Dominicis hiſce verbis, *quorum remiſeritis &c.* Sacerdotibus judicii principatum, ac dignoſcendi,& diſcernendi inter inſontes,ac noxios facultatem, nec non SENTENTIAE FERENDAE POTESTATEM CONCESSAM ESSE„ teſtantur (2). Jam ante dixerant (3): „Nobis explicandus, & illuſtrandus eſt „ lo-

(1) *Ibid. pag.* 205. *ſq.*
(2) *Ibid. pag.* 207. *verſa.*
(3) *Ibid. pag.* 202. *ſq.*

„ locus Evangelii, in quo cardo totius rei
„ vertitur, qui Johannis viceſimo habetur
„ in hunc modum: *Accipite Spiritum San-*
„ *ctum, quorum remiſeritis peccata &c.* His
„ verbis, OMNIUM ORTHODOXORUM SENTENTIA,
„ Chriſtus Apoſtolis, ET EORUM IN ECCLESIA
„ SUCCESSORIBUS CLAVES REGNI CAELESTIS TRA-
„ DIDIT, POTESTATEMQUE REMITTENDORUM,
„ ET RETINENDORUM PECCATORUM CONCES-
„ SIT... Vides quot, & quantas claves
„ Chriſtus in orbem terrarum deſtinatus a
„ Patre acceperit. Sed quas claves heinc
„ diſcedens APOSTOLIS, ILLORUMQUE SUC-
„ CESSORIBUS IN ECCLESIA reliquerit, id ve-
„ ro explicandum eſt. Et quidem conſtat,
„ eaſdem, hoc eſt SUAS, non alias claves
„ APOSTOLIS COMMISISSE, nimirum claves Re-
„ gni cælorum, quemadmodum ipſe Pe-
„ tro dixit: *quodcumque ligaveris* &c. Nam
„ quod eadem poteſtate, qua ipſe a Pa-
„ tre miſſus eſt, eoſdem in orbem terra-
„ rum deſtinaverit, plane teſtatur apud
„ Johannem: *Sicut* inquit, *miſit me Pater,*
„ *& ego mitto vos*. Non tamen ut Dominos,
„ ſed ut miniſtros LEGATIONE PRO EO fungen-
„ tes in AEDIFICATIONEM CORPORIS ejus, quod
„ eſt Eccleſia „. Tenes, quid ex *ſenten-
tia omnium orthodoxorum* Colonienſis Syno-
di Patres doceant. Quæro, negeſne, repro-
bandam ab iis, damnandamque fuiſſe do-

 ctri-

ctrinam, quam iidem eſſe putaſſent *omnium orthodoxorum ſententiæ* repugnantem? Qua vero id tu confidentia de Catholicis Epiſcopis neges, qui te catholicum profiteare? Nam quæ *omnium orthodoxorum* eſt, ea certe *columnæ veritatis*, ſeu *catholicæ Eccleſiæ* univerſæ eſt, Scripturis, monumentiſque Traditionis firma, ſententia. Jam vero ſi quod catholicæ Eccleſiæ univerſæ, Scripturis, monumentiſque Traditionis firmæ ſententiæ repugnat, damnandum ut error non ſit (1), quid tandem ſit, fingere tu vix poteris fortaſſe; reperire ne vix quidem profecto poteris. Fac modo tibi redeat in mentem, quam Synodi Colonienſis Patres eſſe *omnium orthodoxorum ſententiam* teſtentur. Jam ſuccurrit. Hæc eſt ſcilicet: *Claves eſſe a Chriſto Apoſtolis, eorumque Succeſſoribus traditas*, adeo ut *ea poteſtas* SOLIS SACERDOTIBUS SIT PECULIARIS, QUI AMBABUS CLAVIBUS INSTRUCTI SINT, polleantque JUDICII PRINCIPATU in AEDIFICATIONEM CORPORIS Chriſti, quod eſt ECCLESIA. Recte ſane. Prome nunc tuam. *Poteſtatem*, inquies, *clavium* non eſſe ſolis Sacerdotibus peculiarem, quippe quæ in *omnibus collectim Eccleſiæ membris*, ſeu in corpore

(1) Confer Concilium Trevirenſe an. 1549 *Cap.I. de Fide Orthodoxa pag.*2142. *Tom.IX. Concilior. Edit. Pariſ. an.* 1714.

pore toto Eccleſiæ *eſſentialius*, *principaliuſque reſideat* ita, ut ejus *uſus*, atque *exercitium* ab *omnibus collectim Eccleſiæ membris*, ſeu a *corpore toto* Eccleſiæ Sacerdotibus committatur. At eſt hæc, mi Febroni, plane repugnans ei, quam Synodus Colonienſis affirmat, *omnium* eſſe *orthodoxorum ſententiam*. Vide nunc, quid ſequatur. Nimirum ſi agere bona fide velis, eo denique redigaris neceſſe eſt, ut opinionem iſtam tuam doctrinæ univerſitatis catholicæ adeo inimicam, non ſolum Colonienſis Synodi Patrum, ſed omnium etiam orthodoxorum judicio reprobandam, damnandamque confiteare. Et id tamen opinionis genus produci nunc abs te, dices, conciliandorum Catholicis Proteſtantium cauſſa. Næ tu, Febroni, egregiam polliceris pacem, quæ impetrari non poſſit, niſi Catholici omnes, quam hactenus ſumma concordia coluere, doctrinam ejurent, frequenteſque in ſententiam abeant heterodoxorum. Hoc, credo, non animadverteras. Sed cauto erat opus, ne qui putarent, exempla te imitari voluiſſe eorum, qui cum verbo reconciliationem jactarent optatæ pacis; tum id re maxime curarent, ut numerus Proteſtantium augeretur perverſione dogmatum (1) catholicorum;

(1) Clerus Gallicanus in Cenſura, quam die 22. Au-

rum. Sed hæc alias. Pergam nunc de Germanis ſcribere. De Trevirenſi Provincia, nihil eſt, cur eſſe dubitandum arbitrere. Nam hæc *nihil tenendum, docendumque* præcipit, *niſi* quod *Sancta Romana tenet, & docet Eccleſia omnium conſentientium Eccleſiarum Mater,*

Et Trevirenſis.

---

22. Auguſti an. 1727. edidit in libros Petri Franciſci le Courayer. „ L'homme, *inquit*, ennemi ne ceſſe „ de jetter à pleines mains l'ivraye dans le champ „ du Pere de famille. Déja plus d'une fois l'Egliſe „ de France s'eſt trouvée dans l'obligation d'oppoſer ſes cenſures à la témerité de ceux qui eſſaioient, „ en diverſes manieres de renouveller des erreurs ſi „ ſolemnellement condamnées. C'eſt ce qu'a osé „ tenter encore depuis peu l'Auteur du livre intitulé: „ *Diſſertation ſur la validité des ordinations des Anglois*, qui ſous le PRETEXTE DE FACILITER LA REUNION DE L'EGLISE ANGLICANE, DEFIGURE SUR PLUSIEURS POINTS LA FOI DE L'EGLISE ROMAINE, & „ s'éfforce de juſtifier la doctrine des Anglicans. LE „ PRETEXTE EST SPECIEUX ſans doute: la REUNION d' „ une portion ſi illuſtre du troupeau que Jesus-Chriſt „ a rachété, fait l'objet de nos voeux les plus ardens. Mais peut-on la ménager cette réünion ſi „ deſiderable, aux dépens de la foi que nous devons „ conſerver dans toute ſa pureté? En déguiſer les „ dogmes aux yeux des Proteſtans, & les flatter en „ même tems dans leurs erreurs, ce ſeroit les tromper, & non pas les convertir „. Extat in calce Tom. II. Operis P. Michaelis le Quien, quod opus inſcribitur: *La nullité des Ordinations Anglicanes démontrée &c. Edit. Pariſ. an.* 1730. *pag.* 334.

*ter*, *&* *Magiſtra* (1). Quid autem hac de re Romana teneat, doceatque Eccleſia, paullo ante demonſtratum eſt. De Salisburgenſi autem ſic habeto: certum ipſi eſſe, *traditam* quidem a Chriſto Epiſcopis *auctoritatem*, ac poteſtatem; non autem aut *ſejunctim*, aut *collectim* omnibus *membris* Eccleſiæ (2). Quamobrem ne mirare, ſi juſſit ipſa, ut Catechiſmorum Romani, Petri a Soto, atque Gropperi doctrina a Parochis proponatur plebi (3). Quo quidem ſpe-

Et Salisburgenſis.

(1) Synod. Trevir. *Provinc. an.* 1549. loco indicato *Adnotat.* 1. *pag.* 152. *hujus vol.*

(2) In Synodo Provinciali Salisburgenſi an. 1569. Summa Patrum voluntate, magnoque ſilentio auditus fuit Chriſtophorus Spandelius Paſtor Mydorffenſis. Is in Oratione, quam habuit 28. Martii, datam quidem Epiſcopis a Chriſto auctoritatem, poteſtatemque dixit; datam vero aut ſejunctim, aut collectim omnibus membris Eccleſiæ, nuſquam dixit. In *Append. Actor. Synodi Edit. Diling. an.* 1574. *pag.* 389. Confer Conſtitut. XVII. ejuſd. Synodi, quæ Conſtitutio eſt *de vita*, *&* *qualitatibus*, *&* *officio Epiſcoporum*, *ac ceterorum Prælatorum*. *Cap.I. pag.* 52. *&* *Cap. IV. pag.* 55.

(3) De Catechiſmo Romano, ſupra a me dictum memini. Catechiſmi Gropperiani hæc eſt inſcriptio: *Inſtitutio Catholica elementa Chriſtianæ religionis ſuccincte complectens &c.* Vide hujus *Tit. de Sacramentis pag.* 37. *ſqq. Edit. Venetæ an.* 1557. Petrus Sotus (in *Catechiſmo an.* 1554. Juſſu Cardinalis Truchſe-

ſpectant, que ab Otthone S. R. E. Cardi-
nali

chſeſii edito *pag. 49. verſa*, Claves Eccleſiæ a Chriſto Apoſtolis tributas ſcribit. Si quis autem quærat, quo id modo ſit intelligendum, is Sotum eumdem (in *Inſtitutione Sacerdotum*, quam an. 1558. in publicam lucem emitti Cardinalis Truchſeſius curavit, audiat ſic diſſerentem *Lect. 1. pag. 206. Edit. Lugd. an.* 1586 „: Quod propoſitum eſt, qui ſcilicet HA-
„ BEANT CLAVES, & earum uſum, & circa quos;
„ eſt etiam explicandum. CLAVES igitur SACERDO-
„ TUM novæ legis PROPRIAS eſſe, quod attinet po-
„ teſtatem abſolvendi a peccatis, EST CERTISSIMUM
„ FIDEI CATHOLICAE DOGMA ex Scriptura ipſa Evan-
„ gelii, & uſu Eccleſiæ aperte probatum: CHRI-
„ STUS ENIM SOLIS APOSTOLIS DEDIT CLAVES, ut di-
„ ctum eſt; aut forte etiam, ſi placet, reliquis ſe-
„ ptuaginta Diſcipulis; NON TAMEN CHRISTIANIS O-
„ MNIBUS, aut baptizatis. APOSTOLI VERO SOLIS SA-
„ CERDOTIBUS HANC POTESTATEM TRADIDERUNT.
„ SOLI ERGO CLAVES HABENT. Ubi vitandi ſunt er-
„ rores illi jam olim ab Eccleſia damnati: vel omnes
„ Chriſtianos, vel ſolos ſanctos, & juſtos claves
„ habere. HABENT ENIM SACERDOTES SOLUM, ſive
„ juſti, ſive peccatores ſint „. Audiſne, Febroni, *dogma eſſe fidei Catholicæ*: SOLOS *Sacerdotes habere clavium poteſtatem?* Pugnat igitur (ut fert Soti doctrinam probantium Auguſtanorum, Salisburgenſiumque ratio) pugnat, inquam, cum *dogmate Fidei catholicæ* opinio tua, qua cenſes, non ſolis Sacerdotibus, *ſed omnibus membris Eccleſiæ collectim* ineſſe eam poteſtatem, ac *eſſentialius* quidem ineſſe, atque *principalius*, quam Sacerdotibus inſit, quippe cum uſum poteſtatis ejuſdem, atque exercitium ab omni-

nali Truchſeſio anno 1548. agnita, atque admiſ-

---

omnibus collectim membris ipſis Eccleſiæ *committi* Sacerdotibus ſtatuas. Quare opinio iſta tua *error* ex *iis* eſt, quos jam olim ab Eccleſia damnatos Sotus ſcribit, cui Soto Auguſtani, ac Salisburgenſes conſentiunt. At Sotus, dices, ab *Apoſtolis*, ET ECCLESIA ſolis Sacerdotibus ejuſmodi poteſtatem traditam affirmat. Fateor. Sed quô tandem modo? Nempe non a cœtu OMNIUM MEMBRORUM, cum in membris omnibus collectim ea poteſtas non ſit; nam eſt (teſte Soto) IN SOLIS SACERDOTIBUS. A quibus igitur? Nimirum ab iis, qui ſucceſſione ab Apoſtolis eam poteſtatem in Eccleſia obtinent, ad membrorum omnium cœtus Chriſtiani utilitatem: Quamobrem idem ipſe Sotus paullo ante dixerat pag. 215. ECCLESIAE *ipſi, ſed in* ILLIS, & per *eos datæ ſunt* (claves) *ad quos pertinet illarum uſus in Eccleſia*. Addit proinde: *Secundum igitur hanc acceptionem certe valde conſonum eſt ipſi Scripturæ, in Clavibus omnem Eccleſiaſticam juriſdictionem, & poteſtatem diſpenſandi, adminiſtrandi, præcipiendi, docendi, & denique quidquid ad* GUBERNATIONEM ECCLESIAE OPUS EST, & aliis *Scripturæ locis explicatur, intelligimus. Itaque ad has pertinet & doctrina, & definitio dubiorum fidei, & librorum Canonicorum, convocatio Concilii, atque editio, & publicatio legum, excommunicatio, & abſolutio, peccatorum remiſſio, ac impoſitio ſatisfactionis, atque relaxatio ejus, denique in univerſum cuncta, quæ in Eccleſia neceſſaria ſunt, & ad ejus gubernationem pertinent*. Atque ad ſucceſſionem quidem Epiſcoporum provocant Synodi Provinciales Trevirenſis an. 1549. *Cap. I. de Fide Orthod.* Tom. IX. Concilior. Edit. Pariſ. an. 1714. pag. 2033. Colonienſis Parte I. *de Munere Epiſcopali*

admiſſa in Auguſtana Synodo (1) fuerunt. Atque hujus quidem Synodi *Acta* legens, præter Sacerdotes, aliud *ſubjectum*, quod vocant, poteſtatis clavium reperio prorſus nullum. Quid? Si ne in Catechiſmis quidem, qui cum Epiſcoporum (2), Theologorumque Ca-

*li Tom. eod. pagin.* 1973. & Diœceſana Auguſtenſis *Cap. I. Tom. eod. pag.* 2033.

(1) In hac Synodo Martinus Olavius inſignis Theologus ejus ætatis longam habuit Orationem, tantaque adprobatione omnium auditus fuit, ut in Actis Synodi ejuſdem edendam Eminentiſſimus Card. Truchſeſius judicarit. In ea de Epiſcopis *a Spiritu Sancto conſtitutis ad regendam Eccleſiam Dei* fit mentio: ac *non a Regibus* (inquit Auctor) *non a Magiſtratibus*, *non a Senatu*, NON A PLEBE GREGI DOMINICO ſunt PRAEFECTI, SED A SPIRITU SANCTO, *ut ſemper meminerint, ei a quo acceperint, muneris rationem eſſe reddendam*. Tom. *eod. Concilior. p.*2056. At ſi, ut ſcribit Febronius, munus, quod per ſe fert poteſtatem clavium ab omnibus Eccleſiæ membris Sacerdotibus committeretur, cum plebs partem membrorum Eccleſiæ maximam conſtituat, a plebe *etiam* id munus Sacerdotes reciperent, Eccleſiæque ipſi præficerentur. Vide præterea ejuſdem Synodi *c.*1. *p.* 2033. *& cap.XXXI. pag.* 2051.

(2) Extat Inſtitutio hominis Chriſtiani edita Coloniæ an. 1573. hoc titulo: *Catechiſmus ex Decreto Concilii Tridentini ad Parochos, ante quidem Pii V. Pontificis Maximi juſſu conſcriptus, nunc autem in quatuor Libros, certaque Capita diſtributus, nihil interim prorſus in textu addito, imminuto, aut mu-*

Catholicorum magno conſenſu probati, & publica auctoritate vulgati fuerint; tum catholicæ hac de re Germanicarum Eccleſiarum doctrinæ graviſſima, atque certiſſima eſſe monumenta poſſunt, & vero debent? In hiſce autem Catechiſmis, ut ceteros prætermittam, numerandus is eſt, qui *ſumma Doctrinæ Chriſtianæ* inſcribitur, emiſſuſque anno 1558. in lucem fuit juſſu *Ferdinandi I. Romanorum, Hungar. Bohemiæque* Regis pro recta inſtitutione ſuæ ditionis orthodoxorum. In hoc autem *clavium poteſtatis promiſſio ſacerdotibus facta* (1) dicitur; ſimulque traditur: *Sacerdotis propriam appellationem quadrare dumtaxat iis, quibus* AUCTORITAS, *&* POTESTAS ex INSTITUTO CHRISTI *facta eſt conſecrandi, offerendique ſacram Euchariſtiam; Epiſcopalia item munia exercendi; peccata inſuper tum remittendi, tum retinendi in Eccleſia* (2). Satis multa de Ger-

---

*mutato, mandato, & auctoritate Reverendiſſimi in Chriſto Patris Sacri Romani Imperii Principis & Domini Domini Johannis ex Comitibus de Hoya Epiſcopi Monaſterienſis, nec non Oſnabrugenſis, & Parderbonenſis Eccleſiarum Adminiſtratoris perpetui &c. editus*. Jam vidimus paullo ante, quæ ſit hac de re Catechiſmi Romani doctrina, cui nihil additum, nihilque detractum in hac Parderbonenſi inſtitutione fuiſſe conſtat.

(1) De *Sacram. Pœnitentiæ quæſt.* 1. *pag.* 92.

(2) De *Sacram. Ordinis pag.* 108.

Germanis, quibuſcum Moravos, Bohemos, Hungaros ſentire & ex hoc Catechiſmo intelliges; & ſi voles, multis, iiſdemque illuſtribus monumentis vincam.

Polonica praeterea. De Polonis, etſi plura ſuppetunt, agam tamen paucis, ne longus in re non neceſſaria videar. Utar autem in primis Staniſlao Hoſio Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinali teſte, qui in Tridentina Synodo Legati a latere Apoſtolicæ Sedis, Præſidentiſque aliquamdiu functus eſt munere. Is in *Confeſſione Catholicæ fidei*, quam *Petricovienſis Synodi* nomine ſcripſit, *Cap. XLVII.* poſt ubi Hugonis (1), & Richardi (2) a *S.* Victo-

(1) Hugonis a S. Victore locus, quem e *lib. II. de Sacramentis Parte XIV. cap. VIII. p.* 684. *T. III. Edit. Rotom. an.* 1640. affert, ſic habet: „ Non dicit (Chiſtus) quodcumquæ ſolveris, hoc eſt, ut „ illi (*errantes*) ajunt ſolutum oſtenderis, fuit „ ſolutum; ſed erit ſolutum; quia ſententiam Petri „ non præcedit, ſed ſubſequitur ſententia cæli. Ne „ autem hoc ſoli Petro conceſſum eſſe putes, audi „ quid omnibus Apoſtolis, ac per hoc omnibus „ APOSTOLORUM SUCCESSORIBUS, & Apoſtolorum vice fungentibus dicat: *Accipite* Spiritum Sanctum „ &c „. Videſne, Apoſtolis, eorumque ſucceſſoribus, eam poteſtatem datam?

(2) Richardi a S. Victore *cap. XII. de Poteſtate ligandi & ſolvendi*, hæc eſt ſententia: „ Ipſa ligandi, & ſolvendi poteſtas Sacerdotibus a „ Chriſto data eſt, quæ clavium nomine appellatur &c„.

ctore loca de clavium poteſtate protulit: *Clavium*, inquit, *poteſtas eſt in ſumma Trinitate per auctoritatem, ut recte penes illam dicatur eſſe clavis auctoritatis: In Chriſto Domino fuit hæc poteſtas per meritum paſſionis, quæ dicitur etiam januam aperire. Miniſtris etiam Eccleſiæ, qui ſunt diſpenſatores Sacramentorum aliqua poteſtas ad obſtaculum* ( intrandi in Regnum cælorum ) *removendum eſt collata* NON PROPRIA, SED DIVINA VIRTUTE, & MERITO PASSIONIS CHRISTI, & HAEC POTESTAS *metaphorice* CLAVIS ECCLESIAE DICITUR, *quæ eſt clavis miniſterii*. Clavis *auctoritatis eſt penes Deum Trinum* & *Unum*: clavis *excellentiæ penes Chriſtum hominem, cujus merito paſſionis, quæ clauſa fuerat antea nobis, porta regni cæleſtis eſt aperta: clavis miniſterii eſt penes Sacerdotes, qui poteſtate utuntur ligandi, & ſolvendi ſibi a* CHRISTO CONCESSA (1) Et cap. LIV. *In Sacramentis quidem conficiendis, & miniſtrandis, excepta ordinatione, & confirmatione, nihilo major eſt Epiſcopi, quam Sacerdotis auctoritas*, NISI QUOD LIGANDI, SOLVENDIQUE POTESTAS TANTO MAJOR EST PENES EPISCOPUM, *quanto plus ad eam rem doctrinæ, judiciique requiritur* ... *Inde eſt illa caſuum, ut vocant, reſervatio, quorum nonnulli ad* Ordi-



(1) *Pag. 544. ſq. Tom. I. Edit. Colon. an. 1573.*

*Ordinarii cujuſvis, alii vero; qui ſunt graviores, nonniſi ad ſummi Pontificis judicium ſpectant, de quo multa docte, & eleganter ſcripta ſunt a viro ſingulari doctrina prædito, qui fuit Catholici Regis apud Pium IV. Pontificem Orator, Franciſco Vargas in præclaro illo libello, quem de Epiſcoporum juriſdictione inſcripſit ... Sic igitur in auctoritate ligandi, atque ſolvendi major penes Epiſcopum, quam Sacerdotem; maxima penes Pontificem eſt poteſtas, cum illi præ ceteris dictum ſit:* tibi dabo claves Regni cælorum &c (1). Sacerdotibus igitur ea divinitus poteſtas tributa eſt, atque his a Chriſto tributa poteſtas *clavis Eccleſiæ* appellatur. Quare in Sacerdotibus ſolum ea reſideat neceſſe eſt, non in *omnibus membris Eccleſiæ collectim*. Alioqui non eo diceretur clavis Eccleſiæ, quod data, ut inquit Hoſius, Sacerdotibus; ſed quod omnibus collectim membris Eccleſiæ tributa eſſet. Ita autem ſolis Sacerdotibus ineſſe eam clavium poteſtatem Vir Eminentiſſimus, cumque eo Polonicæ Eccleſiæ (2) confitentur; ut collectionis omnium

(1) *Pag.* 643. *ſqq.* Sed hoc de loco agemus rurſum alibi opportune, & copioſius.

(2) Dixi Polonicarum Eccleſiarum hanc eſſe doctrinam, quod ita omnino tradita, atque explicata in eo libro ſit, qui inſcribitur: *Confeſſio Catholicæ fidei*

mnium membrorum Eccleſiæ nulla mentione facta, quæ tamen, ſi tua vera eſſet opinio, priore loco nominanda erat ) Presbyterorum magnam ipſam poteſtatem eſſe pronuncient; majorem certe Epiſcoporum, quam Presbyterum; maximam Romani Pontificis.

De Belgis parcius. Non enim te fugit, quam ſit horum item Tridentino dogmati (1) concors ſententia (2). Sane ejus gen-

 tis

---

*fidei Chriſtianæ, vel potius Explicatio quædam confeſſionis a Patribus factæ in Synodo Provinciali, quæ habita eſt Petrikoviæ anno Domini* 1551. *menſe Majo congregatis, Cap. XLVIII. pag.* 201. *ſqq. Et cap. LIV. pag.* 236. *Edit. Paris an.* 1560. Vide præterea Epiſtolam ad Regem Sigiſmundum Auguſtum a Nicolao Ziergovuſki Archiepiſcopo Gneſnenſi data, ac præfixa *Confeſſioni Chriſtianæ Card. Hoſii Edit. Colon. an.* 1573.

(1) Vide Synodum Provincialem Mechlinienſem habitam Granvelani Cardinalis temporibus, editamque Antuerpiæ an. 1571. *pag.* 5. *ſeqq.* alteramque celebratam an. 1607. *pag.* 1938. *ſqq. T. X. Concilior. Edit. Paris an.* 1714.

(2) Synodus Tridentina *ſeſſ. XIV. cap. V.* quod eſt *de Confeſſione pag.* 92. *Tom.* X. *concilior. Edit. Pariſ. an.* 1714. „ Dominus N. J. C. *inquit*, e terris „ aſcenſurus ad cælos SACERDOTES ſui Vicarios re- „ liquit tamquam PRAESIDES, & JUDICES, ad quos „ omnia mortalia crimina deferantur, in quæ Chri- „ ſti fideles ceciderint, quo pro POTESTATE CLA- „ VIUM remiſſionis, aut retentionis peccatorum Sen-

„ ten-

tis Epiſcopi in Provinciali Synodo an. 1607. Tridentinis Decretis vehementer aſſenſi, eas, quæ

---

„ tentiam pronuncient „. Confer, quæ e Cap. VI. ſupra pag. 141. deſcripſimus. Cap. VII. pag. 94. „ Non „ dubitandum, *inquit*, quando omnia, quæ a LEO „ SUNT, ordinata ſunt, Epiſcopis, quin (pro poteſta- „ te *ſibi in Eccleſia tradita*, *proque* AUCTORITATE „ SUPRA RELIQUOS INFERIORES SACERDOTES, *cauſas* „ *aliquas graviores ſuo liceat judicio reſervare*) in „ ſua cuique Diœceſi, .. præſertim quoad illa, „ quibus excommunicationis cenſura adnexa eſt „. „ Vide præterea Seſſ. XXIII. Cap. I. pag. 135. in „ quo eſt ſcriptum hoc modo „ : Sacerdotium (in „ novo Teſtamento) a Domino Salvatore noſtro in- „ ſtitutum eſſe, atque Apoſtolis, EORUMQUE SUCCES- „ SORIBUS IN SACERDOTIO POTESTATEM TRADITAM „ conſecrandi.. nec non & PECCATA DIMITTENDI, „ ET RETINENDI, Sacræ LITTERAE OSTENDUNT, ET „ CATHOLICAE ECCLESIAE TRADITIO SEMPER DO- „ CUIT „ : & *Cap. IV. pag.* 136. „ Sacroſancta Sy- „ nodus declarat, præter ceteros Eccleſiaſticos gra- „ dus, EPISCOPOS, qui in APOSTOLORUM LOCUM SUC- „ CESSERUNT, ad hunc Hierarchicum ordinem præci- „ pue pertinere, & *poſitos*, ſicut idem Apoſtolus ait, „ *a Spiritu Sancto regere Eccleſiam Dei*, eoſque Pre- „ ſbyteris ſuperiores eſſe, ac Sacramentum ordina- „ tionis conferre, miniſtros Eccleſiæ ordinare, at- „ que alia pleraque peragere ipſos poſſe, quarum „ functionum poteſtatem reliqui inferioris ordinis nul- „ lam habent. Docet inſuper Sacroſancta Synodus, „ in ordinatione Epiſcoporum, Sacerdotum &c. „ nec populi, nec cujuſvis ſecularis poteſtatis, & „ magiſtratus conſenſum, ſive vocationem, ſive „ au-

quæ dici *Eccleſiæ* conſuerunt, *claves Sacerdotum* (1) vocant. De horum finitimis Gal-
L 3 lis,

„ auctoritatem ita requiri, ut ſine ea irrita ſit or„ dinatio „. Iis porro, qui contra ſentiant, Synodus ipſa anathematis pœnam infligit *ibid. Canone VII. pag.* 137.

(1) Synod. Provinc. Mechlinienſis an. 1607. *Tit. V. de Sacramento Pœnit. Cap. VIII. pag.* 1943. Tom. *X. Concilior. Edit. Pariſ. an.* 1714. Qua etiam de re conſuli volo *Demonſtrationem Religionis Chriſtianæ ex Verbo Dei*, Franciſci Sonnii Epiſcopi Boſcoducenſis *lib. I. Tit. De Peccatorum Remiſſionibus Cap. IX. pag.* 124. *ſq. Edit. Colon. an.* 1563. quo loco: „ Non omnis homo, *inquit*, remittit peccata, ſed „ ſolus Sacerdos, quia IPSE SOLUS INTER HOMINES „ ACCEPIT A CHRISTO REMITTENDI POTESTATEM, „ prout latius demonſtrabimus in Sacramento pœni„ tentiæ „. Vide præterea Ruardi Tapperi *Explicationes Articulorum Venerandæ Facultatis Sacræ Theologiæ Generalis Studii Lovanienſis circa dogmata Eccleſiaſtica Tom. I. Artic. V. pag.* 193. *ſq. Edit. Lovanien an.* 1555. & *pag.* 205. *ſqq.* quibus ex locis intelliges, clavium poteſtatem eatenus Eccleſiæ dici datam, quatenus tradita Sacerdotibus a Chriſto eſt commodo omnium membrorum ejuſdem Eccleſiæ. Conſule etiam Johannis Heſſelii Lovanien. Cathec. Tom. II. Libr. III. de Pœnit. cap. XXVI. ſeqq. p. 61. ſeqq. Edit. an. 1670. Adiſis denique Cornel. Janſenium illum, qui poſt Epiſcopus Iprenſis fuit, *In Notarum Spongia, quibus alexipharmacum civibus Sylvæ-Ducenſibus nuper propinatum aſperſit Giſbertus Voetius Miniſter Sylvæ-Ducenſis. Cap. XVIII. pag.* 94. & *Cap. XXII. pag.* 107. *Edit. Lovanien. an.*

lis, quoniam ſupra demonſtratum eſt, nihil eſſe cauſſæ video, cur rurſum agam.

Venio ad Hiſpanos. Quam hi etiam religioſe Catechiſmi Romani doctrinam colant, & tueantur, ex ipſorum Conciliis Provincialibus (1), Diœceſaniſque Synodis intelligi plane poteſt. De *clavium* autem poteſtatis *ὑποκειμένῳ*, ſeu *ſubjecto* Synodus Cæſarau-

*an.* 1631. Is enim Janſenius qui tum Profeſſor erat Lovanienſis, Calvinianum Voetium (de cujus opinione ante vidimus *pag.* 19. *ſq. hujus vol.*, ad quam quidem tute conformaſti tuam) refellens, ſic de vocatione, poteſtateque Sacerdotibus data ex ſententia Eccleſiæ non Belgicæ modo, ſed totius etiam Catholicæ ſcribit „: Deus nonniſi duobus modis vo„ cat, vel per ſe ipſum ſine medio, quemadmo„ dum vocavit Apoſtolos ſuos, quos tamquam prin„ cipium, radicem, & fontem totius propagatio„ nis miniſtrorum Eccleſiæ eſſe voluit, & iſta vo„ catio extraordinaria dici ſolet; vel per alios in„ terjectos, ILLOS NIMIRUM, QUIBUS IN ILLO ORDI„ NE SUCCESSIVO MINISTRORUM POTESTATEM ETIAM „ ALIOS VOCANDI DEDIT: & hæc eſt vocatio or„ dinaria. Iſti ſunt SOLI vocationis modi, extra quos „ nullos agnoſcit alios præſcriptum Dei verbum „. Ita quidem ille plane catholice; etſi poſt de gratia, de libero arbitrio, deque Redemtione generis humani agens, in graviſſimos errores, jure damnatos, inciderit. De ceteris Scriptoribus Belgis dicam alio loco opportunius.

(1) Synod. Tarracon. Provinc. an. 1581. *Edit. Romanæ an.* 1693. *Lib.* 1. *Tit.* 1. *Cap. III. pag.* 481, *Tom.*

ugustana an. 1656. habita *Puncto I. de o, quod eſt credendum*, docet: *poteſtatem remittendorum peccatorum teneri a Sacerdotibus* (1). Quo ſane etiam pertinent, quæ *de Sacramento* Ordinis *Seſſ. II.* animadvertit Synodus *Provincialis Valentina an.* 1565. celebrata. Nam cum de poteſtate clavium, hujuſque virtute, qua ab Sacerdote caſtigatio præteritorum criminum injungitur, Cap. XII. (2) egiſſet; tum Cap. XXII. (3). „ Varii, *inquit*, in Eccleſia Ordinum gradus „ conſpiciuntur, quibus alii aliis ſunt ſu- „ periores, inter quos, qui admirabili, & „ præſtantiſſima Sacerdotii dignitate præ- „ diti ſunt, reliquis longe antecellunt, qua „ & verum Chriſti corpus conſecrare, of- „ ferre, ac miniſtrare, & populi peccata „ dimittere, ac retinere poſſunt. Quare „ POTESTATEM A DOMINO ILLIS COLLATAM „ MERITO TAMQUAM DIVINAM ADMIRAMUR, „ & ſuſpicimus „. Quemadmodum vero Eccleſiæ conceſſa fuerit clavium poteſtas explicat Synodus Burgenſis an. 1575. lib. I.

 in eo

*Tom. IV. Concilior. Hyſpaniæ, Parochis jubet, ut in exponendis Fidei rudimentis* Catechiſmo Romano utantur.

(1) Num. XX. p. 4. Edit. Cæſaraug.

(2) Pag. 35. Edit. Valent. an. 1566.

(3) Ibid. p. 61. ſq.

in eo Tit. qui eſt de *Summa Trinitate*, & *fide Catholica*: (1) *Derivatam enim*, ait, *Chriſt*

(1) Confer *las Conſtituciones Synodales del Arçobispado de Burgos, copiladas, hechas, y ordenada, agora nuevamente conforme al Sancto Concilio de Trento por el Illuſtriſſimo, y Reverendiſſimo Señor D. Franciſco Pacheco de Toledo Cardenal de la Sancta Ygleſia de Roma &c. en la Synodo que por ſu mandado ſe hizo, y celebro en la Ciudad de Burgos.* 1575. *Edit. Burg. an.* 1577. *pag.* 10. „ Somos tanbien obligados a creer y ſaber una divina verdad.. y „ es, que ay en la tierra una REPUBLICA Santa „ VISIBLE, y universal compañia.. la qual llamamos Ygleſia, que es la univerſidad, y congregacion „ de todos los fieles, anſi malos como buenos, que „ profeſſan una miſma fee, y doctrina de Jeſu Chriſto „ y tienen unos miſmos Sacramentos, y conocen „ un miſmo Chriſto, que es cabeça, y governador inviſible, y Paſtor univerſal de los Paſtores, „ y como tal la dexo ENCOMENDADA A SANT PEDRO SU APOSTOL, y DESPUES DE EL A TODOS SUS SUCCESSORES PARA LA APACENTAR, y REGIR, y „ anſi nueſtro Santiſſimo Padre, que oy preſide en „ la Silla de S. Pedro, es Vicario de Chriſto, y su „ lugar teniente en la tierra, y Cabeça, y GOVERNADOR VISIBLE D'ESTE CUERPO MYSTICO, ESPIRITUAL, que es la Ygleſia... GOVERNADO POR EL ESPIRITU SANCTO... Es tambien neceſſario a creer, y ſaber, que En eſta Ygleſia, y en los MINISTROS, y PRELADOS ay autoridad, y PODER DE REMITIR y PERDONAR PECCADOS, DERIVADO DE CHRISTO A LOS APOSTOLES, „ y de los Apoſtoles AL PAPA, Y A LOS OTROS PRELA-

„ DO,

*Chriſto in Apoſtolos, & ex Apoſtolis in Pontificem, alioſque Præſules, ac Sacerdotes*, qui Miniſtri Sacrorum ſunt, & per quos Sacra membris omnibus Eccleſiæ, & bona, ac merita Chriſti communicantur. Qua ex re perſpicue palam fit, non alia ratione dici Eccleſiæ tradita poteſtas ſolvendi, quam quod Sacerdotibus tradita ſit ob Eccleſiæ membrorum omnium utilitatem. Non diſſident Accitani (1) Malacitani (2), Palentini, quo-

---

„ DOS, Y SACERDOTES „. En quomodo eſt in Eccleſia remittendorum &c. peccatorum poteſtas. Addit Synodus: „ Porque como la virtud de la cabeça ſe communica a todos los membros, anſi de „ Chriſto, que es cabeça de la Ygleſia ſe communica a todos los Chriſtianos todo el bien y merito de Chriſto, fuerça, y virtud para dar gracia y „ perdon de los peccados... Y eſto es lo que la S. „ Madre Ygleſia nos enſeña „.

(1) Confer la *Synodo de la Dioceſi de Guadix celebrada por el Reverendiſſimo Señor D. Martin de Ayala Obiſpo della, an. de* 1554. *Tit.* II. *Conſtit. XVIII. pag. VIII. verſa*.

(2) *Conſtituciones Synodales* del Obiſpado de Malaga hechas y ordenadas por el Illuſtriſſimo y Reverendiſſimo D. J. Alonſo de Santo Thomas Obiſpo de Malaga an. 1671. Edit. an. 1774. lib. I. Tit. III. *pag.* 55. *ſqq.* quo loco præſcribitur Parochis, ut Catechiſmum Romanum teneant, & ſequantur, ac Populo tradant. Confer. lib. II. Tit. VI. §. II. pag. 316. Vide Alfonſi de Torres Malacitanæ Eccleſiæ Decani *Inſtitut. Sacer-*

quorum hæc eſt doctrina: „ In Eccleſia „ Catholica, ejuſque Miniſtris eſt auctori„ tas, & poteſtas remittendi, condonandi„ que peccata„. Qua ratione? „Nempe DERI„ VATA A CHRISTO IN APOSTOLOS, SUMMOS„ QUE PONTIFICES SUCCESSORES B. PETRI IM„ MEDIATE, ET IN PRAELATOS SUCCESSORES „ APOSTOLORUM, INQUE ALIOS SACERDOTES ME„ DIATE; & virtus Capitis hujus Eccleſiæ, „ quod eſt Chriſtus, communicatur omni„ bus fidelibus, qui cum Chriſto corpus „ conſtituunt: quæ quidem communicatio „ fit per ſacramenta Eccleſiæ, quæ vim ex „ Chriſti ejuſdem Paſſione recipiunt, ac „ virtutem ad dandam gratiam, & remiſſio„ nem peccatorum „ (1). Quo ſane etiam per-

---

*cerdetum Cap. II. n.* 18. *ſeqq. pag.* 30. *ſeqq. Edit. Rom. an.* 1595.

(1) Confer „ las Conſtituciones Synodales de „ l'Obiſpado de Palencia copiladas, hechas, y or„ denadas ahora nuevamente conforme el Santo „ Concilio de Trento por el Illuſtriſſimo y Reveren„ diſſimo Señor D. Alvaro de Mendoça Obiſpo dè „ Palencia &c. en la Synodo que hizo .. en el an. „ 1682. „ *Edit. Burgen. an.* 1685. *Lib. I. Tit. de Summa Trinit. & Fide Catholica pag.* 7. „ En la Y„ gleſia y Miniſtros della ay autoridad, y poder de „ remitir, y perdonar peccados, derivado de Chriſto „ a los Apoſtoles, y a los Summos Pontifices Suc„ ceſſores de S. Pedro immediatamente, y a los Pre„ lados

pertinent, quæ Synodi Valliſoletanæ Conſtitutionibus an. 1607. editis continentur. Nam ad Articulum Symboli (1), qui eſt *de Remiſſione peccatorum*, ſic habent „: Reliquit „ Jeſus Chriſtus Dominus Noſter in Eccle„ ſia Vicarium ſuum Sanctum Petrum, & ce„ teros Apoſtolos, ac SUCCESSORES CUM PO„ TESTATE LIGANDI, ET ABSOLVENDI, quæ „ eſt condonandorum peccatorum, judi-

„ can-

„ lados Succeſſores de los Apoſtoles, y a los demas „ Sacerdotes mediatamente; y la virtud de la Ca„ beça deſta Yglesia que es Chriſto, ſe communica „ a todos los fieles que hazen cuerpo con Chriſto, y „ eſta communicacion ſe haze por los Sacramentos „ de la Yglesia, que reciben fuerza de ſu paſſion, „ y virtud para dar gracia y perdon de peccados „.

(1) Vide librum inſcriptum: *Conſtituciones Synodales hechas, y promulgadas en la primera Synodo, quæ ſe celebro en la Ciudad, y Obiſpado de Valladolid por el Illuſtriſſimo y Reverendiſſimo Señor D. Juan Baptiſta de Azevedo Patriarcha de las Indias, Segundo Obiſpo de dicho obiſpado, e Inquiſidor Apoſtolico General en los Reynos, y Señorios de ſu Mageſtad. En Valladolid* 1607. *lib. I. Tit. de Summa Trinit. & fide Catholica* §. *VI. pag.* 11. *verſa* „: Dexò Jesu Chriſto Nueſtro Señor en ſu Yglesia a „ ſu Vicario San Pedro, y a los demas Apoſtoles, „ y a los ſucceſſores con podesdad de ligar, y abſolver, „ que eſ de perdonar peccados, y juzgar las coſas „ Eccleſiaſticas, de hacer leyes, poner cenſuras, „ abſolver dellas, y diſpenſar todo lo neceſſario para „ el buen govierno y aumento, paz, y quietud de„ ſta Santa Yglesia „.

„ candarum Eccleſiaſticarum rerum, le-
„ gum conſtituendarum, cenſurarum etiam
„ ferendarum, earumdemque ſolvenda-
„ rum, diſpenſandorumque eorum omnium,
„ quæ ad bonum Eccleſiæ regimen, & ad
„ augumentum, pacem, atque quietem
„ Eccleſiæ Sanctæ ſunt neceſſaria „. Jam ne vides, non omnibus Eccleſiæ membris collectim, ſed Sacerdotibus tantummodo in Eccleſia poteſtatem eſſe *clavium*, hoc eſt *ſolvendi, & ligandi* datam? His plane conſentanea tuentur Calaguritani (1), Pampelonenſes (2) Badajocenſes (3) Aſturicenſes (4), Compoſtellani (5), Hiſpani deni-

(1) Vide *Synod. Conſtituciones de l'Obiſpado de Calahorra an.* 1553. *Edit. Legionen. an.* 1555. *pag. XIV. verſa*.

(2) Synod. Pampelon. a Bernardo de Royas dè Sandoval an. 1590. habita: Edit. an. 1591. pag. 5.

(3) Synod. Badajoc. an. 1671. *Edit.* an. 1673. *pag.* 28.

(4) Synod. Aſturic. Sub Petro de Rojas Epiſcopo habita, Edit. an. 1595. pag. 17.

(5) Vide Synod. Compoſt. an. 1566. a Gaſpare Zuñiga Salmanticæ habitam p. 2. *ſqq.* & Decret. XXXII. pag. 82. *ſq.* quo in Decreto de Fidei dogmatibus populo ad credendum proponendis agitur. Huic Synodo ſubſcripſere Epiſcopi Legionenſis, Placentinus, Aſturicenſis, Ovetenſis, Salmanticenſis, Abulenſis, Lucenſis, Pacenſis, Tudenſis, Civitatenſis, Zamorenſis, & Aurienſis. Fieri autem plurimi in Hiſpaniis

nique omnes; Luſitani præterea, ut (1) Bracha-

---

niis intelligo la *Explicacion de la Doctrina Chriſtiana &c. por el Reverendiſſimo P. M. F. Juan. de S. Thomas del Orden. de S. Domingo.. Confeſſor de ſu Mageſtad* &c. Confer autem, quæ in eo exſtant *cap. IV. & XI.* Conſule præterea Catechiſmum, ſeu la *Expoſicion Breve de la Doctrina Chriſtiana*, qui quidem Catechiſmus ab Hieronymo Ripalda perſcriptus, editusque fuit Toleti.

(1) Uno utar *Catechiſmo, ou doutrina Chriſtiana & Praticas Spirituaes ordenado por Dom Frey Bartholameu dos Martyres Arcebiſpo de Braga, impreſſo per mandado del Rey noſtro Señor pera uſo dos Sacerdotes que tem carrego dalmas nas Igrejas &c. Edit. Liſbon. an.* 1566. eo autem libentius utar, quod ejuſdem Bartholomæi de Martyribus Archiepiſcopi auctoritate abuti interdum Febronium videam. Igitur ejus Catech. lib. I. Cap. XIII. de IX. Artic. Symboli *Credo S. Eccleſiam Catholicam pag. XXVIII. verſa*, ſic habetur: Unitas Eccleſiæ „ naõ ſe podera retér & „ conſervar, ſe Chriſto naõ deixara nas terras „ hua cabeça & Vigayro ſeu, ao qual todos os Chriſtiaõs foſſem obrigados obedecer & tér POR CERTA VERDADE AS COUSAS que DEFFINITIVAMENTE „ DETERMINASSE AUERENSE DE CRER. Eſte Vigayro „ foy o Apoſtolo Sam Pedro & deſpois delle, TODOS OS SEUS LEGITIMOS SUCCESSORES PRESIDENTES EM A YGREJA ROMANA „. Viſne clarius de Clavibus doctrinæ? Pergit Archiepiſcopus idem, ac *Tractat. de Sacram. cap. V.* pag. XCV. verſa: *Dominus*, inquit, *Sacerdoti* „ deu poder pera EMPESSOA „ DELLE PERDOAR ET ABSOLVER DOS PECCADOS que „ lhe

charenſes Lisbonienſes (1) Viſenſes (2) &c. Neque ſecus Inſularum Sardiniæ (3), Británnicarumque (4) incolæ ſtatuendum cenſent. Hiſpanis, Luſitaniſque accedunt Americani (5), a quibus non diſcrepant Indi

„ lhe foſſem confeſſados: dizendolhe, A QUEM QUER „ QUE PERDÕARES SEVS PECCADOS, SERLHEÃO PER- „ DÕADOS; & A QUEM NÃO PERDOARES, NÃO „ LHE SERHAÕ PERDONADOS. E outra vez: OS QUE „ ABSOLUERDES, SERAÕ ABSOLTOS &c.

(1) Vide Concilium Provinc. Olyſſiponenſe an. 1574. Edit. *Liſbon. an.* 1575.

(2) Confer „ Conſtituciones Synodales do Biſ- „ pado de Viſéu feitas, e ordenadas dello Illuſtriſ- „ ſimo Senhor Dom. Joham Manoel Biſpo que „ foy do dito Biſpado, e hora de novo acreſcenta- „ das &c. pello Illuſtriſſimo Dom Joam de Mello Biſ- „ po do miſmo Biſpado 1681. „ Edit. Conimbr. an. 1684. *l. I. Tit.V. Conſtitut. I. pag.* 24.

(3) Synod. Calarit. an. 1715. ſub Bernardo de Cariñena *Tit. I. cap. III.* pag.67.& Synod. Ampuritana an.1695. Edit.*Roman. an.*1698. *cap.VI. p.*22. *ſq.*

(4) Vide *Conciliorum Britannicorum* collectionem *Edit.* Spelmanni *Londinen. an.*1664 *Tom.*1*I.p.*648. ubi de Lolardis agitur, qui Catholicorum dogma, accuſabant, Sacerdotibus claves datas eſſe ajentium: & librum, cujus hæc eſt inſcriptio: *Provinciale continens Conſtitutiones Provinciales XIV. Archiepiſcoporum Cantuarienſium* &c. *Edit.Oxon. an.*1679. *Lib.*11I. *Tit.* XXVIII. *pag.* 266.

(5) Conſule libellum inſcriptum: Tercero Catechiſmo y Expoſicion de la *Doctrina Chriſtiana por Sermones, para que los Curas, y otros Miniſtros.. en-*

*ſe-*

Indi, qui ad orientem ſolem pertinent (1). Quid? Si eadem plane doctrina Eccleſiarum

*ſeñen a los Yndios.*, *y a las demas perſonas* &c. *Edit. Lim. an.* 1585. Probatus is Catechiſmus fuit Concilio Provinciali Limano, Sanctoque Thuribio Archiepiſcopo an. 1584. ut ex hujus S. Præſulis, exque Regis Decreto eidem Catechiſmo præfixis liquet. *Sermone* autem *XI. pag. 61. verſa*, data dicitur abſolvendi poteſtas *ſolis Sacerdotibus. Pag. 63.* ſic habetur: „ ESTE PODER DE ABSOLVER Y PERDONAR PEC„ CADOS NO LO DIO JESU CRISTO A TODOS LOS CHRI„ STIANOS, ſi no SOLO a los varones, que por ma„ no de l'Obiſpo ſon ordinados Padres de miſſa, „ que LLAMAMOS SACERDOTES..ESTOS TIENEN LAS LLA„ VES DEL CIELO PARA ABRIR, Y CERRAR. Et *Ser*„ *mon. XIV. pag. 79. ſeqq.* „ los Sacerdotes tienen „ PODER de oyr los peccados de parte de Dios, y „ de perdonallos.. porque dixo J. C. nueſtro Dios, „ que lo que eſtos *deſataren en la tierra* &c. Ay o„ tros miniſtros.. majores que los Sacerdotes, que „ ſon los Obiſpos .. y ſobre todos es el Padre San„ cto de Roma, que ſe llama Papa, que es Padre „ de todos los Chriſtianos, y tiene todo el poder „ como Vicario de J. C. porque LE DIO JESU CHRISTO „ PODER SOBRE TODO EL MUNDO, Y LAS LLAVES DEL „ CIELO, y eſte es la Cabeça de toda la Yglesia „. Quidquam ne poteſt luculentius expeti?

(1) Vide Acta Synodi Diamperitanæ *Action.* VII. *de Doctrina Fidei n.* CLVII. *pag.* 180. *Edit. Rom. an.* 1745. *& Epiſtolam* Andreæ Epiſcopi Cochimenſis an. 1599. ſcriptam. *Ibid. pag.* 279. De Sinenſibus, Tunchinenſibus, Angolenſibus Chriſtianis non eſt, cur

rum ſit, quæ ſe jamdiu confiato Schiſmate ab Apoſtolica Petri Cathedra diſciderunt? Græca Photianorum poteſtatem clavium, (ita prorſus ut ſtatui ab Synodo (1) Tridentina vidimus) *ſucceſſione* ab Apoſtolis in Sacerdotes (2) propagari credit; non *commiſſione*, *conſenſioneve* univerſitatis Chriſtianorum. Neque enim de *poteſtate* ſolum, ſed ne de *electione* quidem eorum, quibus *poteſtas*, *uſuſque poteſtatis* concedendus

---

cur quiſquam dubitandum putet. Afferam autem, ſi opus fuerit, eorum monumenta, atque vincam ſic eos hac de re ſentire, ut Catechiſmus Romanus poſtulat.

(1) Confer Synodi Tridentinæ locum, quem ſupra pagg. 142. 163. ſq. deſcripſimus.

(2) Synodus Hieroſolymitana an. 1672. ſub Patriarcha Hieroſolymorum Doſitheo habita, ex *Actis Synodi* celebratæ Jaſi in Moldavia *cap. X. pag.* 242. *Tom. XI. Concilior. Edit. Pariſ. an.*1714. ὁ ἐπίσκοπος, inquit, ὡς ἀποστολικὸς διάδοχος, τὴν χάριν τὴν δοθεῖσαν ἐκείνῳ παρὰ τοῦ κυρίου εἰς τὸ δεσμεῖν τε καὶ λύειν, χειρῶν ἐπιθέσει, καὶ ἐπικλήσει τοῦ παναγίου πνεύματος ἀλληλοδιαδόχως λαβών, ζῶσα ἐστι εἰκὼν τοῦ θεοῦ. „ Epiſcopus, ut Apoſtolicus Succeſſor, recipiens (impoſitione manuum, vocationeque Sanctiſſimi Spiritus, ex ſucceſſione continua) gratiam DATAM A DOMINO AD LIGANDUM, & SOLVENDUM, viva eſt imago Dei „. Et Paulo poſt. Ὅτι δὲ ἀλληλοδιαδόχως τὸ τῆς ἐπισκοπικῆς μέγα μυστήριον, καὶ ἀξίωμα δίδοται μέχρις

dus ſit, conſenſionem requirit *omnium collectim membrorum Eccleſiæ*. Requireret autem, ſi

M fa-

---

μέχρις ἡμῶν, φανερὸν.. τῶν ἐπισκοπῶν την διαδοχὴν, καὶ τὴν ἀποστολικὴν ἀξίαν, καὶ ἐξουσίαν καὶ ἐυσέβηος ὁ παμφίλου μαρτυρεῖ, καὶ ἁπλῶς οἱ πατέρες μαρτυροῦσιν, οὓς περιττὸν ἐγκαταλέγειν. καὶ ἡ κοινὴ, καὶ ἀρχαιοτάτη τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας συνήθεια βεβαιοῖ. „ Tranſiiſſe „ autem SUCCESSIONE continua ad nos uſque magnum „ Epiſcopatus Sacramentum, & dignitatem, manife- „ ſtum eſt... Epiſcoporum ſucceſſionem, & Apo- „ ſtolicam dignitatem, & POTESTATEM Euſebius quo- „ que Pamphili, & aperte Patres, quos heic recen- „ ſere ſupervacaneum eſſet, teſtantur; & commu- „ nis, atque antiquiſſima Catholicæ Eccleſiæ conſue- „ tudo confirmat „. Eodem pertinent, quæ Synodica Epiſtola adverſus Cyrillum Lucarim Calvinianum comprehendit anno 1672. Dionyſius Patriarcha ſchiſmaticus Conſtantinopoleos, *Ibid. pag.* 278. In libello edito lingua Græcorum vernacula, inſcriptoque ὀρθοδόξος ὁμολογία τῆς καθολικῆς, καὶ ἀποστολικῆς ἐκκλησίας τῆς ἀνατολικῆς: *Confeſſio orthodoxa Catholicæ, & Apoſtolicæ Orientalis Eccleſiæ*, qui libellus a Petro Mogila Metropolita Kyovienſi compoſitus, miſſuſque Conſtantinopolim, ſynodica ſententia an. 1643. Parthenio Conſtantinopolitano, Joannicio Alexandrino, Macario Antiocheno, Paiſio Hieroſolymitano, & novem Epiſcopis probatus fuit, *In Interrogatione*, ſeu *Quæſtione CIX. pag. 173. ſq. Edit. Lipſ. an. 1695. Succeſſione* ab Apoſtolis & Epiſcopali *manuum impoſitione*, non *Commiſſione omnium membrorum* Eccleſiæ propagari in Sacerdotes legimus τὴν δύναμιν, καὶ τὴν ἐξουσίαν τοῦ λύειν τὰς τῶν ἀνθρώπων αμαρτίας, *poteſtatem, & auctoritatem ſolvendi hominum peccata*. Hujus autem

rei

faveret tibi. Quis enim tam præpoſtera eſt ratione, ut quidpiam alicui ab diſſentiente committi putet? Itaque cum non requirat conſenſionem *omnium collectim membrorum Eccleſiæ* (1), quorum pars ſunt maxima laici; neget

rei confirmandæ gratia affertur *ibid.* locus e Matthæi Evangelio: *quæcumque ligaveritis &c.* Confer etiam *Enchiridion de Statu hodiernorum Græcorum*, ſcriptum a Chriſtophoro Angelo Græco, Cap. XX. *pag.* 298. *Edit. Lipſ.*

(1) Nam ne unius quidem civitatis poſtulat conſenſum, conſpirationemque ad electionem Epiſcopi; ad poteſtatem autem multo minus poſtulat. Sic enim in Synodo Jaſi in Moldavia celebrata, *Cap. X. p.* 243. habetur: ὁ μὲν ἱερεὺς ἐκλέγεται ὑπὸ τοῦ ἐπισκόπου, ὁ δὲ ἀρχιερεὺς οὐκ ἐκλέγεται ὑπο τῶν ἱερέων, ἢ τῶν πρεσβυτέρων, οὔτ᾽ ἐκλέγεται ὑπὸ πολιτικῶν ἀρχόντων, κἂν καὶ ἀρετῇ διαφέρωσιν, ἀλλ᾽ ὑπὸ τῆς συνόδου τῆς ἀνωτάτω ἐκκλησίας τοῦ κλίματος ἐκείνου, ἐν ῷ κεῖται ἡ πόλις ἡ δεξομένη τὸν χειροτονηθησόμενον, ἢ τοὐλάχιστον ὑπὸ τῆς συνόδου τῆς ἐπαρχίας ἐκείνης, ἐν ῷ δεῖ γίνεσθαι τὸν ἐπίσκοπον εἰδέποτε καί ἡ πόλις ἐκλέγει, ἀλλ᾽ οὐκ ἁπλῶς. ἡ γὰρ ἐκλογὴ τῇ συνόδῳ ἀναφέρεται, καὶ εἰ μὲν δόξοι ταύτην κατὰ κανόνας καλῶς ἔχειν, ὁ ἐκλεχθεὶς προβάλλεται διὰ τῆς χειροθεσίας μὲν τῶν ἐπισκόπων, τῇ ἐπικλήσει καὶ τοῦ παναγίου πνεύματος. εἰδὲ μὴ, ὃν βούλεται ἡ σύνοδος, ἐκεῖνος δέ προβιβάζεται. *Sacerdos quidem eligitur ab Epiſcopo, Epiſcopus vero nequaquam a Sacerdotibus, ſive Presbyteris; neque eligitur a ſeculi Principibus quantacumque virtute eximiis; ſed ab Synodo ſupremæ Eccleſiæ regionis illius, in qua eſt urbs, cui is, qui conſecrandus eſt, deſtinatur; vel cer-*

neget neceſſe eſt, ineſſe omnibus collectim membris, non ſolis Sacerdotibus clavium poteſtatem. Nam ſi non ſolis Sacerdotibus, ſed *omnibus collectim membris* eadem ineſſet poteſtas, hujuſque uſus ab *omnibus collectim membris* Sacerdotibus committeretur; jus profecto omnium læderetur membrorum, ſi in conferendo ejus poteſtatis uſu, membrorum eorumdem collectim omnium non omnino neceſſaria haberetur conſenſio. Longum eſt de Eccleſiis Syrorum Jacobitarum, Neſtorianorumque dicere. Hoc habeto breve: Nullam earum eſſe, quæ *collectim membris Eccleſiæ omnibus* attributam clavium poteſtatem innuat; omnes vero contra in id conſpirare, ut eam Apoſtolis (1), eorum-

 que

*certe ab hujus Provinciæ Synodo, in qua eſt opus Epiſcopum fieri. Siquando autem & civitas elegerit, ſed non omnino; nam electio ad Synodum defertur, & ſi quidem viſa fuerit juxta canones bene habere, impoſitione manuum Epiſcoporum, & invocatione S. Spiritus electus ordinatur; ſin minus,* QUEMCUMQUE SYNODUS IPSA VOLUERIT, EIDEM CIVITATI EPISCOPUM PRÆFICIT. Eodem recidunt, quæ ὀρθοδόξῳ ὁμολογίᾳ τῆς καθολικῆς, καὶ ἀποστολικῆς ἐκκλησίας τῆς ἀνατολικῆς *Orthodoxa Confeſſione Catholicæ, & Apoſtolicæ Eccleſiæ Orientalis, Interrog. CIX. pag.* 172. *verſa, ſqq.* continentur. Ordinatione namque clavium poteſtatem conlatam oſtendunt, non *commiſſione omnium membrorum collectim Eccleſiæ.*

(1) Confer quæ ex Liturgia MS. Baſilii Græca.

que Succeſſoribus (1) ordinatione conlatam demonſtrent. Quo etiam ſpectat Coptitarum, ſeu Ægyptiorum, atque Æthiopum Monophyſitarum ſententia (2), ut ex eorum,

ca, & Arabica Coptitarum, & Æthiopum, exque *Offic. Chriſtian. MS. Arabic.* & ex Barſalibio, & ex *Commentar. Arab. expreſſo e Johan. Chryſoſt. operibus ab Auctore quæſtionum, & reſponſionum Canonicarum*, atque ex Tract. Arabico *de Præparat. ad Communionem*, exque aliis monumentis affert Euſebius Renaudotius *lib. III. de la Perpetuité de la Foi de l' Egliſe. Cap. V. pag.* 217. *Tom. V. Edit. Pariſ. an.* 1713.

(1) Renaudotius Ibid. Vide etiam Abrahami Ecchellenſis *Eutychium vindicatum* cap. XI. pag. 161. Ibi extat locus *ex* cap. V. Syriacæ *Didaſcaliæ*, ſeu *doctrinæ duodecim Apoſtolorum*, quod opus maximi ab Orientalibus Schiſmaticis penditur. Is locus ſic habet: „ Epiſcope cave, ut mundus ſis operibus, tuum- „ que agnoſce locum .. atque ita præſideas Eccleſiæ, „ & doceas, qua poteſtatem habes judicandi peccato- „ res vice Dei omnipotentis. Vobis quippe Epiſcopis „ dictum eſt in Evangelio, q*uodcumque ligaveritis* „ *in terra, erit ligatum in cælis* „. Et pag. 175. ſqq. deſcribuntur teſtimonia Barhebræi viri inter Jacobitas doctiſſimi e libro VI. *de Fundamentis Eccleſiæ Cap. II. de Sacerdotio, & cap. IX. Sect. III.*

(2) Renaudotius *Ibid.* & in *Collectione Liturgiarum Orientalium Tom. 2. Litur. Coptit. S. Baſilii pag. 4. Edit. Pariſ. an.* 1715. *Et Liturgia Communi Æthiopum Ibid. pag.* 505. *Ubi hæc leguntur* „: „ Domine Jeſu Chriſte, qui inſufflaviſti in diſcipu- „ los tuos Sanctos, & Apoſtolos puros dicens: *ac-* „ *cipite Spiritum Sanctum, quorum remiſeritis pecca-* „ *ta*

rum monumentis Eccleſiaſticis conſtare teſtatur vir Orientalium linguarum, rituum, doctrinarumque in primis peritus Euſebius Renaudotius. Quo autem loco hæ Gentes doctrinam, quæ ipſarum Liturgiis, Libriſque ceteris Eccleſiaſticis comprehenſa eſt, teneant, tute noſti. Quare ne dubita fore, ut ſi id abs te revocari intelligant in controverſiam, quod in precibus præſertim extat ſuarum Eccleſiarum; dicam tibi iratæ ſcribant, tuamque ſententiam, ut doctrinæ fidei repugnantem, rejiciant. Neque vero hæ ſolum, ſed omnes, quotquot ubique gentium ſunt, eo te nomine novitatis, erroriſque coarguent, quo a Majoribus noſtris, præſertim autem ab Irenæo reprehenſas, damnataſque opiniones illorum fuiſſe intelligant, qui ſecus ac univerſorum Chriſtianorum doctrina poſceret, ſentire auderent. Atque Irenæus quidem erroris accuſaturus novorum dogmatum adſertores, ad Eccleſiarum longe lateque propagatarum fidem provocat, ac: „ etſi in „ mundo, *inquit*, loquelæ diſſimiles ſunt, „ ſed tamen virtus traditionis una, & ea-

 dem

„ *ta remittentur eis* &c. tu Domine nunc per Apo„ ſtolos tuos puros gratiam Sacerdotibus dediſti, ut „ idem facerent in Eccleſia Sancta tua, remitte„ rentque peccata ſuper terram omni tempore, li„ garentque, & ſolverent omnia iniquitatis vincula „

„ dem eſt; & neque hæ, quæ in Germania „ ſunt fundatæ, Eccleſiæ aliter credunt, aut „ aliter tradunt; neque hæ, quæ in Celtis; „ neque hæ, quæ in Oriente; neque hæ, „ quæ in Ægypto; neque hæ, quæ in Li- „ bya; neque hæ, quæ in medio mundi „ conſtitutæ; ſed ſicut ſol creatura Dei „ in univerſo mundo unus, & idem eſt, „ ſic & lumen prædicatio veritatis ubique „ lucet, & illuminat omnes homines, qui „ volunt ad cognitionem veritatis venire „. Hæc ille *lib. I. Contra Hæreſes Cap. X. n. 2. pag. 49. ſq. Edit. Veneta an.* 1734.

## §. IV.

*Febronii eadem de re doctrinam condemnat conſtans, atque perpetua, quæ ab Apoſtolis ad nos uſque manavit traditio.*

Traditionem Patrum operibus, Synodorum Actis, Libriſque Eccleſiaſticis contineri, Febronius non negat. De operibus Patrũ primum univerſe agendum heic eſt, tum ſingillatim. Cũ Febronius, quã intelligat collectionem omnium membrorum Eccleſiae non ſatis explicet; tum ejus omnes, quæ afferri poſsint explicationes, ſeſe confutaturũ, Mamachius pollicetur.

XI. Nunc ut liberem, quam dedi, fidem, venio ad conſtantem perpetuamque Eccleſiæ traditionem ad nos uſque jam inde ab Apoſtolorum ductam temporibus. Hanc tu non negabis, opinor, Patrum operibus, Synodorum monumentis, Libriſque liturgicis contineri. Quare univerſe primum de Patribus, inde ſingulatim agam: agam autem quam breviſſime potero. Verum ne qua deinceps inter nos oria-

oriatur de vocibus altercatio, patiere, ut ὡς ἐν παρόδῳ abs te ſciſciter, quam tu nomines *collectionem omnium membrorum Eccleſiæ*, in qua *clavium* poteſtas *reſideat*: eam ne, quæ omnium prorſus Chriſtianorum ſit per univerſum terrarum orbem diffuſorum; an ſingularem quamlibet, quæ ſuæ diœceſeos anguſtiis contineatur; an utramque? Equidem non arbitror, ejus collectionis vocabulo ſingularem quemque cœtum abs te intelligi, perinde quaſi *multitudini membrorum* cujuſque diœceſeos illud genus poteſtatis inſit; & quævis iſtiuſmodi multitudo ſuo Antiſtiti, ſuiſque Sacerdotibus committat ejuſdem poteſtatis uſum. Id tamen ſi abs te intelligi dixeris, magno te in errore verſari, Patrum auctoritate vincam. Rurſum, ſi tibi conſtare velis, fatebere profecto, multo minus te loqui de collectione omnium ubivis manentium Chriſtianorum. Nam memini, ſolitum eſſe te dicere, *Eccleſiam ſparſam* per terrarum orbem univerſum *omni* juriſdictionis *actu* carere (1). Age vero poteſtatis *clavium uſum* cuiquam *committere*, ecquid, mi Febroni, erit, niſi *actus juriſdictionis*? Non poteſt

M 4 igi-

(1) Vide quæ ſcripſi Tom. *hujus Operis I. pag.* 124. Sed hac de re agam in ſequenti Epiſtola copioſius.

igitur, te judice, collectio *membrorum omnium Eccleſiæ* ubivis locorum degentium ejus poteſtatis *uſum* cuiquam *committere*. Cujuſmodi autem poteſtas illa, quam inanis, quam vacua virium eſt, quæ ſic data ſit, ut is cui data eſt, neque per ſe exercere ipſam, neque, ut exerceatur, committere alteri cuiquam poſſit? Nam ſi eam veram, ac ſolidam dices poteſtatem eſſe, *poteſtas* certe, *non poteſtas* erit, quo quid fingi poteſt pugnantius? Non ergo *collectioni omnium membrorum* Eccleſiæ ubivis terrarum degentium poteſtatem *clavium* ineſſe ſtatues. At ne collectioni quidem ſingulari cuique, ut animadvertimus. Quare neutri. At ſi neutri, non eo progrediere, ut ipſam utrique ineſſe judices. Quam igitur, rogo, voles eſſe *membrorum Eccleſiæ omnium collectionem*, cui *clavium* poteſtas inſit? Nam id ſcire cupio. Novi, qua ſis erupturus. *Collectionem*, reſpondebis, te velle in œcumenicam Synodum congregatam. Verum multitudo in Synodum œcumenicam congregata non *omnium* eſt *membrorum* Eccleſiæ, ſed tantummodo Sacerdotum (1). Fac autem *membrorum omnium* ſit; annon cer:

(1) Confer quæ diximus *Tom. hujus operis I. pag.* 126. Sed hac de re ex inſtituto Epiſtola V. diſſeram.

cernis, istinc eſſe manifeſto conſequens, tribus (1) prioribus Eccleſiæ ſeculis, multoque quarto nullos fuiſſe, quibus *clavium* poteſtatis *uſus commiſſus eſſet*? Quam enim Synodum œcumenicam celebratam invenies ante annum 325? Provocabis, credo, ad Hieroſolymitanam Apoſtolorum. At in ea de *uſu* ejuſmodi committendo ne mutitum quidem fuiſſe video. Extitiſſe autem tamdiu neminem, qui *uti clavium* poteſtate poſſet, numquam dices. Tam enim alienum a Scripturarum, ac Patrum doctrina, tamque abſurdum per ſeſe eſt, ut exſibilandum, non refellendum eſſe videatur. Quamobrem quid dicas, quamque eam omnium *membrorum* Eccleſiæ collectionem velis eſſe, cui ſit attributa poteſtas *clavium*, nondum intelligo; planeque vereor, ut futuri ſint, qui ne te quidem intellexiſſe arbitrentur. Sed eſto, intellexeris; uno aliquo certe eorum, quos indicavi, modorum intellexeris neceſſe eſt; nam

(1) Dicet fortaſſe Febronius, non laborare ſe, quid inde ſit conſequens. Non enim ſe conſequentiarios, quos vocant, morari. Hanc multorum eſſe video inanem excuſationem. Nam qui ſcribit, is quid e ſua ſententia ſequatur, conſideret neceſſe eſt. Non enim poteſt vera eſſe ſententia, ex qua quidpiam falſi proficiſcatur. Verum hac de re alio loco opportunius agam, ac fuſius.

Digitized by Google

nam præter eos modos, non equidem diſpicio, ullum alium eſſe reliquum. Sed quo tandem, adhuc prorſus ignoro. Quem refellam igitur? Scilicet ut tuto poſſim agere, refellam omnes; refellam autem auctoritate fretus Sanctorum Patrum.

Agitur de Patribus generatim.

Ac de his quidem univerſe ſic tecum ſtatuas vehementer velim, ipſorum nempe fuiſſe omnino neminem, qui *clavium*, ſeu *ligandi*, *ſolvendique poteſtatem omnibus* ſive disjunctim, ſive *collectim* Eccleſiæ *membris* traditam fuiſſe exiſtimarit. Id jamdiu animadverterat Boſſuetius (1), quo nullum, arbitror, expeti abs te poſſe locupletiorem te-

(1) *In XV. lib. de l'Hiſtoire des Variations n.CXX. pag.* 352. „ l' autorité d' établir(des Paſteurs) eſt deferée aux Paſteurs déja établis : le pouvoir qu'il ONT „ D' EN HAUT eſt rendû ſenſible par l' impoſition „ des mains, cérémonie reſervée à leur ordre. C'eſt „ ainſi que les Paſteurs s' etreſuivent : Jeſus-Chriſt, „ qui a établi les premiers, a dit, qu' il ſeroit toûjours avec ceux à qui ils TRANSMETROIENT LE POUVOIR „. Poſt ubi hanc dixit eſſe Eccleſiæ Catholicæ doctrinam, n. CXXI. Proteſtantes notans, qui in populo, ſeu univerſorum membrorum Eccleſiæ collectione poteſtatem reſidere ligandi, ſolvendique defendunt, addit : „ qu' on ne trouve „ ni dans l' Ecriture, ni dans la tradition, que jamais il y ait eu Paſteur établi d'un autre ſorte „ (*quam accepta divinitus per ordinationem, ſucceſſionis ſerie, poteſtate*) „ ni qu' il y en ait un ſeul „ qui n' ait ete fait par les autres „.

teſtem. Quod autem nulli Patrum in mentem venit, id inferre in Chriſtianam rempublicam conari uti doctrinam, quæ ab omnibus, in primis autem ab iis, qui rerum potiuntur, colenda ſit, errantis eſt hominis, mihi crede, Eccleſiaeque Catholicæ dogmata, non regulis, quæ conſtitutæ a Chriſto fuerint, ſed ſuo ingenio, opinionibuſque ſcriptorum quorumdam novis rebus ſtudentium metientis. Atque hoc univerſe, ſeu generatim de Patribus dictum eſto: De iiſdem ſingulatim deinceps diſſeram.

De iiſdem Patribus ſingulatim diſſeritur.

Ordiar a Clemente Romano auditore Principis Apoſtolorum Petri. Is in priore, quam ad Corinthios dedit, Epiſtola (1), mu-

(1) Num. XL. *pag.* 28. *Tom. I. Epiſtolar. Rom. Pontific. Edit. Pariſ. an.* 1721. *νομίμοις legitimis* Dei τῷ ἀρχιερεῖ ἰδίας λειτουργίας δεδομένας εἶναι, καὶ τοῖς ἱερεῦσιν ἴδιον τὸν τόπον: *propria miniſteria Summo Sacerdoti data eſſe, & Sacerdotibus proprium locum* attributum Clemens ſcribit. *Num. XLII. pag.* 29. „ APOSTOLI, *inquit* acceptis mandatis .. per regiones, „ ac urbes prædicantes primitias earum ſpiritu „ cum probaſſent, εἰς ἐπισκόπους, καὶ διακόνους τῶν „ μελλόντων πιστεύειν, *in Epiſcopos, & Diaconos cre-* „ *diturorum* conſtituerunt. Neque hoc nove. A mul- „ tis enim temporibus de Epiſcopis, & Diaconis ſcri- „ ptum fuerat: *conſtituam Epiſcopos eorum in juſti-* „ *tia. Num. XLIII.* „ Et quid mirum, ſi quibus in „ Chri-

munus, quod ſecum fert clavium poteſtatem, divinitus Sacerdotibus ſucceſſionis ratione, viqque ordinationis, datum affirmat. Conſentiunt Ignatius Antiochenorum Antiſtes (1), & Polycarpus Smyrnenſium, qui ſe

„ Chriſto commiſſum eſt id munus παρὰ θεοῦ a Deo, „ *κατέστησαν τοὺς προειρημένους prædictos conſtituerint? Num. XLIV. pag.* 30. „ Prædictos conſtituerunt, ac deinceps futuræ ſucceſſionis hanc tradiderunt regulam, ut cum illi deceſſiſſent, MINISTERIUM *eorum*, τὴν λειτουργίαν αὐτῶν alii probati viri exciperent. τοὺς οὖν κατασταθέντας ὑπ' ἐκείνων, ἢ μεταξὺ ὑφ' ἑτέρων ἐλλογίμων ἀνδρῶν CONSTITUTOS AUTEM AB IIS, AUT DEINCEPS AB ALIIS EXIMIIS VIRIS &c. „. Ab HIS ſcilicet, non ab omnibus collectim ſive ſingularis, ſive univerſalis Eccleſiæ membris CONSTITUTOS dicit. Nam corporis Eccleſiæ illius particularis quidem, cui præficiendi Sacerdotes ſunt, teſtimonium, plauſum, aſſenſionem poſtulat, non quo plebs conſtitueret, (nam *conſtitutionem* viris illis eximis, qui ſucceſſione ab Apoſtolis conſecrati Epiſcopi fuiſſent) tribuit; ſed quo plebis, quæ ſingulorum vitam novit, teſtimonio caveretur, ne *quis* ad *Sacerdotalem locum indignus obreperet*, ut S. Cyprianus in LXVIII. *Epiſtola* animadvertit. Nam τὸ συνευδοκησάσης ἐκκλησίας πάσης, quo Clemens utitur, non *conſtitutionem* a plebe factam indicat, ſed teſtimonium totius ejus ſingularis Eccleſiæ oſtendentis complacere ſibi, acceptumque eſſe hominem, plaudere ſe denique; non vero poteſtatem ullam, uſumve poteſtatis Sacerdoti tribuentis.

(1) Confer S. Ignatii Epiſtolam ad Epheſios num. VI.

ſe (1) Johanni Evangeliſtæ tradiderant in diſciplinam. Non diſſident ab iis Apollinaris Laodicenus, Dionyſius Corinthius, Hegeſippus (2) viri celebres in primis, & eorum, quibus Polycarpus claruit, temporum æquales; Accedunt Polycarpi diſcipulus, idemque Antiſtes Lugdunenſium Irenæus (3), Polycrates Epheſius (4), & Anonymus *Carminum contra Marcionem* Scriptor

---

num. VI. pag. *93.* *Tom.* II. PP. Apoſtolicor Edit. Londin. an. 1746. & *Epiſt.* ad *Philadelph. num. 1. pag.* 145. &c.

(1) Epiſt. ad Philipp. n. V. Ibid. pag. 239. & n. XI. pag. 246. & n. XIII. pag. 249. quo loco probat Ignatii Epiſtolas, iiſque τὴν πίστιν *fidem*, καὶ πᾶσαν οἰκοδομὴν τὴν εἰς τὸν κύριον, & *omnem ædificationem, quæ ad Dominum eſt*, contineri ſcribit.

(2) Hos in Epiſcopis agnoviſſe docendarum Eccleſiarum, regendarumque poteſtatem, video; in collectione autem omnium Eccleſiæ membrorum, non item video. Confer quæ affert Euſebius ex Apollinari in *lib. V. Hiſtor. Eccl. cap. XIX. pag.* 205. *Edit. Taurin. an.* 1746. Ex Dionyſio Corinthio *lib. IV. cap. XXIII. pag.* 159. Ex Hegeſippo *lib. IV. cap.* 22. *pag.* 155.

(3) Vide quæ ex Irenæi *lib. III. Contra Hæreſes cap. III. ſqq.* deſcripſit, egregieque illuſtravit Renatus Maſſuetius Monachus Congregationis Sancti Mauri *Diſſert. III. in Opera Sancti* Irenaei, Artic. III. n. 16. *ſqq.*

(4) Confer, quæ ex Polycratis Epiſtola tranſtulit Euſebius in *lib. V. Hiſtor. Eccleſ. cap. XXIV. pag.* 212.

ptor (1). Suppar his Tertullianus (2), cujus tamen patrocinio tegi te poſſe arbitrare. Sed ejus e X. capite *Scorpiaces* locus, quo maxime confidis (3), pace tua dicam; ad rem non pertinet. Eſt autem hujuſmodi: *memento claves heic Dominum Petro, & per eum Eccleſiæ reliquiſſe*. Quæro enim ex te, Febroni, quid ille *clavium*, quid *Eccleſiæ* vocabulis indicet? Id autem oſtendendum abs te ipſo erat, ut quod ſuſceperas onus, cum fide, ac dignitate ſuſtinuiſſe

(1) *Lib. III. pag.* 635. *Operum Tertulliani Edit. Venetæ an.* 1744. quo loco is Auctor Marcionitas expugnaturus, confugit ad ſucceſſionem Apoſtolicam Epiſcoporum Romanorum.

(2) Tertullianus *lib. de Præſcriptionibus Hæreticor. cap. XXXII.* veritatem doctrinæ, poteſtatemque Eccleſiarum ex ſucceſſione repetit Apoſtolica, ordinationeque Epiſcoporum. Quem ad locum Tertulliani hæc adverſus Proteſtantes adnotat Renatus Maſſuetius loco proxime indicato *num. XXI.* Pro ſe hæretici „ tale aliquid (originis Apoſtolicæ) confin-„ gere non poſſunt, qui omni Apoſtolicæ ſucceſſionis „ ordine ſusque deque verſo, everſa ab imis funda-„ mentis Eccleſiaſtica Hierarchia, violata.. Apoſtolica „ ordinandi miniſtros ſacros lege, NULLAQUE ACCE-„ PTA MISSIONE, ET AUCTORITATE AB IIS QUI SUAM „ AB APOSTOLIS IPSIS PER LEGITIMAM SUCCESSIONEM „ DERIVABANT.. miniſterium ſibi eccleſiaſticum uſur-„ parunt „. Confer. quæ idem mox adjungit.

(3) Vide Febronii *Tom. I. Cap. I.* §. *VI. n.* 2. *Pag.* 24.

Digitized by Google

nuiſſe viderere. Ac *claves* quidem Tertullianus iſto in loco, non *poteſtatem ligandi, atque ſolvendi*, de qua certe ibidem non diſputat; ſed martyrium vocat, quo quiſque ſibi aditum in cælum aperire poſſit: *Eccleſiæ* vero nomine Eccleſiaſticos, laicos, mares, feminas, uno verbo *membra* ſingula Chriſtianæ ſocietatis intelligit, quibus facultas eo genere clavis utendi inſit. At non de Martyrio, Febroni, ſed de *ligandi, ſolvendique* poteſtate noſtra omnis eſt quæſtio. Neque enim ullus umquam aut fuit, aut eſt noſtrum, qui non plane conceſſerit, concedat, confeſſione Chriſtianæ Fidei, ſeu Martyrio quemque Chriſtianorum munire ſibi poſſe ad Regnum cæleſte viam. Non ergo, ut ante dixi, is Tertulliani locus ad rem, inſtitutumque noſtrum pertinet. Habe hunc tibi locum integrum: „ Si adhuc clauſum putas cælum, memento, „ claves ejus heic Dominum Petro, & per „ eum Eccleſiæ reliquiſſe, QUAS HEIC UNUSQUISQUE INTERROGATUS, ATQUE CONFESSUS FERET SECUM. Sed adſeverat diabolus, illic confitendum, ut ſuadeat, heic „ negandum. Pulcra videlicet documenta „ præmittam: bonas mecum claves feram, „ timorem eorum, qui SOLUM CORPUS OCCIDUNT; ANIMAE AUTEM NIHIL FACIUNT: „ Commendatus ero hujus præcepti de-

„ ſer-

„ ſertione : honeſte in cæleſtibus ſtabo , „ qui in terrenis ſtare non potui : ſuſtine- „ bo majores poteſtates, qui minoribus ceſſi „ &c „ (1). Sic ille. Qua in re ſi minus fidem, at ſtudium certe tuum, diligentiamque deſidero. Nam hæc tu, quæ ſunt de *confeſſione* apud perſecutores nominis Chriſtiani &c. præteriſti tacitus: an quod non animadverteris? neſcio: hoc ſcio, curaſſe te, ut eo Tertulliani potiore ſui parte diminuto loco Lectoribus tuis perſuaderes, *ligandi*, *ſolvendique poteſtatem* a Chriſto ita fuiſſe tributam Petro, ut inde in collectionem manarit omnium orthodoxorum. Fruſtra id quidem, cum ſatis explorate ex loco eodem perſpiciatur, ſententia iſta tua nihil eſſe a vero Tertulliani ſenſu disjunctius; at curaſſe tamen te video, id ut iis perſuaderes, qui tua legerent. Caviſſes ſaltem tibi, ne quis eo te præcipitem agi duceret, ut loco eodem Tertulliani (ſenſu iſto, quo tu vis conceſſo) ſingulis Chriſtianis cujuſvis conditionis, atque ſexus & poteſtatem,

(1) In hunc eumdem ſenſum Tertullianus in lib. de Anima cap. LV. & LVI. p. 304. clavium vocabulum detorſit. Nam ibi, *tota* inquit, *Paradiſi clavis tuus ſanguis eſt*. Hoc ego animadverteram. T. V. P. I. Antiquitatum Chriſtianar. pag. 260. not. I. Sed adverſarii, modo implicare lectores ſuos poſſint, ea etiam, quae recte ſunt animadverſa, taciti praetermittunt.

tem, & poteſtatis *ligandi*, atque *ſolvendi uſum*, ac *exercitium* conceſſiſſe, contra atque ſtatueras, viderere. Etenim vetus ille Scriptor de *clavibus*, ut eſt demonſtratum, loquitur, *quas unuſquiſque ferat ſecum*. Sane etſi aliter res eſt; cenſes tamen agi heic a Tertulliano de *ligandi*, *ſolvendique* poteſtate. Nunc utrumvis elige, aut aſſentiris ſic (ut ipſe exiſtimas) ſtatuenti Tertulliano, aut contra. Si non aſſentiris, cur ejus loco, quaſi tibi ſit præſidio, utere? Sin aſſentiris, quemadmodum plane aſſentiri te video, cum ille *unumquemque clavem ferre ſecum* affirmet; fateare neceſſe eſt, *unumquemque* potiri *clavi*, ſeu *ligandi*, *ſolvendique* poteſtate, eademque, etiamſi laicus ſit, uti poſſe: quod certe Proteſtantium erratum eſt a Tertulliano ipſo, longe ante in *Præſcriptionibus adverſus hæreticos* (1) ſui temporis, re-

N pro-

(1) Capite namque ejus libri XLII. pag. 217. hæreticos arguit erroris, ac impietatis, quod laicis etiam ſacerdotalia munera imponi poſſe arbitrarentur: „ *Ordinationes*, inquit, eorum temerariæ, leves, „ inconſtantes. Nunc Neophytos conlocant, nunc „ SAECULO OBSTRICTOS. Itaque alius hodie Epiſco„ pus, cras alius. Hodie Diaconus, qui cras Lector. „ Hodie Presbyter, qui cras laicus. Nam & laicis „ ſacerdotalia munera injungunt „. In hæc monſtra dogmatum, ac diſciplinæ incidant tandem neceſſe eſt,

probatum. Quo hæc graviora ſunt, eo me major expectatio tenet, quibuſnam modis expedire te, evadereque poſſis ex hiſce laqueis, in quos incidiſti, dum te Tertullianum ſequi arbitrabare. Interea attende, rogo, quid ſeculis II. ac III. Catholicorum dogma; quidque contra error ferret Montaniſtarum, ſeu Cataphrygarum, ad quos Tertullianus defecerat. Auctore autem utar Tertulliano ipſo, qui ſe antea cum Catholicis ſenſiſſe (1), atque una cum iiſ-

eſt, qui in omnibus ſive collectim, ſive disjunctim ſocietatis membris reſidere poteſtatem jactant. Quid enim levius plebe? Quam hæc amans eſt turbarum, ac novitatis? Huic jus conſtituendi Præſidis concedito, experiundoque comperies, nihil in Republica firmi fore.

(1) Tertullianus jam Cataphryga in *lib. de Pudicitia Cap. I. pag.* 555. cum catholicis ſe olim hac de re ſenſiſſe confirmans: „ Erit, inquit, & hic adverſus PSYCHICOS (*Catholicos hoc ille indicat nomine*) ADVERSUS MEAE QUOQUE SENTENTIAE RETRO PENES ILLOS SOCIETATEM, quo magis hoc mihi in notam levitatis objectant. Numquam ſocietatis repudium delicti præjudicium eſt, quaſi non facilius ſit errare cum pluribus, quando veritas cum paucis amatur „. Hæc novatorum omnium vetus cantilena eſt. Ceterum cum *multis* (nam magnus tunc etiam erát numerus Catholicorum) cum *multis*, inquam, ſe olim crediſſe Tertullianus fatetur: claves, ſeu *ligandi*, *ſolvendique* poteſtatem, ut in Pètro fuit, ſic. ineſ-

iiſdem crediidiſſe teſtatur: Sacerdotibus, in primis autem Pontifici Maximo ineſſe *ſolvendi, ligandique* poteſtatem eam, quæ Petro tradita a Chriſto fuerat. Id tibi ut conſtet planius, animadvertas velim, conceſſam fuiſſe ab Catholicis in *Epiſcopo Epiſcoporum*, ſeu in Pontifice Maximo dimittendorum functis pœnitentia graviſſimorum etiam criminum auctoritatem. Nam poſt ubi Tertullianus dixit: „ Audio edictum eſſe propoſitum, & quidem peremptorium: Pontifex ſcilicet Maximus, quod eſt Epiſcopus Epiſcoporum „ edicit: *Ego & moechiæ, & fornicationis „ delicta pœnitentia functis dimitto* „ (1): Poſt ubi, inquam, hæc ille dixit: in hac, quæ eſt Catholicorum, ſententia olim ſe item fuiſſe verſatum, addit, cum in eorum ſocietate eſſet, eamdemque quam ipſi doctrinam coleret (2). Quem autem, oro te, orthodoxi, in occidente præſertim, *Epiſcopum* dicebant *Epiſcoporum*, & *Apoſtolicum*, & *Pontificem Maximum*, & *Benedictum Papam*, niſi Ro-



ineſſe Petri Succeſſori, hoc eſt Romano Pontifici. Pergit Tertullianus ſcribere: „ Atenim me non magis dedecorabit utilis levitas, quam ornarit nocens „. Utilem levitatem vocat, qua a doctrina deſcivit, quam ante defendiſſet, omnium Catholicorum.

(1) *Ibid.*

(2) Confer, quæ in Adnotat. 1. pag. 194. deſcripſi, Tertulliani verba.

ſi Romanum Antiſtitem? Id vero ex Tertulliani ejuſdem (1), exque Cypriani, qui magiſtrum appellare Tertullianum ſolebat, operi-

(1) Plus ceteris tributum fuiſſe Romano Pontifici auctoritatis, intelligitur ex Tertulliani *lib. Adverſus Praxeam cap. I. pag.* 501. *& lib. de Præſcr. hæreticor. cap. XXX. ſqq. pag.* 202. Rurſum Tertullianum jam Cataphrygam iniquiore fuiſſe in Romanos animo, ex eo conjicimus, quod exagitatus fuiſſet a Romanis Clericis, indeque lapſus in errorem Montani eſſet, ut eſt memoriæ traditum a S.Hieronymo lib. de Viris Illuſtribus *pag.* 179. *Tom. I. Opp. Edit. Rom. an.* 1565. Præterea Afrum fuiſſe Tertullianum conſtat. Jam ex Afrorum monumentis perſpicitur, Romanos Pontifices in ſe derivatam dixiſſe Petri poteſtatem, ac porro in eos Præſides Eccleſiæ, qui Petri Cathedræ juncti ſacrorum, doctrinæque communione eſſent. Vide inter S. Cypriani opera Epiſtolam *Firmiliani* ad *Cyprian.* Quæ eſt *LXXV. pag.*225. *Edit.Oxon.an.*1682. & Cypriani Epiſt. *LXXI. ad Quintum pag.* 194. *ſq.* & *LIX. ad Cornelium, al.LV. pag.*135. *ſqq.* Id vero Tertullianus obtendi ab eo affirmat, quem *Pontificem* dicit *Maximum*. Quinetiam Romanum Pontificem fuiſſe, quem tertio ſeculo,quo ſcripſit Tertullianus, Afri contentionis æſtu abrepti conſtitutum, habitum, dictum Epiſcopum Epiſcoporum ægerrime tulerint, liquet ex Cypriani Concilio Carthaginienſi anno 256. pag. 229. a quo Cypriano Magiſtrum fuiſſe appellatum Tertullianum, Hieronymus l.c. refert.Si ergo tantum eo quoque tempore Pontifici tribuebatur auctoritatis; ſi tunc Afri *Epiſcopum Epiſcoporum* RomanumPontificem conſtitui ajebant; fuitque Afer Tertullianus; quid reſtat, niſi ut is iratus Romanis, atque *Epiſcopum Epiſcoporum* carpens, Romanum Antiſtitem indicarit hoc nomine?

peribus perſpici plane poteſt. In Pontificem porro illum Maximum debacchari pergens Tertullianus, in quem praecipue Pontificem Petri auctoritatem, juſque *ligandi*, atque *ſolvendi* permanaſſe, Catholici credebant: „ Exhibe, *inquit*, & nunc mihi, A-
„ poſtolice, Prophetica exempla, & agno-
„ ſcam Divinitatem, & VINDICA TIBI DE-
„ LICTORUM EJUSMODI remittendorum po-
„ teſtatem. Quod ſi diſciplinæ ſolius offi-
„ cia ſortitus es, nec imperio præſidere,
„ ſed miniſterio; quis aut quantus es in-
„ dulgere, qui neque Prophetam, neque
„ Apoſtolum exhibens, cares ea virtute,
„ cujus eſt indulgere „? Hactenus ille (1). Igitur Catholici, quos Tertullianus idem heic vexat, Apoſtolicum munus obire Pontificem contendebant; atque ipſum, vi ſui Apoſtolici miniſterii, præſidere, vindicareque ſibi remittendorum criminum auctoritatem. Atenim iidem Catholici mox adjungebant: datas eſſe claves Eccleſiæ (2). Patiar. Verum quo id illi ajebant ſenſu? Scilicet *Epiſcopo* in primis *Epiſcoporum* Succeſſori Petri; inde ceteris, qui Epiſcopali præſtarent dignitate; poſt Presbyteris datas credebant, qui ipſis uterentur ad com-

N 3 mo-

(1) Lib. *de Pudicitia Cap. XXI. pag.* 574.
(2) *Ibid.*

modum, utilitatem, ſalutem earum, quibus miniſtrabant, Eccleſiarum *propinquarum Petro*, ſeu quæ conſenſione doctrinæ, communioneque ſacrorum junctæ Cathedræ Apoſtoli Petri eſſent (1). Quare Tertullianus *Epiſcopum Epiſcoporum*, *Benedictum Papam*, & *Apoſtolicum* illum alloquens, atque oppugnans more Cataphrygarum: ,, De tua
,, nunc ſententia, *inquit*, quæro, unde hoc
,, jus *Eccleſiæ* uſurpes? Si quia dixerit Pe-
,, tro Dominus: *ſuper hanc petram ædificabo*
,, *Eccleſiam meam*: *tibi dedi claves regni cæ-*
,, *leſtis*: vel *quæcumque alligaveris*, vel *ſolve-*
,, *ris in terra*, *erunt alligata*, vel *ſoluta in cæ-*
,, *lis*, idcirco præſumis & ad te derivaſſe
,, *ſolvendi*, & *alligandi* poteſtatem ,, (2)? Quid?

(1) Rigaltius in *Not.* ad hunc locum *Tertulliani*: ,, *Apoſtolicum*, *inquit*, vocat, eadem forma, qua ,, ſupra, *Pontificem Maximum*, & *Epiſcopum Epiſcoporum*, & *Paſtorem bonum*, & *Benedictum Papam*,,. Idem: ,, *Ad omnem Eccleſiam Petri propinquam*: Hoc ,, eſt, *inquit*, quæ originem ſuam ad Petrum referre ,, poſſit; ſed et aliæ, quæ licet nullum ex Apoſto- ,, lis, vel Apoſtolicis auctorem ſuum proferant, ta- ,, men in eadem fide conſpirantes, non minus Apo- ,, ſtolicæ deputantur pro conſanguinitate doctrinæ. ,, Sic ipſe de *Præſcriptionibus Hæreticorum* ,,. Cap. XXXII. pag. 213. At communicationis etiam ſacrorum meminit *ibid.* Tertullianus, quod quidem cur prætermiſerit Rigaltius, ipſe viderit.

(2) Tertull. *Lib. de Pudicitia cap. XXI. pag.* 574.

Quid ? Annon vides, ex Catholicorum ſententia, quam hæreticus Tertullianus refellere audet : *poteſtatem* Petro conlatam *permanaſſe* in *Apoſtolicum* illum *Epiſcopum Epiſcoporum* ? At, inquies, ſtatim addit Tertullianus : *ideſt ad omnem Eccleſiam Petri* (1) *propinquam*. Quorſum iſtud ? An negas, Catholicos agnoviſſe, derivatam ejus generis poteſtatem in *Epiſcopum* illum *Epiſcoporum*, qui (ut Tertullianus narrat) *edictum*, & *quidem peremptorium propoſuerat*, quo ſe *dimiſſurum* peccata confirmarat ? Non negas, opinor. Alioquin cur adverſus Catholicos Tertullianus ſcripſiſſet, ſi illi, eum Epiſcopum arrogaſſe ſibi id poteſtatis genus, putaſſent ? Itaque poteſtatem derivatam, ajebant, *ad omnem Eccleſiam Petri propinquam*, nempe ad Pontificem ipſum, qui Petri Cathedram teneret, & ad eos porro Sacerdotes, quibus eſſet cum Cathedra eadem Petri doctrinæ, ſacrorumque conſociatio. *Eos*, inquam *Sacerdotes*. Nam poſt ubi Tertullianus dixit : *Et ideo quidem Eccleſia delicta donabit, ſed Eccleſia Spiritus per ſpiritalem hominem* ; mox *non Eccleſia*, inquit, NUMERUS EPISCOPORUM (2). Cur *non numerus Epiſcoporum*, niſi quia Catholici (contra quos il-

 le

(1) *Ibid.*
(2) *Ibid.*

le Cataphryga ſcribit ) in *Epiſcopos* manaſſe *poteſtatem ligandi, ſolvendique* credebant ? Addit continuo Tertullianus: *Domini enim, non famuli eſt jus, & arbitrium: Dei ipſius* NON SACERDOTIS (1). Jus igitur *Sacerdotis* miniſtri Chriſti hoc eſſe cenſebant Catholici; non collectionis *omnium membrorum* Eccleſiæ. Proſpice autem magnopere, Febron, ne tibi cum Cataphrygis conveniat. Non deerunt, mihi crede, qui *omnibus collectim Eccleſiæ membris* clavium auctoritatem adſerenti tibi eos heterodoxos præiviſſe putent. Nam Cataphrygas ſequutum Tertullianum in hanc ſententiam ſcripſiſſe video: „ Illam Eccleſiam congregat ( Spiritus ), „ quam Dominus in tribus ( *Patre, Filio, „ & Spiritu Sancto* ) poſuit, atque ita exin „ de NUMERUS OMNIS, QUI IN HANC FIDEI „ CONSPIRAVERINT, ECCLESIA AB AUCTORE „ ET CONSECRATORE CENSETUR: & ideo EC„ CLESIA QUIDEM DELICTA DONABIT, ſed Ec„ cleſia ſpiritus, per ſpiritalem homi„ nem „ (2). Satis multa de Tertulliano. Reſtat, ut de Clemente Alexandrino (3)

c

(1) *Ibid.*

(2) Tertullianus *Ibid.*

(3) Is Pædogogi *Lib. I. Cap. VI. pag. 99. Edit. Pariſ. an.* 1641. ποιμένες ἐσμεν, inquit, τῶν ἐκκλησι[ῶν] προηγούμενοι κατ' εἰκόνα τοῦ ἀγαθου ποιμένος, τὰ

π[...]

de SS. Martyribus Perpetua, & Felicitate (1), de Origene (2), de S. Saturnino Epiſcopo Toloſatium (3), de Demetrio Alexandri-

---

πρόβατα ὑμεῖς. *Paſtores ſumus, qui Eccleſiis præſumus ſecundum imaginem Paſtoris boni; vos autem oves.* Quæ autem poteſtas erit ovium in Paſtores? Vide præterea Clementis ejuſdem libellum inſcriptum: *Quis dives ſalvandus ſit. num. XLII. pag.* 185. *ſq. Tom. I. Auctarii Biblioth. SS. Patrum a* Franciſco Combefiſio *edit. Pariſ. an.* 1672.

(1) Vide locum apud Ruinartium *in Actis Sincer. SS. Martyrum n. XIII. pag.* 85. *ſq. Edit. Veronen. an.* 1731.

(2) Confer Origenem *Homilia XXII. in Numeros n.IV. Vol.II. Opp. Edit. Paris. Monachor. Congr. S. Mauri, & Commentar. in Matth. Tractatu*, ſeu *TomoXII. num.XIV. Vol. Opp.III.* quo loco: „ Licet Epiſcopus *inquit*, idcirco CLAVES HABEAT REGNI CAELORUM aperiens iis, qui ſoluti ſunt ſuper terram, ut & „ in cælis ſoluti ſint, ac liberi; claudens iis, qui „ juſto illius judicio ligati ſunt ſuper terram, ut & „ in cælis ligati, ac condemnati ſint; quoniam *tamen* „ qui ſibi Epiſcopatus locum vendicant, dictum hoc „ uſurpant, ſicut Petrus; & ACCEPTIS A SERVATORE CLAVIBUS REGNI CAELORUM, docent ea, quæ a „ ſe ligata ſunt, hoc eſt condemnata, ligata eſſe & „ in cælis; & quæ a ſe ſoluta ſunt, ſoluta eſſe & in „ cælis; pronunciandum eſt, recte illos dicere, ſi „ factum etiam habuerint, propter quod Petro huic „ dictum eſt: *tu es Petrus &c.* „ Confer etiam *Tract.* ſeu *Tom. XVI. n. VIII.* & *XXII. Vol. III.* & *Homil. XIII. in Lucam. n. I.*

(3) *Act. Martyr. n.* 1. *ſeqq. pag.* 109. *ſeqq. Edit.* ejuſd. *Veron. an.* 1731.

drino (1), de Alexandro Hieroſolymitano (2), de Theoctiſto Cæſarienſi in Palæſtina (3), de Babyla Antiocheno (4), de Dionyſio Alexandrino (5), de Cornelio Romano (6) paucis diſſeram. Horum ego vel ſcripta legens, vel dicta, atque facta animo repetens, poteſtatem Eccleſiaſticam omnem comperio penes Sacerdotes eſſe; penes vero collectionem *omnium* Eccleſiæ *membrorum*, non item comperio. Quod ſi illi *omnibus* eam *collectim* Eccleſiæ *membris* ineſſe; ejuſque uſum ſacrorum Præſidibus ab iiſdem *membris omnibus* tradi putaſſent; non præ-

(1) Confer Euſebium *lib. VI. Hiſt. Cap. VIII. pag.* 130. *Edit. Taurin. an.* 1744.

(2) Vide Euſeb. *lib. VI. Hiſtor. cap. VIII. pag.* 230. *Cap. X. pag.* 232. *cap. XI. pag.* 233.

(3) Conſule Euſeb. ibid. *Cap. XXVII. pag.* 254.

(4) Ibid. *cap. XXXIV. pag.* 259.

(5) Ibid. *cap. XLIV. pag.* 276. & *cap. XLVI. pag.* 278. & *lib. VII. cap. V. pag.* 283. & *cap. VII. pag.* 286. *ſq.* & *cap. IX. pag.* 288. *ſq.* & Cap. XI. *pag.* 292. *ſqq.* & *Cap. XXIV. pag.* 306. *ſqq.*

(6) Confer hujus *Epiſtolam ad Fabium Antiochenum*, apud Euſebium *lib. VI. Hiſt. Eccl. cap. XLIII. pag.* 271. *ſq.* Vide præterea, quæ ab eo ſcripta fuerunt ad S. Cyprianum *Epiſt. VI. n.* 1. *ſq. Tom. I. Epiſtolar. Romanorum Pontificum.* pag. 135. *ſqq. Edition. Pariſ. an.* 1721. Quod item de SS. Victore, Zephyrino, ceteriſque Pontificibus Maximis dicendum eſt, de quibus conſule Euſebium *lib. V. Hiſtoriæ Eccleſ. cap. XXVIII. ſqq.* & *Epiſtolar. Romanorum Pont. Tom. I. pag.* 107. *ſqq.*

prætermiſiſſent fateri, neve tacendo commiſiſſent, ut quod aliorum eſſet, ipſi ſibi vindicare exiſtimarentur. Cum igitur hi tot Epiſcopi, ceterique ipſorum collegæ non modo loquuti ea de re numquam fuerint; ſed etiam (ut ex Origenis loco intelligi plane poteſt) ſibi poteſtatem ligandi, ſolvendique ineſſe affirmarint; eoque nomine, auctoritate uſi ſua, Eccleſias gubernarint; cujus tu demum traditionis præſidio, *omnium Eccleſiæ membrorum collectioni claves* fuiſſe datas, atque ab hac *uſum clavium* earumdem Sacerdotibus *commiſſum* tuebere? Tune traditione niti poſſe arbitrare, quod tacitum ſemper a Patribus: tacitum autem? immo vero multis indiciis, ſcriptis, factis negatum videatur? Non ſilentio Majorum, Febroni, ſed teſtificatione fulta debet eſſe traditio. Quid? Provocabis ne ad Firmilianum, qui ea ætate Antiſtes fuit Cæſarienſium in Cappadocia? Nam ad hujus Epiſtolam, quam ad S. Cyprianum dedit, ſæpe alias provocaſſe te video. At hujus, inquies, hæc ſunt verba: „ Poteſtas peccatorum remittendorum „ Apoſtolis data eſt, & Eccleſiis, quas illi a „ Chriſto miſſi conſtituerunt; & Epiſcopis, „ qui eis ordinatione vicaria ſucceſſerunt „ (1) „. Jam iſtud noveram. Verum quid tu

(1) *Pag. 225. Operum S. Cypriani Edit. Oxonita an. 1682.*

Digitized by Google

tu iſtinc capies commodi? Profecto Firmilianus 1°. *Poteſtatem remittendorum peccatorum*, non autem ſolum *uſum*, *exercitiumve* Epiſcopis datum ſcribit. Repugnat igitur ajenti tibi: Hierarchis *uſum*, & *exercitium* poteſtatis ab Eccleſiæ *membris omnibus collectim* committi; *poteſtatem* vero in *membris iiſdem collectim omnibus reſidere*. 2°. *Ordinationis Vicariæ*, *ſucceſſioniſque Apoſtolicæ Epiſcoporum* meminit Firmilianus; *commiſſi* autem *uſus*, *exercitiive* Epiſcopis *a membris Eccleſiæ omnibus* nuſquam meminit, immo ne innuit quidem. Quid? An quod neque memoravit, neque innuit, id erit tibi cauſſa, quomobrem arbitrere: *uſum*, *exercitiumve poteſtatis commiſſum Epiſcopis a membris omnibus collectim Eccleſiæ*; quod vero commemoravit, non erit cauſſa, cur *poteſtatem* ipſam *traditam* divinitus per *ordinationem* &c. credas eſſe Sacerdotibus, in iiſque propterea reſidere? Ecquid, rogo te, fingi poterit iſta cogitandi ratione perverſius? 3°. *Eccleſiis* ( *quas Apoſtoli a Chriſto miſſi conſtituere* ) *datam remittendorum peccatorum poteſtatem*, ait Firmilianus. Fateor. Singulis igitur. Non enim *Eccleſiæ* generatim dicit, ſed Eccleſiis. Itaque ſi Firmiliani Teſtimonio utare, cujuslibet ſingularis Eccleſiæ *membris collectim omnibus* data, te judice, *poteſtas remittendorum peccatorum* erit. Non ergo dumtaxat, ut conſtitueras,

*omni-*

*omnibus collectim membris Eccleſiæ univerſæ*. Qua ex re, ( ſi modo perſtes in ſyſtemate, quod formaſti tibi ), qua ex re, inquam, illud etiam ( quod certe nolles ) erit conſequens, ut in *ſingularis* cujuſque Eccleſiæ *membris collectim omnibus* auctoritas *ligandi*, *ſolvendique* reſideat; ab iiſque *uſus*, *exercitiumve* ejuſdem poteſtatis ſuo Epiſcopo, ſuiſque Sacerdotibus committatur. Haec vero doctrina, tam ab Eccleſiæ dogmate diſcrepans, Firmiliano numquam in mentem venit. Quæres, quonam igitur ſpectet ejus Scriptoris ſententia? Eam ego tibi explicabo brevi. Firmilianus poteſtatem Clavium a Dei Sacerdotibus poſſideri credit. Hos autem in Eccleſiis eſſe, eaque poteſtate uti ad commodum, ſalutemque Eccleſiarum. Jam vero quod iis ad rectam gubernationem, utilitatem, ſalutemque Eccleſiarum datum eſt, id Eccleſiis datum dici tam commode, tamque apte poſſe, quam datos *homini oculos* commode, apteque dicimus. Quotus autem quiſque tam ineptus eſt, ut (quoniam apte oculi dati homini dicuntur) omnibus collectim corporis humani membris oculos ineſſe ſtatuat? Nemo profecto. Hoc ſanus quiſque ſtatuet, oculos in una quidem corporis parte vigere; ſed ad membrorum corporis omnium commodum, utilitatem, atque præſidium. Quamobrem Firmilia-

milianus, non poſſideri quidem ab *omnibus collectim Eccleſiæ membris poteſtatem* clavium, ut tu exiſtimas; ſed conſtitutam eſſe ait *in* Eccleſia, ſeu in *cœtu Catholicorum*; non quo *omnibus* ea *collectim*, aut disjunctim *membris* ejuſdem cœtus inſit; ſed quo in ea (1) Majores natu, ſeu Epiſcopi præſideant, qui manuum *imponendarum*, & *ordinandorum* Sacerdotum &c. poſſident poteſtatem. Quod ſiquid minus hac de re accurate Firmilianus ſcripſiſſet; non equidem laborarem. Cum enim is Antiſtes in ea Epiſtola ſibi propoſuiſſet oſtendere: baptiſmum (etiam ſalva materia, & forma) ab hæreticis conlatum, non valere: haud mirarer, ſi errorem hunc defenſurus, imprudens in alios, eoſque non minus graves incidiſſet. Multo etiam laborarem minus, ſi *poteſtatis remittendorum peccatorum* nomine facultatem conferendi baptiſmi

(1) Ibid. 221. „ Omnis poteſtas, & gratia in „ Eccleſia conſtituta eſt, ubi ii præſident majores na- „ tu, qui & baptizandi, & manum imponendi, & „ ordinandi POSSIDENT POTESTATEM. Hæretico enim „ ſicut & ordinare non licet, ita nec baptizare, nec „ quidquam ſancte, nec ſpiritaliter gerere, quando „ alienus ſit a ſpiritali, & deifica ſanctitate. Quod „ totum nos jampridem in Iconio, qui Phrygiæ lo- „ cus eſt, collecti in unum, convenientibus ex Ga- „ latia, & Cilicia, & proximis regionibus confirma- „ vimus tenendum contra hæreticos firmiter, & vin- „ dicandum, cum a quibuſdam de iſta re dubitaretur,,.

ptiſmi intellexiſſet, ut interdum revera intellexiſſe videtur. Nam hanc membris quibuſque Eccleſiæ competere, exercerique ab iiſdem non *valide* modo; ſed etiam, ſi neceſſitas poſtulet, *licite* poſſe, quis neget; cum fides doceat, ab hæretico etiam, atque ab infideli (ſalva materia, formaque) adminiſtratum baptiſmum valere? Hæc de Firmiliano.

Sequitur, ut de Cypriano agam. Affer ejus inſignem aliquem, quo maxime confidas, locum. Verum in Apologia tua adverſus quatuor Theologos (1), nullum affers; ſed ut Sanctum Martyrem præſidio tibi eſſe demonſtres, ſatis tibi fore juniorum quorumdam Scriptorum fidem arbitrare: „ Ejuſdem, *inquis*, ſententiæ ſunt SS. Cy„ prianus, Hieronymus, Leo Magnus, Ve„ nerabilis Beda, alii Patres, quorum lo„ ca referunt Launoius *Tom. V. Parte* I. „ *lib. II. pag.* 213. Natalis Alexander *Hiſtoria Eccleſiaſtica Tom. VIII. pag.* 526. Obſecro, Febroni, quid hoc eſt, niſi iis adhæreſcere eſt, ad quos fueris quaſi tempeſtate quadam delatus? Cur non ipſe per te expendiſti, quæ ab hiſce novis afferuntur, Cypriani loca; aut cum hos legeris, cur non item legiſti noſtros, qui demonſtrarunt, a recentibus iſtis

(1) *Artic. III. num. II. pag.* 186. *ſq.*

iſtis Scriptoribus Veterum ῥητὰ aliorſum rapi, atque Veteres ipſi voluerint? Equidem in IV, & V. *Antiquitatum Chriſtianarum. Voluminibus*, quam longe a novo iſto tuo dogmate Cyprianus abfuerit demonſtraram. Repetere autem (quod tu quidem facis) quæ ab Launoiis, & Alexandris collecta ſunt; quæ vero nos contra produximus, alto ſilentio premere, perinde eſt, mihi crede, ac nullum facere velle contendendi modum; noſque, ut abutamur patientia Lectorum, actumque agamus, cogere. Sed hæc alias. Nunc, quando ad Natalem Alexandrum, atque ad Launoium confugis, quid hi ex Cypriano afferant, diligenter conſideremus. Alio autem loco de duobus iſtis Scriptoribus novis, eine prorſus, quam probas, doctrinæ aſſenſi fuerint, videro. Nunc ad rem (1): Mitto Natalem. Nam is de Cypriano in ea, quam indicas, Diſſertatione, ne verbum quidem. Launoius (2), quique Queſnelli partibus ſtudent (3), hæc proferunt ex S. Martyris LIII. ad Jubajanum Epiſtola

(1) Tom. *IV. Antiquitat. Chriſtianar. pag.* 327. *not.* 1. & *pag.* 435. *not.* 1. & 2. & *pag.* 548. *not.* 1. *ſq.* &. *Tom. V. P.* 1. *pag.* 260. *not.* 2.

(2) Loco ſupra indicato.

(3) Ut præter ceteros, Auctor *Hexaplor. Tomo VI. pag. 646. Edit. Amſtel. an.* 1721.

Digitized by Google

la (1) : „ Eccleſia, quæ una eſt, & ſuper „ unum, qui & claves ejus accepit, Do- „ mini voce fundata eſt. Hæc eſt una, quæ „ tenet, & poſſidet omnem Sponſi ſui, & „ Domini poteſtatem „. Jam hæc plus millies legi. Sed cognoſcendi ſtudio adductus peto, uti me doceas, quo ille modo *Eccleſiæ claves eſſe*, ipſaſque ab ea *poſſideri* putet? At id vos tacendo diſſimulatis. Quaſi vero ſi nos celetis, aſſequi ipſi per nos nequeamus, quid præſeferat Cypriani ſententia; præſertim cum ea tam clara, tamque perſpicua ſit, ut (diſſimules, utareque involucris licet quantum voles) implicari, involvi, obſcurarique non poſſit. Hoc enim S. Martyr Eccleſiæ dicit eſſe, quod conceſſum Sacris Paſtoribus eſt ad Eccleſiæ totius utilitatem. Paullo enim ante, quam ea, quæ proxime deſcripſimus, docuiſſet, ſic animadverterat: „ Petro primum Dominus, ſuper „ quem ædificavit Eccleſiam, & unde origi- „ nem inſtituit, & oſtendit, POTESTATEM ISTAM „ DEDIT, ut id *ſolveretur in cælis*, quod il- „ le *ſolviſſet in terris*. Et poſt reſurrectio- „ nem quoque ad Apoſtolos loquitur di- „ cens: *ſicut miſit me Pater, & ego mitto* „ *vos. Hoc cum dixiſſet inſpiravit, & ait* „ *illis: accipite Spiritum Sanctum, ſi cujus re-* „ *miſeritis peccata, remittentur illi: ſi cujus*

O „ *te-*

(1) Pag. 203. *T. II. Opp. Edit. Oxon. an.* 1682.

„ *tenueritis tenebuntur*. Unde intelligimus, „ NONNISI in Eccleſia PRÆPOSITIS, & in E- „ VANGELICA LEGE, AC DOMINICA ORDINATIO- „ NE FUNDATIS LICERE baptizare, ET REMIS- „ SAM PECCATORUM DARE. Nec hoc ſine „ Scripturæ Divinæ auctoritate proponi- „ mus, ut dicamus certa lege, ac propria „ ordinatione divinitus cuncta eſſe diſpo- „ ſita, nec poſſe quemquam contra Epi- „ ſcopos, & Sacerdotes uſurpare ſibi ali- „ quid, quod non ſit ſui juris, & poteſta- „ tis (1) „. Intelligis ne nonniſi PRAEPOSITIS, id eſſe poteſtatis datum, quod datum ante fuiſſet Apoſtolis? Jam ſi nonniſi PRAEPOSITIS non ergo *omnibus* collectim *membris Eccleſiæ*: Quare ſi eam inde poſſideri ab Eccleſia dixit, non alio quidem nomine dixerit neceſſe eſt, quam quo *Præpoſiti* iidem *in Eccleſia ſint*, & quo in iiſdem *Præpoſitis* ſit conſtituta Eccleſia(2), atque ipſi in Eccleſia poteſtate

(1) Ibid. *pag.* 201.

(2) Epiſt. XXXIII. Parte Opp. II. pag. 66. „ „ Dominus, *inquit*, noſter .. EPISCOPI HONOREM, & „ Eccleſiæ ſuæ rationem diſponens in Evangelio lo- „ loquitur, & dicit Petro: *Ego tibi dico, quia tu es* „ *Petrus, & ſuper iſtam Petram ædificabo Eccleſiam* „ *meam, & portæ inferorum non vincent eam, & tibi* „ *dabo claves Regni Cælorum* &c. Inde per temporum, „ & SUCCESSIONUM vices EPISCOPORUM ORDINATIO, „ & Ec-

te (1) ad utilitatem, ſalutemque ejus omnium membrorum polleant, & utantur. Ac *poteſtatem* ille quidem celebrat *Epiſcoporum* in Synodo Carthaginienſi, quos a Domino *præpoſitos in Eccleſiæ gubernatione* docet (2). Suffragium porro non improbat Epiſcopi Clari a Maſcula ajentis: „Manifeſta eſt ſententia Do„ mini noſtri JESU CHRISTI Apoſtolos ſuos „ mittentis, & ipſis SOLIS poteſtatem a Patre „ ſibi datam permittentis, quibus NOS ſucceſſi-



„ & Eccleſiæ ratio decurrit, ut Eccleſia SUPER EPIS„ COPOS CONSTITUATUR, & omnis actus Eccleſiæ per „ EOSDEM EPISCOPOS GUBERNETUR„. Hoc eſt, quidquid fit in Eccleſia, ab Epiſcopis, ut diſpoſitio poſtulat Evangelii, gubernetur.

(1) Hinc ſolvi IN ECCLESIA a Sacerdotibus delicta ait; non vero ait, ab omnibus collectim membris Eccleſiæ. *Epiſt. LVII. al LIV. pag.* 116., „ Dedit, (Dominus) „ ut *ligata* in *terris etiam in cælis ligata eſſent*; *ſolvi* „ autem poſſent illic, quæ hic prius IN ECCLESIA *ſolverentur*„. Et paullo poſt: „ Ut plebem etiam nobis „ de DIVINA DIGNATIONE COMMISSAM exhortationibus „ noſtris paremus, & omnes omnino milites Chriſti, „ qui arma deſiderant, & prælium flagitant, intra „ CASTRA DOMINICA COLLIGAMUS; neceſſitate cogen„ te cenſuimus, eis, qui de Eccleſia Domini non „ receſſerunt, ſed pœnitentiam agere non deſtite„ runt, PACEM DANDAM ESSE, & eos ad prælium, quod „ imminet, armari, & inſtrui oportere &c. „ Confer præterea quæ ſcribit Epiſt. *LIX. ad Cornelium*, *al LV. pag.* 126. *ſqq.* & *pag.* 129. quæ legi volo.

(2) Pag. 229. Parte I. Opp.

„ ceſſimus , EADEM POTESTATE Eccleſiam „ Domini gubernantes „ (1). Quibus verbis quid clarius expeti poſſit, non video. Non deſunt alia ſeculi tertii monumenta generis ejuſdem. Afferrem equidem. Sed non eſt opus; nec eſſe longior volo, rei non neceſſariæ cauſſa: Quod ſi afferrenda putaris, certum habeto, eſſe me tibi continuo ſatisfacturum. Nunc ad ea, quæ quarti ſunt ſeculi, propero. Teſtor autem, nullum me ejus ætatis Doctorum orthodoxorum factum, ſcriptumve offendiſſe, quod tuæ ſententiæ præſidio eſſe poſſit. At reperiſſe Launoium, Queſnellique ſymmyſtas dices. Ego vero quam iſta ſint ab inſtituto, quæſtioneque noſtra aliena, poſt videro. Interea patere, tibi ut prædicam; nihil te acturum Patrum teſtimoniis, in quibus *Eccleſia* tantum commemoretur. Noſti enim, quam variis modis uſurpari vox iſta ſoleat. Itaque ſi cupis vincere, iis locis ejus temporisScriptorum utare neceſſe eſt,ex quibus aut ſatis explicate conſtet, aut argumentatione certa concludatur, vel *omnibus collectim orthodoxis*, non autem *ſolis Sacerdotibus* ineſſe *ligandi*, *ſolvendique* poteſtatem; vel poteſtatem ipſam, ejuſve *uſum*, aut *exer-*

*citium*

(1) Cap. LXXIX. Synodi ejuſdem. Carthag. an. 256. habitæ *pag*. 241. *ſq*.

*citium* a *membris* iiſdem *collectim omnibus committi* Pontifici, & Epiſcopis ceteris, ſecundique ordinis Sacerdotibus. Nam huc noſtra omnis revolvitur quæſtio. Sic autem confirmo tibi, nullum te prorſus locorum iſtiuſmodi reperturum. Neque enim Tractatorum quarti &c. ſeculorum aut dictum ullum, aut exemplum exſtat, ex quo intelligi poſſit, omnes *collectim* Chriſtianos Sacerdotes, Laicos, Mares, Feminas habuiſſe umquam, vel habere potuiſſe in Eccleſia una ſimul docendi, judicandi de doctrina, ferendæ excommunicationis, remittendorumve criminum, aut retinendorum locum. Immo vero multa vetuſtatis eſſe monumenta, eaque certiſſima, atque graviſſima novimus, quæ plane efficiant feminas, laicoſque e coetu non modo remittentium, ac retinentium peccata, non modo cenſuras ferentium, non modo judicantium, ſed etiam docentium excludi oportere. Quod ſi non ſolis Sacerdotibus, ſed membris collectim omnibus Eccleſiæ poteſtas clavium divinitus data eſſet, in iiſque propterea, ut tute exiſtimas, reſideret; qua demum, oro te, poteſtate pars tam magna corporis Eccleſiæ (cujuſmodi ea eſt, quam laici cum feminis una conſtituunt) mulctaretur divinitus accepto jure, exque remittentium, retinentiumve peccata, ex judicum, ex docentium ſerie excluderetur?

Profecto in rebus publicis, quarum membris collectim *omnibus* poteſtas competit, injuriam ſibi fieri populus merito diceret, ſi Senatus omnem ſibi deliberandi, ſciendi, ſanciendi auctoritatem aſſumeret, nullo in judiciis, inque conſtituendis magiſtratibus loco relicto plebi. Non ſum neſcius, eo te confugere denique, ut collectionem membrorum omnium Eccleſiæ (cum hæc *perſona* aliqua non ſit) exercere per ſe poſſe neges *ligandi*, *ſolvendique* poteſtatem; eamque proinde collectionem *membrorum omnium* id poteſtatis genus Sacerdotibus ad *exercendum committere*. Verumtamen 1°. affer, ſi potis es, teſtimonium veterum, exemplumve aliquod, unde concludi iſta *commiſſio*, efficique poſſit. Sed hoc tu fruſtra, ut ante monui, in Patrum monumentis quæres. 2°. Quis tam eſt imperitus Chriſtianæ antiquitatis, ut neſciat, ex majorum auctoritate plane conſtare, non ab *omnibus collectim Eccleſiæ membris*, ſed a ſolis Epiſcopis conſtitui Sacerdotes; adeoque non ab omnibus item membris, ſed conſtitutione, impoſitioneque manuum Epiſcopali tradi Sacerdoti divinitus clavium auctoritatem? 3°. Quod me haud ſemel animadvertiſſe memini, ſi collectio omnium Eccleſiæ membrorum, quoniam perſona non eſt, *exercere* per ſe *ligandi*, *ſolvendique poteſtatem* nequit; quo tandem modo, cum per-

perſona non ſit, *committere* cuiquam *uſum* poteſtatis ejuſdem poterit? Nam ut *actio* eſt *exercitium*, ſic in *actionibus* eſt item numeranda *commiſſio*. Itaque ſi quia *exercitium* poteſtatis eſt *actio*; & *collectio membrorum Eccleſiæ omnium* non eſt *perſona*, ideo *collectio* ipſa *exercere* poteſtatem non poteſt; qua te ratione induces, ut cenſeas, *committi* ab ea collectione quidquam alicui poſſe, etſi *commiſſio* perinde *actio* ſit, neque ſit *perſona* ipſa *collectio*? Egregiam tu nobis *omnium collectim* Eccleſiæ *membrorum* clavium poteſtatem narras, quæ data eſſe *membris* ipſis *collectim omnibus* nullo monumento oſtendi; nulloque modo a *membris* iiſdem *collectim omnibus exerceri*, *committive* poſſit! Ac de monumentis quidem quarti Seculi age, facito periculum. In Synodo Eliberitana, quæ paulo poſt ejuſdem ſeculi initium habita fuit, ſoli Sacerdotes Dei, ipſi per ſe, nulla ſibi a membris Eccleſiæ *collectim* omnibus commiſſione, aut poteſtate facta, in unum congregati locum, de lapſis cujuſvis conditionis atque ordinis, de pœnitentibus, de jejuniis, de ſacris imaginibus &c. nemine laicorum in cœtum judicantium admiſſo, ſtatuerunt (1). Haud ſecus factum video in

 Ro-

(1) Confer *Tom. I. Concilior. pag. 247. ſqq. Edit. Pariſ. an. 1714.*

Romana an. 313. (1) & in Arelatenſi an. 314. (2) Atque id quidem poteſtatis ſacrorum Præſidibus Conſtantinus Auguſtus, dogmata orthodoxæ fidei edoctus, divinitus attributum confeſſus eſt. Quod ſi importunitate victus Donatiſtarum, de Cæciliani Carthaginienſis Antiſtitis cauſſa, poſt eas Synodos, cognovit, fecit id quidem conciliandæ publicæ pacis gratia, ſed fecit veniam deinceps ab Epiſcopis petiturus, quod iis ſe judiciis implicare non dubitaſſet, quæ propria ipſorum divina inſtitutione eſſent (3). At *Hexaplo.*

(1) Confer S. Optatum Milevitanum lib. I. *De Schiſmate Donatiſtarum cap. XXIII. ſqq. pag.* 22. *ſqq. Edit. Antuerp. an.* 1702. & S. Auguſtinum Epiſtola *XLIII. al LXII. cap. V. n.* 16. *pag.* 72. *Tom. II. Opp. Edit. Antuerp an.* 1700. & *Brevic. Collationis cum Donatiſtis cap. XVII. ſq. n.* 31. *ſqq. pag.* 389. *ſqq. Tom. IX. Opp. Edit. ejuſd.*

(2) *Tom. I. Concilior. Edit. Paris an.* 1714. *pag.* 263. „ Domino Sanctiſſimo Fratri Silveſtro Marinus, vel cœtus Epiſcoporum, qui adunati fuerunt in oppido Arelatenſi ... QUID DECREVERIMIS communi conſilio, caritati tuæ ſignificavimus, UT OMNES SCIANT, QUID IN FUTURUM OBSERVARE DEBEANT &c. „ Et in celebri Epiſtola ad Silveſtrum *pag.* 261. *ſq.* „ Utinam, Frater dilectiſſime, ad hoc tantum ſpectaculum intereſſe tanti feciſſes. Profecto credimus, quia in eos (*Donatiſtas*) SEVERIOR FUISSET SENTENTIA PROLATA, & TE PARITER NOBISCUM JUDICANTE, cœtus noſter majore lætitia exultaſſet &c. „.

(3) Conſtantinus Imperator (apud Optatum Mi-

*xaplorum* Scriptorem imitatus, eſſe quiddam in

Milevitanum *lib.* 1. *de Schiſmate Donatiſtarum cap. XXIII. pag.* 22. ) ſic Donatiſtis Epiſcopis reſpondit : „ *Petitis a me in ſeculo judicium* , cum ego ipſe „ Chriſti judicium expectem „ ? Ad quæ verba Dupinius : „ Obſtupuerat , inquit , ( *Imperator*) quod ab „ Epiſcopis judices ab laicis peterentur „ . S. Au„ guſtinus *Epiſt. XLIII. al LXII. cap. VII. num.* 20. „ *pag.* 73. „ Neque auſus eſt, *inquit* , Chriſtianus Im„ perator ſic ( *Donatiſtarum* ) tumultuoſas , & falla„ ces querelas ſuſcipere , ut de judicio Epiſcoporum „ qui Romæ ſederant , ipſe judicaret ; ſed alios , „ ut dixi , Epiſcopos dedit , a quibus tamen illi ad „ ipſum rurſum Imperatorem provocare maluerunt , „ qua in re illos quemadmodum deteſtetur , audiſtis. „ Atque utinam ſaltem , .. ut eis ipſe ceſſit, ut de illa „ cauſſa poſt Epiſcopos judicaret , A SANCTIS ANTI„ STITIBUS VENIAM POSTEA PETITURUS , dum tamen „ illi , quod ulterius dicerent , non haberent , ſi ejus „ ſententiæ non obtemperarent , ad quem ipſi pro„ vocaverant; ſic & illi aliquando cederent veritati „ . Vide Conſtantini Epiſtolam ad Chreſtum Syracuſanum Epiſcopum *Tom. I. Concilior. Edit. ejuſd. pag.* 262. quo loco deteſtatur Donatianos , quod nollent : *τῇ ἤδη ἐξενεχθείσῃ κρίσει συντίθεσθαι prolato jam* judicio *acquieſcere* . Et Epiſt. *ad Epiſcopos Catholicos ibid. pag.* 268. ubi „ : Meum , *inquit* , judicium ( DONA„ TISTAE ) poſtulant , qui ipſe judicium Chriſti ex„ pecto . Dico enim , UT SE VERITAS HABET : SACERDOTUM JUDICIUM ITA DEBET HABERI , AC SI IPSE DOMINUS RESIDENS JUDICET . . Quid igitur ſentiunt ma„ ligni homines , officia , ut vere dixi , diaboli ? Per„ quirunt ſecularia , relinquentes CAELESTIA . O ra„ bida

in Actis Synodi Arelatenſis (1), dices, quod conturbet, quo mihi minus aſſentiare. Nam ejus Synodi Patres hæc in Donatiſtas ad Silveſtrum Pontificem ſcripſere (2): „ Judice „ Deo, & MATRE ECCLESIA, quae ſuos novit, „ & comprobat, aut damnati ſunt, aut re„ jecti „. Verum heic ego, Febroni, nominari, *Eccleſiam* video; omnia *autem membra collectim Eccleſiæ* nominari, non item video. Atqui hoc tibi poſtremum, ut conventum eſt, oſtendendum erit. Sed eja, conſideremus, qua ſignificatione Synodus *Matrem Eccleſiam* judicem in Donatiſtas fuiſſe dicat. Principio *Eccleſia Catholica* omnium noſtrum mater in ea Synodo *repreſentative*, ut ajunt, judex non fuit. Nam cum Synodus eadem non fuerit œcumenica; exhibere certe, ſeu reprae-

„ bida furoris audacia! Sicut in cauſſis gentium fieri ſolet, appellationem interpoſuerunt. Quid hi „ detractores legis, qui renuentes CAELESTE JUDICIUM, „ meum putaverunt poſtulandum, ſic ſentire de „ Chriſto Salvatore „. Idem ſic eſt alloquutus Patres Nicænæ Synodi, ut eſt apud Gelaſium Cyzicenum *in Volum. Actor. Concil. Nicæni lib. II. Cap. VIII. pag.* 383. *Tom. eod. I. Concilior.* τοῦ θεοῦ ὑμᾶς προχειρισαμένου ἱερεῖς τε καὶ ἄρχοντας κρίνειν τε καὶ διακρίνειν τὰ πλήθη. κ. τ. λ. *Deo vos preſtituente Sacerdotes*, ac *Principes ad dijudicandum*, & *judicandum multitudines* &c.

(1) Loco ſupra indicato.

(2) Tomo I. *Concilior. pag.* 285. *Edit. Pariſ. an.* 1714.

praeſentare *Eccleſiam univerſam*, te etiam confitente (*1*), non potuit. Deinde dici abs te nequit, judicem in ea Synodo fuiſſe Eccleſiam ſparſam per terrarum orbem univerſum. Cum enim, te auctore, Eccleſia ſparſa per terram orbem univerſum actu omni jurisdictionis careat (2); judicare profecto, ſi tibi conſtes, non potuit. Neque vero ad conſenſionem confugies Epiſcoporum, qui ſparſi per orbem eſſent; cum a ſparſis per orbem Epiſcopis Eccleſiam ipſam repreſentari inficiere (3); qua ex tua ſententia plane eſt conſequens, Matrem Eccleſiam non fuiſſe in ea Synodo judicem. Quare non eſt, cur tibi provocandum ad eam Synodum eſſe, arbitrere. Quonam igitur modo, inquies, Synodus *Matrem Eccleſiam* vocat judi-

(1) Vide Febronium Tom. I. Cap. VI. *p.* 343. 350.

(2) Febron. ibid. pag. 333. „ Eccleſia, *inquit*, „ ut diſperſa nullum actum juriſdictionis exercere „ poteſt, nec aliquid ſententialiter definire, & ſic in- „ fallibilitas in definiendo ei convenire debet, ut con- „ gregatæ „ : & pag. 331. „. Ultimatum, & a divini- „ tate participans inerrantiæ privilegium non tam „ ſingulis, quam corpori, atque adeo OECUMENICIS „ CONCILIIS RESERVATUM videtur „.

(3) Febron. Ibid. pag. 345. „ Negamus, *in-* „ *quit*, hoc (*corpus nempe Eccleſiæ*) EXTRA CONCI- „ LIUM (*de œcumenico loquitur*) conſtitui, aut LEGITI- „ ME REPRAESENTARI A PAPA, & SOLIS EPISCOPIS „.

dicem. Iſtuc veniebam. Nam id poſtremo loco explicare ſtatueram. Igitur ſic habeto: Patres ejus Synodi; doctrinæ ſacrorumque colligatione, Epiſcopis Catholicis omnibus, ideoque *unitatis vinculo Matri Eccleſiæ* (1) *Catholicæ* fuiſſe conjunctos. *Epiſcopis Catholicis omnibus* dico; ut enim quiſque *Antiquitatum Chriſtianarum* peritus novit, *unitatis Catholicæ vinculum*, quod ſub aſpectum cadit, commercio in rebus ſacris, & communicatoriis litteris nectebatur Epiſcoporum, qui Petri Cathedræ, ſeu Romano Pontifici adhærerent, a quo *veneranda communionis jura dimanant* (2). Itaque cum

(1) Synod. Arelat. Epiſt. ad Silveſtrum Papam *Tom. I. Concilior. pag.* 262. „ Communi, *inquiunt*, „ copula caritatis, & UNITATIS MATRIS ECCLESIAE „ CATHOLICAE vinculo inhærentes, ad Arelatenſem „ civitatem paſſini Imperatoris voluntate adducti, „ inde te glorioſiſſime Papa commerita reverentia „ ſalutamus. Ubi graves, ac pernicioſos *legi* noſtræ „ ATQUE TRADITIONI, effrenatæque mentis homines pertulimus, quos & Dei noſtri præſens auctoritas, & TRADITIO, ac REGULA VERITATIS ita „ reſpuit, ut nulla in illis aut dicendi ratio ſubſiſteret, aut accuſandi modus ullus, aut probatio conveniret. IDEO JUDICE DEO, & MATRE ECCLESIA, „ quæ ſuos novit, & comprobat, aut damnati ſunt, „ aut repulſi &c „.

(2) Confer S. Irenæum *Lib. III. Contra Hæreſes Cap.*

cum Arelatenſes hoc pacto *unitatis vinculo Matri Eccleſiæ* ſeſe junctos agnoſcerent; Epiſco.

*Cap. III. pag.* 173. *Tom. I. Edit. Venetæ an.* 1734. S. Cyprianum *Epiſt. XLVIII.* quæ *Tomo I. Epiſtolar. Romanorum Pontificum* in *Cornelianis eſt IV. n. III. pag.* 132. *Edit. Pariſ. n.* 1721. quo loco *litteras factas* ( inquit, Cornelium Pontificem alloquens ) ut TE „ UNIVERSI COLLEGAE NOSTRI, ET COMMUNICATIONEM „ TUAM, IDEST CATHOLICAE ECCLESIAE UNITATEM „ PARITER, ET CARITATEM PROBARENT FIRMITER, „ ac TENERENT „. Ad hunc Cypriani locum reſpexiſſe Arelatenſes videntur. Conſule præterea Euſebium *Lib. IV. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Cap. XXII. pag.* 155. ubi de Hegeſippo agens ſic habet: „ cum Romam proficiſceretur, plurimos Epiſcopos adiit, & τὴν αὐτὴν „ παρὰ πάντων παρείληφε διδασκαλίαν, *& eamdem ab* „ *omnibus audivit doctrinam* „. Vide etiam Optatum Melivetanum *Lib. II. de Schiſmate Donatiſtarum cap. III. p.* 31. *ſq. Edit. Antuerp. an.* 1702. quo loco: „ Cathedram, *inquit*, ſedit prior Petrus ... Siricius hodie, qui noſter eſt ſocius, CUM QUO NOBISCUM TOTUS ORBIS commercio formatarum in „ una communionis ſocietate concordat „: & S. Ambroſium Epiſt. XI. nomine Concilii Aquilejenſis ad Imperatores ſcripta, n. IV. pag. 850. *Tom. III. opp. Edit. Venetae an.* 1751. qui Damaſi Pontificis cauſſam adverſus Urſicinum invaſorem Epiſcopatus Romani differens; totius *Romani Orbis Caput* vocat Romanam Eccleſiam, *indeque*, inquit, *in omnes venerandae Communionis jura dimanant*. S. Hieronymus in *Epiſt.* quæ eſt X. in ſerie Epiſtolar. S. Damaſ. n. II. *Tom. I. Epiſt. Romam. Pontific. pag.* 546. „ Beatitudini, *inquit*, „ tuæ ( *Damaſe* ), ideſt Cathedræ Petri, communione „ con-

piſcoporumque totius terrarum Orbis Sedi Apoſtolicæ in rebus ſacris participum communem eam eſſe, ac perpetua conſtantique traditione fultam doctrinam crederent, quam in judicando ſequuti fuerant; hinc ſuum judicium eſſe judicium Eccleſiæ putarunt, eamque ob rem Matrem Eccleſiam dixerunt judicem. Niſi vero hæc illorum fuiſſet ratio, quæ eſſe quiverit alia, ne fingere quidem poteris. Neque enim Synodus œcumenica ulla celebrata ante illa tempora fuerat, ex qua Patres Synodi ejuſdem Arelatenſis Matris Eccleſiæ univerſæ doctrinam poſſent pernoſcere. Quod ſi ab *omnibus prorſus membris* Chriſtianæ ſocietatis eam voluiſſent diſcere; rogaſſent, quæſiviſſent, perveſtigaſſent aliquamdiu fortaſſe; at aſſequi certe nequiviſſent. Quo enim modo aut colligere omnia eadem membra, cogereque in locum unum potuiſſent; aut ipſa ſingulatim interrogare? Age vero ſi ea Matris Eccleſiæ Catholicæ doctrina eſt, quam adhaerentes Apoſtolicæ Sedi, ſparſique per orbem Epiſcopi retinent, ac tradunt: ſi etiam quod Antiſtites ipſi ſparſi in eamdem ſententiam

---

„ conſocior. Super illam Petram aedificatam Eccleſiam „ ſcio. Quicumque extra hanc domum agnum co„ mederit, profanus eſt ... Quicumque tecum non „ colligit, ſpargit &c „.

tiam conſpirantes docent, & judicant, id adſcribitur judici Matri Eccleſiæ Catholicæ; ecquid erit, rogo te, conſequens, niſi, ut Epiſcopi ſparſi per terrarum orbem, quorum ſit cum Capite concors de religione ſententia, Eccleſiam ipſam Catholicam exibeant, quod tu tamen negas? Atque de Arelatenſi quidem Synodo hactenus. Epiſcopi Synodorum Ancyranæ, & Neocæſarienſis an. 314. de rebus Eccleſiaſticis ſuapte auctoritate (1) ſtatuerunt. Epiſcoporum item de rebus Eccleſiæ dijudicandis jus eſſe, Patres Synodi Alexandrinæ an. 321. aperte indicarunt. Atque hi ſatis ſibi putarunt fore, ſi Epiſcopos diſperſos per terrarum orbem aſſenſores habuiſſent decretorum, & doctrinæ ſuæ. Itaque ad ſolos Epiſcopos, ut ad Magiſtros Eccleſiarum, ab Alexandro litteras dari voluerunt adverſus Arium, ut ex Litteris quoque intelligitur, quæ extant in I. Volumine Operum Athanaſii poſt Hiſtoriam Arianorum ad Monachos *pag.* 397. Alexander autem non tam fuſe ad eoſdem Epiſcopos ſcripſit, quod abſurdum exiſtimaret διὰ πλειόνων διδασκάλους ὁμόφρονας ὑπομιμνήσκειν *pluribus Magi-*

*ſtros*

(1) Vide Synodi Ancyranæ Canones, in primis XII. ſeu *XIII.* & *XVIII. Tom. I. Concilior. Edit. Pariſ.* an. 1714. pag. 275. ſqq. Confer item Canones Synodi Neocæſar. *Ibid. pag.* 281. *ſeqq.*

Digitized by Google

*ſtros idem ſentientes admonere* (1). Idem oſtenſurus Paulum Samoſatenſem hæreſeos reum irrefragabili judicio damnatum) ejectumque ab Eccleſia fuiſſe, memorat τὴν κρίσιν τῶν ἁπανταχοῦ ἐπισκόπων *judicium omnium ubique Epiſcoporum* (2). Neque id ignorabat factio Arianorum, qui proinde pacem ſe ab Epiſcopis petere ſimulabant, revera autem id enitebantur, ut *aliquos* ſaltem eorum *in ſui morbi contagionem pertraherent*, καὶ στωμυλώτερα γράμματα *blandiores litteras* ab iiſdem extorquerent, quas ſuis ſymmyſtis legerent, quaſi συμψήφους αὐτοῖς, καὶ ὁμόφρονας ἔχοντες ἐπισκόπους, *idem ſecum ſentientes, judicanteſque Epiſcopos haberent* (3). Quin etiam Euſebius Cæſarienſis (4), Hoſius Cordubenſis (5), Dionyſius Mediolanenſis, Euſebius

(1) *In* Epiſt. Synodica *Tom. I. Concilior. Edit. Pariſ. an.* 1714. *pag.* 302.

(2) *Ibid.*

(3) Alexander Alexandrinus *ibid.* pag. 298.

(4) Vide hujus orationem *de Ædificatione Eccleſiarum lib. X. Hiſtor. Eccleſ. cap. IV.* pag. 416. *Edit. Taurin. & pag.* 425. *& lib. I. de Eccleſiaſtica Theologia contra Marcellum Ancyranum Cap. XIV. pag.* 75. *& lib. contra eumdem Marcellum I. cap. I. pag.* 1. *ſq. & cap. IV. pag.* 18. *Edit. Colon. an.* 1688.

(5) Hic in *Epiſt.* ad *Conſtantium Imperatorem*, apud *Athanaſium in Hiſtor. Arianor. ad Monachos n.* 44. *pag.* 371. *Tom. I. P. I. Opp. Edit. Pariſ. an.* 1698. Eccleſiaſticam poteſtatem omnem Sacrorum Præſidibus divinitus creditam ſcribit.

ſebius Vercellenſis, Lucifer Calaritanus, Paulinus Trevirenſis (1), Liberius P. M. (2), Athanaſius Alexandrinus (3), Hilarius Pictavienſis (4), quem ſane, qua confidentia, neſcio; at ſibi tamen patronum Queſnelli aſſecla Hexaplorum Scriptor adſciſcere non

P ve-

(1) De his confer Athanaſium Ibid. *num.* 33. *ſq. pag.* 363. *ſqq.*

(2) Adeundus Athanaſ. Ibid. *n.* 36. *pag.* 365. *ſq.*

(3) Athanaſ. *Ibid. n. XI. pag.* 350. *n. XV. pag.* 352. *& n. LI. pag.* 375. *& n. LII. pag.* 376. quo loco *judiciis Epiſcoporum* laicos nullo modo immiſceri oportere ait, eademque judicia Epiſcoporum *judicia Eccleſiæ* vocat; non quo commiſſum judicandi munus Epiſcopis ab omnibus membris collectim Eccleſiæ eſſet; alioquin cur, ſi collectioni Epiſcoporum collectio item Laicorum immiſceri voluiſſet, id paſſi non fuiſſent Patres, ut ex Athanaſii numero eodem, ſuperioribuſque perſpicitur? ſed quo quid utile Eccleſiæ obſervatu eſſet, Præſides Eccleſiarum proponerent, cuſtodirique præſcriberent. Sexcenta ſunt Athanaſii generis ejuſdem loca. Idem in Epiſtola ad Dracontium n. II. pag. 269. ut epiſcopalem dignitatem, ita auctoritatem conſtitutione, ſeu impoſitione manuum conferri indicat: & n. IV. & V. p. 265. ſq. datorem ejuſdem auctoritatis agnoſcit Deum.

(4) Fragm. I. *ex Opere Hiſtorico n. V. pag.* 1282. *Edit. Pariſ. an.* 1693. quo in loco vide, quantum ille auctoritatis tribuat judiciis Epiſcoporum. Confer præterea ejus librum *contra Conſtantium n. XV. pag.* 1250. *& num. XXVII. pag.* 1257. Auctor operis inſcripti: *Les Hexaples ſur la Conſtitution Unigenitus*, *Part.*

veretur ) Cyrillus Hieroſolymitanus, Grego-

*Part. XIV.* pag. 646. Tom. VI. Hilarium ſibi præviſſe jactat ajentem lib. *VI. de Trinit. pag.* 904. „ Hæc „ fides ( *quam confeſſus eſt Petrus* ) eſt fundamentum „ Eccleſiæ. Hæc fides cæleſtis Regni habet claves.. „ Sit fides alia, ſi Eccleſia alia eſt futura „. Animadvertit præterea, *fundari* a S. Doctore *unitatem fidei in unitate Eccleſiæ*. Verum non de unitate fidei, ſed de *ſubjecto* clavium poteſtatis noſtra omnis eſt quæſtio. Videndum proinde principio eſt, quas demum *claves*, ex Hilarii ſententia, fides ſecum ferat. Jam vero aut *poteſtatem ligandi, ſolvendique*; ſeu *remittendorum, retinendorumque* peccatorum affert fides, aut non affert. Si auctore Hilario non affert; ſed ei tantummodo, qui fide per caritatem operante polleat, aditus in cælum aperitur, id certe ad inſtitutum noſtrum non pertinebit, quemadmodum ne illud quidem pertinet, quod ſcribit Gregorius Nyſſenus *Homil. XII. in Cantica Canticor. pag.* 648. *T. I. Edit. Pariſ. an.* 1638. τὸ κλεῖθρον ἐγχειρίζει τῆς κατὰ πέτρον ὁ λόγος. δὶ ἀμφοτέρων τούτων ἀνοίγει τόινυν δὶ ἑκατέρων ἑαυτῇ τῆς βασιλείας τὴν θύραν, διά τε τῶν χειρῶν δὶ ὧν τὰ ἔργα δηλοῦται, καὶ διὰ τοῦ κλεῖθρου τῆς πίστεως. δὶ ἀμφοτέρων γὰρ τούτων, ἔργων τε καὶ πίστεως, λέγω, ἡ κλεὶς τῆς βασιλείας ἐν ἡμῖν ὑπὸ τοῦ λόγου κατασκεβάζεται. *Clavem dat, quæ ſecundum Petrum eſt, Verbum. Aperit autem ſibi oſtium regni ipſa per hæc duo, nimirum per manus, per quas opera ſignificantur, & per clauſtrum fidei. Nam per hæc duo, per fidem, inquam, & opera clavis regni nobis a Verbo paratur*: Sin autem ab Hilario *ligandi*, atque *ſolvendi*; ſeu *remittendorum, retinendorumque peccatorum; judicandarum controverſiarum fidei, & Eccleſiæ; ac excom-*

gorius Nazianzenus (1), Gregorius Nyſſe-
P 2 nus

---

*communicandorum* ſontium, eorumdemque, dum reſipuerint, recipiendorum poteſtatem, Hexaplorum Auctor indicari putat; eo demum redigetur, ut contra dogma orthodoxæ Religionis, & contra Hilarii doctrinam, cuique fideli id genus poteſtatis ineſſe coactus dicat. Nam ſi quia in Eccleſia, ſeu in membris collectim omnibus ſocietatis chriſtianæ fides eſt, collectim membris iiſdem omnibus hoc genus poteſtatis ineſt; cum ſit quoque in ſingulis fidelibus fides, ſingulis profecto fidelibus idem inerit poteſtatis genus, quod plane erratum eſt Proteſtantium. Hilarius autem id poteſtatis Sacerdotio, & Apoſtolatui tribuit, ut ex locis paulò antea indicatis, exque hoc ipſo lib. VI. de Trinitate loco n. *XXXVII. pag.* 904. liquet. Nam Arianum reprehendens Hilarius: *Petrus*, inquit, *confeſſus eſt Chriſtum Filium Dei, at mihi tu hodie novi Apoſtolatus mendax Sacerdotium ingeris* &c. *n. XXXVIII. p.* 905. *Sit fides alia*, ſi ALIUS APOSTOLATUS LIGATA, & SOLUTA PER SE LIGANS IN CÆLO, ATQUE SOLVENS. Hæc Hexaplorum Scriptor omiſit, diſſimulavitque præterea, quæ ab Hilario tradita *cap. XVI. n. VII. Commentarior. in Matth. pag.* 690. quæque adnotata *ibid.* a Couſtantio ſunt *not. e.* Confer item Hilar. Tract. in *Pſalm. CXVIII. n. XII. pag.* 240. & in *Pſalm. CXXXVII. n. XXXIX. p.* 520. *Fragm. II. Hiſtoric. n. XVIII. pag.* 1295. Sed de Hilario alias. Vide S. Cyrilli Catech. XIV. *n.* XXII. *pag.* 216. & Cateh. XVII. *n.* XXVII *pag.* 277. & Cat. XVIII. *n.* XXIV. *p.* 296. & *Adnotat.* 3. ibid. Touteei *Edit. Pariſ. an.* 1720.

(1) Orat. I. pag. 31. T. I. Edit. Colon. an. 1690. & p. 37. & *Orat.* IX. *pag.* 158. & *Orat.* XVII. *p.* 271. & alibi.

nus (1), Baſilius Magnus Cæſareenſium in Cappadocia Epiſcopus, cujus teſtimonio e Cap.22.*Conſtit.Monaſt.*abutuntur ii,quibus in fidem permiſiſti lectores tuos. Eſt is locus hujuſmodi: πᾶσι τοῖς ἐφεξῆς ποιμέσι, καὶ διδασκάλοις τὴν ἴσιν παρέχοντος ἐξουσίαν, καὶ τούτου σημεῖον, τὸ δεσμεῖν ἅπαντας ὁμοίως, καὶ λύειν ὥσπερ ἐκεῖνος (ὁ πέτρος).
„ Omnibus deinceps Paſtoribus, ac Magi-
„ ſtris *parem* poteſtatem tribuit. Et hujus
„ rei ſignum eſt, quod omnes ſimiliter at-
„ que ille (Petrus) ligent, ac ſolvant (2) „.
Atqui

(1) *Homilia in eos, qui alios acerbe judicant. Tom.* II. *pag.* 134. & *Vit. Greg. Thaumat. pag.* 544. *Tom.* III.

(2) Num. v. pag. 573. Tom. II. Opp. Edit. Pariſ. an. 1722. Scio ab Interprete latino Baſilii vocem ἴσην in *eamdem* verti. At ἴσην, *parem*, *æqualem*, *ſimilem* indicat, non *eamdem*. *Parem* autem *omnino* poteſtati Petri omnibus *Paſtoribus* poteſtatem datam Baſilius nuſquam indicat. Immo teſte Baſilio, Petrus non ſolum Presbyteris, Epiſcopiſque, ſed πάντων μὲν τῶν μαθητῶν προκριθεὶς, μόνος δὲ πλείων τῶν ἄλλων μαρτυρηθεὶς, καὶ μακαρισθεὶς ὁ τὰ κλεῖς τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν πιστευθεὶς: *omnibus* etiam *diſcipulis prælatus*, *ſolus* PLUS CETERIS *teſtimonio commendatus*, *&* *beatificatus*, *claves regni caelorum in fidem ſuſcepit ſuam*. Vide *Prooem. de Judicio Dei n.* VII. *pag.* 221. *Tom. eod. II. Operum*. Confer etiam Baſilii Lib. II. *adverſus Eunomium n.* IV. *pag.* 240. *Tom. I.* Quid? An is, cui plus ceteris teſtimonium perhibetur, qui plus ceteris beatificatus a Chriſto eſt, & qui claves accepit in fidem, præter nomen nihil plus ceteris aſſequutus eſt poteſtatis?

Atqui eſt hoc quantum quantum inimicum tibi. Nam ſi Paſtoribus ſolum, Magiſtriſque data eſt a Chriſto ligandi, ſolvendique poteſtas ei *ſimilis*, qua Petrus potitus fuit; non ergo data eſt univerſe, collectimque *omnibus membris* Eccleſiæ. Verum non habet, inquies, τὸ *ſolum* Baſilius. Heic quidem non habet: fateor. Habeatne porro alibi, nec ne, mox videro. Interea fateare neceſſe eſt, ſolos heic *Paſtores*, *Magiſtroſque* commemorari; *membra* vero *collectim omnia*, non item. Eum autem Baſilii locum jactare, in quo Paſtores, Magiſtrique, hoc eſt Præſides cœtuum chriſtianorum ſatis explicate commemorentur (*membrorum omnium collectim* Eccleſiæ nulla prorſus mentione facta); eum, inquam, locum adducere, ut efficias, non Paſtoribus modo, ſed omnibus etiam membris Eccleſiæ poteſtatem ineſſe *ligandi*, atque *ſolvendi*, quinam umquam, obſecro te, canones dialecticæ facultatis ferent? Quid? Si ex loco illo Baſilii ſolis *Paſtoribus*, *Magiſtriſque*, præterea autem nemini prorſus quacumque ratione ſpectetur, eam poteſtatem tributam fuiſſe demonſtrari poſſit? Nam ſi Paſtoribus,

P 3

tis? Quid hoc eſſet laudis, ex quo nulla amplior poteſtas concluderetur, niſi ludicrum quidpiam, atque inane?

bus, Magiſtriſque ita collatam ſcribit, ut ceteris omnibus parendi onus impoſitum, non auctoritatem jubendi datam confirmet; ſolis certe Paſtoribus, Magiſtriſque eamdem auctoritatem ineſſe putarit (1), neceſſe eſt. Illud quoque accedit commodum, quod argumentum poteſtatis reſidentis in Paſtoribus hoc eſſe Baſilius dicat, quod hi adhibeant τὸ δεσμεῖν ἅπαντας ὁμοίως, καὶ λύειν, ſeu τὸ *ſolvere ſimiliter, & ligare,* ut ſolvebat, ligabatque Petrus. Etenim *membra collectim omnia* Eccleſiæ neque *ſolvunt,* neque *ligant;* cum, teconfitente, *perſona* non ſint; atque *ſolvi*, vel *ligari* quidquam, niſi a *perſona* non poſſit. Non ergo *membris collectim omnibus* Eccleſiæ id genus poteſtatis ineſſe dicendum eſt, cum ſigno poteſtatis ejuſdem careant, cujus quidem unius ſigni ille Antiſtes meminit. Sed de hoc Baſilii loco hactenus. Quamquam animadvertas volo, iis teſtimoniis Patrum uti plerumque duces, patronoſque tuos ſolere,

(1) *Conſtitut. Monaſticar. cap.* XXII. *n.* V. *pag.* 573. *T.* II. *Ut igitur oves*, inquit, *obtemperant Paſtori, ita ii, qui ſecundum Deum Aſcetæ ſunt, Præfectis obſequi debent* &c. At Baſilius heic de poteſtate ligandi, ſolvendique minus proprie agit. Nam hanc tribuit Abbatibus, quos certe, ſi Præsbyteri non ſint, aut Epiſcopi, poteſtate, uſuque ligandi, atque ſolvendi *proprie* carere, ne Febronius quidem negat.

re, quæ ipſorum doctrinis non modo conſentanea non ſint, ſed plane etiam contrarii. Nunc attende, quid aliis item in locis Baſilius ſtatuat. Epiſcopos ille non ab *omnibus collectim Eccleſiæ membris* uſu, auctos poteſtatis clavium; ſed παρὰ τοῦ θεοῦ τεταγμένους (1), a *Deo conſtitutos*, ipſiſque ſuas Eccleſias παρὰ τοῦ κοινοῦ δεσπότου a *communi Domino*(2) creditas eſſe ſcribit. Itaque Amphilochium Epiſcopum creatum Iconienſium alloquens: *Age*, inquit, *viriliter*, *& prai populo* ὃν ἐπίστευσε τῇ δεξιᾷ σοῦ ὁ ὕψιστος, *quem credidit dexteræ tuae Altiſſimus* (3). Quin etiam Epiſcopis ipſis ineſſe ligandi, ſolvendique, ſeu ab *Eccleſia* improbos ejiciendi poteſtatem affirmat (4); quod certe de *membris collectim omnibus* Eccleſiæ nuſquam affirmat. Ac de Baſilio quidem ſatis dictum eſt. Ceterorum porro Illuſtrium virorum, qui quarto eodem ſeculo in Eccleſia viguerunt, quotus quiſque fuit, qui clavium poteſtatis uſum a membris Eccleſiæ *collectim* omnibus in Epiſcopos derivatum dixerit? Nihil



(1) Baſilius *Epiſt.* XLII. ad *Chilonem.* al I. n. IV. *pag.* 128. *Tom.* III. P. I.

(2) Idem *Epiſt.* LXIX. *ad Athanaſium num.* I. *pag.* 371.

(3) *Epiſt.* CLXI. *ad Amphilochium al.* CCCXCIII. *n.* II. *pag.* 252.

(4) Epiſt. CCLXXXIX. *al.* CCXLIX. *pag.* 427.

profecto tale aut Julius I. (1) Pontifex Maximus, aut Sardicenſes Patres (2), aut Antiſti-

(1) Vide Julii ad *Orientales Epiſtolam*, *num.* IV. *ſqq. pag.* 359. *ſqq. Tom.* I. *Epiſtolar. Romanor. Pontific. Edit. Pariſ. an.* 1721.

(2) Can. IV. ſqq. pag. 639. an. 347. Atque hæc Synodus permiſſionem petendi Epiſcopi in plebe agnoſcit, Can. 2. p. 637. conſtituendi autem poteſtatem, non item. Quomodo enim hanc agnoſceret, ſi contra ferebat traditio? Certe S. Cornelius, cujus agendi ratio omnis commendata a S. Cypriano fuit, Epiſcopos quos ipſe aptos judicarat, manuum impoſitione conſtituit duos, hoſque in loca eorum miſit, qui conſecrare auſi fuerant Novatianum. Hoccine ille feciſſet, ſi jus plebi *uſum* poteſtatis *ligandi*, atque *ſolvendi* Epiſcopis committendæ eſſet? Profecto neque feciſſet ipſe; neque ſi feciſſet, Cyprianus, plebeſque illæ æquo animo ferendum putaſſent. Verba Cornelii ſunt in *Litteris* ad *Fabium Antiochenum* apud *Euſebium Lib.* VI. *Hiſt. Eccl. cap.* XXIII. *pag.* 271. τῶν λοιπῶν ἐπισκόπων διαδόχους εἰς τοὺς τόπους ἐν οἷς εἴσαν χειροτονήσαντες ἀπεστέλκαμεν. *Reliquorum* (duorum) *Epiſcoporum ſucceſſores in loca eorum* (qui Novatianum conſecrarant) *ordinantes miſimus*. Sexcenta ſunt Majorum loca, ex quibus liquet, præter *teſtimonium* (quod etiam ab Ethnicis haberi poſſe non negat Apoſtolus in *Epiſt.* ad *Timoth.* I. *Cap.* III. *v.* 7.) ac deſiderium, nihil in conſtituendis Epiſcopis ineſſe plebi. Si autem nihil ineſt, quem tandem hæc uſum *poteſtatis* Epiſcopo, Sacerdotive committat, qua certe poteſtate caret? Singularibus porro plebibus e cœtu conſtituentium Sacerdotes excluſis, jam collectio membrorum omnium ſingularis cujuſque Eccleſiæ uſum poteſtatis ligandi, atque ſol-

tiſtites, qui in Carthaginienſem (1), vel Alexandrinam (2), vel Antiochenam (3), vel Romanam (4), vel Laodicenſem (5), vel Conſtan-

---

ſolvendi non conferet Sacerdotibus. Hoc idem de *omnium collectione membrorum Eccleſiæ* univerſæ confitendum eſt. Nam in hac collectione laici etiam eſſe deberent. Ecquæ vero ullibi umquam laicorum in conſtituendis, deſtituendiſve Sacerdotibus; inque judicandis controverſiis de religione, deque diſciplina Eccleſiaſtica &c. partes fuerunt? Nullæ profecto, quemadmodum & ex ſuperiorum ſeculorum, quæ attulimus, monumentis; & ex Canonibus ipſis, atque Epiſtolis Synodicis Sardicenſibus plane conſtat. In his enim Sacerdotum tantummodo auctoritate omnia conſtituuntur, nulla aut ratione, aut mentione habita laicorum.

(1) Eodem ſpectant, quæ continentur canonibus Synodi Carthaginienſis ſub Grato an. 348. *T.* 1. *Concilior Edit. Pariſ. an.* 1714. *pag.* 685. *ſqq.*

(2) Confer *Synod. Alexandr. an.* 362. *Tom.* 1. *Concilior. Edit. ejuſd. p.*730. *ſqq.* & *Pariſienſem an.* 360. *ibid. pag.* 728. *ſqq.*

(3) *Antioch. Synod. an.* 363. in *litteris, quas dedit ad Jovian. Auguſtum. ibid. pag.* 742.

(4) Synod. Rom. *an.* 366. *ibid. pag.* 743. *ſqq.*

(5) Synod. Laodic. an. 372. Can. XII. & XIII. Ibid. pag. 783. Atque in canon. XIII. *μὴ τοῖς ὄχλοις ἐπιτρέπειν τὰς ἐκλογὰς ποιεῖσθαι τῶν μελλόντων καθίστασθαι εἰς ἱερατεῖον. Non concedendum*, ſtatuit, *populis electiones facere provehendorum ad Sacerdotium.* Zonaras id *Sacerdotium* de *Presbyteratu* intelligit; Ariſtenus de *Epiſcopatu*. Ego de utroque exiſtimo. Populis

ſtantinopolitanam (1), vel Aquilejenſem (2), vel Carthaginienſem (3) alteram, tertiamque (4), vel Tauritanam (5) convenere, tradiderunt; cum tamen poteſtatem ejuſmodi in Præſidibus ſacrorum agnoverint. Tegere te fortaſſe Ambroſii auctoritate conabere. Nam alios item, qui non longe a tua ſententia diſtarent, hoc idem fuiſſe conatos intelligo. Atenim qua confidentia? Scilicet locum afferunt (6) ex Lib. *De Sacerdotum Dignitate*, cum tamen is liber nec Ambroſii ſit, neque contineat, quod ipſi vellent. Atque eum quidem Ambroſio adſcribi non oportere, demonſtratum (7) jamdiu a Mona-

na-

lis autem excluſis ab electionibus, quid ſupererit, niſi ut ne in *electionibus* quidem ipſis jus ullum populo inſit divino jure? Quod ſi hoc non ineſt, quod, rogo, jus inerit conferendæ poteſtatis?

(1) Synodic. Epiſtola Concilii Conſtantinop. an. 382. pag. 822. Tom. ejuſd.

(2) Synod. Aquilej. an. 381. Ibid. pag. 826.

(3) Confer Codicem Canon. Eccl. Afric. Ibid. pag. 867. ſqq.

(4) Syn. Carthag. an. 398. cap. I. ſqq. Ibid. *pag. 776. ſqq.*

(5) An. circ. 395. cap. V. *ibid. pag. 959.*

(6) Launojus *Epiſt. VII. ad Johannem Rolandum* To. V. *Operum, Part. II.* p. 463. Edit. an. 1731. & Auctor Operis inſcripti: *les Hexaples ſur la Conſtitution Unigenitus Part.* XIV. *pag.* 648. *Tom.* VI.

(7) In *Admonitione ad hunc Libellum Tom.* IV. *Opp. Ambroſii pag.* 435. *Edit. Venetæ an.* 1751.

nachis Maurinis eſt . Quod autem inde afferunt , eſt hujuſmodi :„ Et oves , & gregem non ſolum B. Petrus ſuſcepit , & cum „ illo nos omnes ſuſcepimus „ . Agitur heic ab eo Scriptore de Epiſcopis. In Sacerdotibus autem clavium poteſtatem eſſe , nemo eſt noſtrum,qui dubitet.Jam de *collectione omnium Eccleſiæ membrorum*, in eane poteſtas ipſa *ligandi*, *ſolvendique reſideat*, noſtra nunc omnis eſt diſputatio. At de iſtiuſmodi collectione in eo Pſeudo-Ambroſii loco , ut ab Adverſariis deſcribitur , ne vola quidem . Itaque is locus , ut eſt ab iiſdem Adverſariis deſcriptus , ad rem , inſtitutumque noſtrum non pertinet . Ceterum , ſi ut in Pſeudo-Ambroſii contextu eſt , locus idem ſpectetur , perſpici plane poterit , ſic in eo de collectione Chriſtianorum agi , ut non omnibus poteſtas data ſit clavium , ſed Sacerdotibus tantum , adeo ut ceteri non modo nihil obtineant ejuſmodi poteſtatis , ſed ſubdi ſuis Antiſtitibus , parereque omnino debeant (1). Qua ex re, mi Febroni, cogno-

(1) Sic omnino legendus is locus eſt „ : Honor , & ſublimitas Epiſcopalis nullis poterit comparationibus adæquari . . . cum videas Regum colla & Principum ſubmitti genibus Sacerdotum ... „ Quid jam de PLEBEJA DIXERIM MULTITUDINE , cui „ NON SOLUM PRÆFERRI A DOMINO MERUIT , ſed ut „ cam-

gnoſces, qua fide, quaque diligentia verſati in hac quæſtione fuerint ii, quorum te ſtudiis profeciſſe arbitrabare.

Jam de Pſeudo-Ambroſio, vidimus. Age nunc, quid Ambroſius verus dicat, conſideremus. Ergo is *in I. de Pœnitentia libro* [1] Novatianos refellens,,: Dominus, *inquit*, ,, par

,, eam quoque jure tueatur patrio, præceptis imperatum eſt Evangelicis? Sic certe a Domino ad Beatum Petrum dicitur: *Petre amas me*? Et ille: *Tu* ,, ſcis *Domine*, *quia amo te*: & cum hoc tertio fuiſſet ,, interrogatus .. repetitum eſt a Domino tertio: *paſce oves meas*. Quas oves, & quem gregem non ,, ſolum tunc Beatus ſuſcepit Apoſtolus Petrus; ſed ,, & nobiſcum eas accepit, & cum illo eas nos accepimus omnes; unde quia REGENDÆ SACERDOTIBUS ,, CONTRADUNTUR, merito rectoribus ſuis SUBDICUNTUR, quia Evangelico coruſcante mandato, ,, videmus nihilominus eſſe præfixum: *non eſt diſcipulus ſuper Magiſtrum*, *nec ſervus ſuper Dominum ſuum*; *ſed ſufficit diſcipulo*, *ut ſit ſicut Magiſter ejus*; *& ſervo ſicut Dominus ejus*,,. Quo ſpectat illud Gregorii Nazianzeni *ex Orat*. IX. *pag*. 154. *Edit*. *Colon*. an. 1690. ,, Oves paſtores ne paſcite, ,, nec ſupra fines veſtros aſſurgite. Satis enim vobis ,, eſt, ſi recte paſcamini .. Non eſt enim diſſenſionis, ,, & confuſionis Deus; ſed pacis, & ordinis. Ne ,, quis igitur caput ſit, qui vix aut manus, aut pes, ,, aut vilius quoddam aliud corporis membrum eſt. ,, Verum quo vocatus eſt, in eo gradu quiſque maneat &c. ,,

(1) Cap. II. *n*. VII. *pag*. 496. *Tom*. III. *Edit*. *Venetæ an*. 1751.

„ par jus & ſolvendi eſſe voluit, & ligan-
„ di, qui utrumque pari conditione permi-
„ ſit. Eccleſiæ utrumque licet; hæreſi u-
„ trumque non licet: JUS ENIM HOC SOLIS
„ PERMISSUM SACERDOTIBUS EST. Recte igi-
„ tur hoc Eccleſia vindicat, QUAE VEROS SA-
„ CERDOTES HABET: hæreſis vindicare non po-
„ teſt, quæ Sacerdotes Dei non habet. Non
„ vindicando autem ipſa de ſe (hæreſis)
„ pronunciat, quod cum Sacerdotes non
„ habeat, jus ſibi vindicare non debeat Sa-
„ cerdotale„. Igitur, auctore Ambroſio, *jus ligandi, atque ſolvendi* SOLIS SACERDOTIBUS datum eſt; eoque nomine Eccleſia id ſibi jus vindicat, non quo ipſum in omnibus ejuſdem Eccleſiæ membris reſideat; ſed quo ipſa habeat *Sacerdotes*. Clariora hæc ſunt, quam ut diſtinctionibus, quibus ſæpe utere, involvi poſſint. Atque hæc quidem de ligandi, ſolvendique jure generatim. De judicandarum vero controverſiarum theologicarum poteſtate, attende, quid ſpeciatim Ambroſius idem verus ſenſerit. In Epiſtola XXI. (1): „ Quando, *inquit*, audiſti
„ clementiſſime Imperator, in cauſſa fidei
„ laicos de Epiſcopo judicaſſe? ... Ita ergo
„ quadam adulatione curvamur, ut SACER-
„ DOTALIS JURIS ſimus immemores, & quod
„ DO-

(1) Num. IV. pag. 910. Tom. III. opp.

„ DEUS DONAVIT MIHI, hoc ipſe aliis putem eſſe credendum? Si docendus eſt Epiſcopus a laico, quid ſequetur? Laicus „ ergo diſputet, & Epiſcopus audiat: Epiſcopus diſcat a laico. At certe ſi vel Scripturarum ſeriem Divinarum, vel vetera „ tempora retractemus, quis eſt, qui abnuat, in cauſſa fidei, in cauſſa, inquam, „ fidei Epiſcopos ſolere de Imperatoribus „ Chriſtianis, non Imperatores de Epiſcopis judicare .. (1)? Non tanti eſt Ambroſius, ut propter ſe dejiciat Sacerdotium. Non tanti eſt unius vita, quanti „ eſt dignitas omnium Sacerdotum, quorum „ de conſilio iſta dictavi (2). Si conferendum de fide eſt, Sacerdotum debet eſſe iſta „ collatio &c.„ Si Sacerdotum, non igitur, mi Febroni, *omnium collectim membrorum* Eccleſiæ. Atque *Sacerdotibus*, ſeu *Epiſcopis* id juris a Deo donatum dicit Ambroſius. Qui ſi ſecus egiſſet, aut agendum putaſſet, ſuæ ſe fatetur dignitatis fuiſſe futurum immemorem.

De clavium poteſtate, quæ in Sacerdotibus ſit, eadem prorſus atque Ambroſius, docent Sancti Pacianus (3), Optatus Milevitanus

(1) Ibid. *n.* XIII. *pag.* 912.

(2) *Ibid. n.* XV.

(3) S. Pacianus Epiſcopus Barcinonenſis IV. ſeculi

nus (1), Damaſus (2), Siricius, Johannes Chryſoſtomus, Hieronymus, ceteri denique, qui

---

culi illuſtris ſcriptor, Epiſt. I. ad Sympronianum Novatianum *Tomo.* IV. *Bibliothecæ Sanctorum Patrum Edit. Lugd. an.* 1677. *pag.* 306. *ſqq.* „ Solus hoc, in„ quies, Deus poterit. Verum eſt. Sed & quod per „ Sacerdotes ſuos facit, ipſius poteſtas eſt. Nam quid „ eſt illud, quod Apoſtolus dicit: *quæ ligaveritis in* „ *terris* &c. Quid hoc, ſi ligare hominibus, ac ſol„ vere non licebat? An tantum hoc ſolis Apoſtolis „ licet? Ergo & baptizare ſolis, & Spiritum Sanctum „ dare ſolis, & ſolis gentium peccata purgare, quia „ totum hoc non non aliis, quam Apoſtolis imperatum eſt.. Hoc ſuperædificamus, quod Apoſtolorum „ doctrina fundavit. Denique & Epiſcopi Apoſtoli „ nominantur.. Si ergo & lavacri, & chriſmatis po„ teſtas majorum & longe chariſmatum ad EPISCO„ POS INDE DESCENDIT, & LIGANDI QUOQUE JUS „ ADFUIT atque ſolvendi „ Mitto cetera, ne longior ſim, quam oporteat.

(1) Lib. II. contra Donatiſtas *cap.* IV. *ſq. pag.* 35. *& lib.* VII. *c.* III. *pag.* III. *ſq.*

(2) Nam is in ſuis Epiſtolis, Sedi Apoſtolicæ in primis, tum Epiſcopis de doctrina judicandi, deque recipiendis in communionem reſipiſcentibus, ſontibuſve rejiciendis, ac de diſciplina conſtituendi poteſtatem ineſſe plerumque dicit; collectim contra membris Eccleſiæ omnibus comprehenſis laicis viris, ac feminis, numquam dicit. Vide Damaſ. Epiſtolam apud Theodoritum lib. II. Hiſt. cap. XXII. & Tom. I. *Epiſtolar. Romanor. Pontificum. Epiſt. Damaſi* III. *n.* V. *ſqq. pag.* 483. *ſqq. Edit. Pariſ. an.* 1721. *& Epiſt.* IV. *n.* 2. *pag.* 498. *& Epiſt.* V. *pag.* 510. *& pag.* 511.

quem

qui quarto ſeculo ſcriptis editis Eccleſiam illuſtrarunt. Quamobrem miror Hexaplorum Queſnellianorum auctorem eo pertingere confidentiæ potuiſſe, ut poſtremos hoſce Patres duos Chryſoſtomum, atque Hieronymum ſibi doctrinæ ſocietate conjunctos eſſe contenderet. Atque is ex una Chryſoſtomi *Homilia* de *Anathemate* (1) locum adducit,

---

quem locum affert etiam Theodoritus *lib.* v. *Hiſt. cap.* xi. & Epiſt. xiv. *n.* 1. *Tom, eod.* 1. *Epiſtolar. Rom. Pontificum pag.* 571. Ad hanc vero Epiſtolam Damaſi ſpectat, quod vel ipſi Neſtoriani Eutherins Thyanenſis, & Helladius Tharſenſis Epiſcopi ad Xyſtum III. Pontificem ſeculo quinto ſcripſerunt *Tom.* 1. *Epiſtolar. Rom. Pontif. pag.* 1246. „ Et olim, *inquiunt*, ſæ„ pius jam ex Alexandria hæreticis zizaniis inſur„ gentibus ſuffecit veſtra Apoſtolica Sedes per uni„ verſum tempus illud ad mendacium convincendum, „ impietatemque reprimendam, & corrigenda, quæ „ neceſſarium fuit, muniendumque orbem terrarum „ ad gloriam Chriſti tam ſub illo ter beato, & inter „ Sanctos habendo Epiſcopo Damaſo; quam ſub plu„ ribus aliis glorioſis, atque admirabilibus „. Quod ad Siricium attinet, vide ejus *Epiſt.* 1. *ad Himerium Tarraconenſem n.* 1. *ſqq.* pag. 624. *ſqq. Tom. eod. Epiſtolar. Rom. Pontif.* Epiſt. III. quæ eſt Maximi uſurpatoris Imperii ad Siricium *n.* 2. *ſq. ibid. pag.*641. *&* iv. *Epiſt. Siricii Ibid. pag.*642. *& Epiſt.* v. *n.* 1. *ſqq. pag.* 651. *ſqq.* & reliquas, quæ ſequuntur *ibid. pag.* 659. *ſqq.*

(1) Num. III. *pag.* 693. *Tom.* 1. *Opp. Edit. Pariſ. an.* 1718. eos qui vel Paulini, vel Meletii Antio-

ducit, ex quo certe nihil effici poterit aliud, quam Apoſtolis, eorumque Succeſſoribus, ſacrorum nempe Præſidibus tributam eſſe inferendi anathematis poteſtatem. Hoc autem quis umquam neget? De membris nos Eccleſiæ *collectim*, disjunctimve omnibus quærimus, iſtiuſmodi ne poteſtate, nec ne polleant? Qua de re in ea Homilia Chryſoſtomi ne ſyllaba quidem eſt ulla. Immo vero ſunt ejus pleraque loca, quibus iſtud opinionis genus oppugnari, funditusque everti poſſit. Nam in altero de Sacerdotio libro (1) *ὅταν ἐκκλησίας προστῆναι δέῃ*, inquit, *καὶ ψυχῶν ἐπιμέλειαν*

Q *πισ-*

---

Antiochenam Eccleſiam tenentium partes ſequebantur, qui ſeſe mutuo, anathematis voce adhibita, vexare non dubitabant, reprehendens: „ Ecquis tu es, *inquit*, „ tantæ potentiæ, & auctoritatis? Tunc enim ſedebit Filius Dei, ſtatuetque oves a dextris, & „ hædos a ſiniſtris. Cur tantam *uſurpaſti dignitatem* „ *τοσαύτης ἐπελάβου ἀξίας*, cujus *Apoſtolorum cœtus* „ *tantum conſors fuit*, *ἧς τὸ κοινὸν μόνον τῶν ἀποστόλων* „ *ἠξίωται*; nec non ii, qui cum omni accuratione „ *τούτων ὡς ἀληθῶς γεγονότες διάδοχοι*, *horum vere* „ *facti ſunt ſucceſſores* „. Adjungit paullo poſt Chryſoſtomus in eos, qui cum Paſtores conſtituti non eſſent, tum aliis dicere anathema non verebantur „: „ Quid ergo? Quod nemo eorum (*Apoſtolorum*, *ac* „ *Succeſſorum*) qui *ἐξουσίαν poteſtatem* acceperunt, „ facere, vel decernere auſus eſt, tu facere audebis? &c „.

(1) *Lib. II. de Sacerdotio num. II. pag. 572. Tom. I. opp. Chryſoſt. Edit. ejuſd.*

πιστευθῆναι τοσούτων, πᾶσα μὲν ἡ γυναικεία φύσις παραχωρείτω τῷ μεγέθει τοῦ πράγματος, καὶ ἀνδρῶν δὲ καὶ τὸ πλέον. *Cum de Eccleſiæ præfectura agitur, deque concredenda tantarum animarum cura, recedat a magnitudine rei totus femininus ſexus, & virorum pars maxima.* Quid autem hoc eſt, niſi e cœtu obtinentium in Eccleſia ligandi ſolvendique poteſtatem feminas, maximamque virorum partem excludi oportere; quod certe ferendum non eſſet, ſi *omnibus collectim membris chriſtianæ ſocietatis* ineſſet jus clavium, atque ex membris ipſis collectim omnibus *poteſtatis* ejuſdem *uſus* in Sacerdotes manaret? A Deo, a Deo, inquam, id quidquid eſt in Sacerdotali ordine auctoritatis Chryſoſtomus *ibid.* repetit (1), ac quæcumque, *inquit*: „ inferne Sacerdotes faciunt, eadem Deus ſu-
„ perne confirmat, ſervorumque ſententiam
„ ipſe Dominus ratam facit. Quid enim
„ aliud illis DEDIT ἔδωκεν, quam πᾶσαν τὴν
„ οὐράνιον ἐξουσίαν *omnem cæleſtem poteſtatem?*
„ Nam *quorum*, inquit, *remiſeritis peccata*
„ &c. Quæ major his poteſtas fuerit? O-
„ mne judicium dedit Pater Filio, videoque,
„ id quidem omne ipſis traditum ὑπὸ τοῦ υἱοῦ a
„ Fi-

(1) *Lib. III.* n. *V. pag.* 383. Porro χειροτονίᾳ, hoc eſt impoſitione manuum Epiſcopalium id poteſtatis a Deo conferri Sacerdotibus ex *lib. IV. n. II.* p. 203. intelligi poteſt.

„ *Filio* eſſe „. Ad hæc, ſi Imperator ſubdi-
„ torum cuipiam hunc honorem contule-
„ rit, ut quos libuerit, poſſit in carcerem
„ conjicere, indeque eruere, ille admiran-
„ dus, & conſpicuus apud omnes habetur;
„ Ὁ παρὰ θεοῦ τοσούτῳ μείζονα ἐξουσίαν λαβὼν, *iſne*
„ *qui a Deo tanto majorem poteſtatem accepit*,
„ quanto cælum terra pretioſius eſt, & quan-
„ to animæ corporibus, ita exiguum non-
„ nullis videtur honorem accepiſſe, ut co-
„ gitari poſſit, quempiam hoc ſibi concre-
„ ditum donum deſpicere „? Quin etiam in Homilia, quæ tertia eſt ad Antiochenos, non quidem poteſtatis *uſum* ab Eccleſiæ *membris collectim omnibus*; ſed *poteſtatem* ipſam *remittendorum peccatorum, juſque* illius *exercendæ* a Deo Sacerdotes accepiſſe, hoſque proinde *magnitudine principatus* præſtare, docet (1). Atque a Deo ſcilicet in-

Q 2 Sa-

(1) *Homil. III. ad Populum Antiochenum n. II. Tom. II. pag.* 38. de Flaviano Antiſtite Antiochenorum, qui Legatus ad Theodoſium, veniam populo impetraturus, abierat, agens: „ Si enim, *inquit*, pec-
„ cata in Deum ſolvendi ἔλαβεν ἐξουσίαν *accepit po-*
„ *teſtatem*, multo magis in hominem patrata deſtrue-
„ re, & delere poterit. Princeps eſt hic quoque,
„ & quidem illo honoratior.. Quando aliquid boni
„ cælitus requiritur, Rex ad Sacerdotem, non Sa-
„ cerdos ad Regem confugere ſolitus eſt.. Itaque
„ & pro

Sacerdotes derivari id genus auctoritatis Chryſoſtomus affirmat plerumque ; a *membris* Eccleſiæ *collectim*, aut *diviſim* omnibus, numquam. Veſtri contra, quod ille ne memorat quidem, probant, quaſi ipſe defenderit; quod autem memorat, probat, confirmat, aut negligunt, aut ita implicant, ut non *poteſtatem* (quod ille ait) Sacerdotibus datam divinitus (nam hanc *eſſentialiter*, *immediate* &c. in *collectione membrorum omnium Eccleſiæ reſidere* ſtatuun) ſed *exercitium*, ſive *uſum* ejuſdem poteſtatis, a membris *iiſdem omnibus collectim* Sacerdotibus ipſis committi pugnent.

Quod de Chryſoſtomo, idem de Hieronymo dico. Nam locus ex ejus I. *Contra Jovinianum* (1) libro de Apoſtolis eſt, quibus

„ & pro principatus magnitudine, & .. pro firma „ in Deum ſpe cum multa fiducia . . . Imperatorem „ alloquetur „ & *Homil. II. In illud Vidi Dominum* &c. *n. IV. pag.* 127. *Tom. VI.* Ὁ τῆς ἱερωσύνης θεσμὸς ἄνω κάθηται: *Sacerdotii*, inquit, *jus e ſupernis deſcendit* „ Quæcumque ligaveritis ſuper terram, erunt „ ligata & in cælo „. *Regi* ea, *quæ hic ſunt*, *com-* „ *miſſa ſunt* ; *mihi cæleſtia*. *Mihi cum dico*, *Sacer-* „ *dotem intelligo* „. Confer, quæ ſequuntur. Et Homil. V *n.* 1. *pag.* 132. *Sacerdotii ſolium in cælis collocatum eſt*, *& cæleſtia adminiſtrandi habet auctoritatem*. *Quis hæc dicit ? Ipſe cælorum Rex*: „ Quæ- „ cumque enim ligaveritis &c „.

(1) *Pag.* 168. *tom. IV. opp. Edit. Pariſ. Martianæi*.

bus cunctis datæ *claves regni cælorum* fuerint, & ſuper quos *omnes* ex *æquo Eccleſiæ fortitudo ſolidetur*. Quamobrem is idem locus ad aliam quæſtionem pertinet. Noſtra namque de *membris* eſt *omnibus collectim* ſocietatis chriſtianæ, non de Apoſtolis diſputatio.

Atenim ideo, inquies, Ambroſii, Chryſoſtomi, Hieronymi teſtimoniis Hexaplorum conditor, Launoius, aliique ſunt uſi, ut oſtenderent, non uni Pontifici Maximo conceſſas *directe* fuiſſe claves, quo Epiſcopis ceteris, Paſtoribuſque communicentur, quemadmodum Romani cenſent; ſed ita prorſus, ut efficerent, eas a Chriſto Epiſcopis omnibus datas ἀμέσως *immediate* eſſe, quo *ligare*, *ſolvereque* poſſint.

Ego vero hoc Hexaplorum Scriptoris inſtitutum eſſe, vehementer nego. Nam qui univerſitati Eccleſiæ claves a Chriſto tributas ſeſe demonſtraturum promiſerat; qua tandem dictorum, promiſſorumque conſtantia eo ſe agi tranſverſum ſinat, ut non modo ab inſtituto deflectat, ſed etiam pugnantia loquatur? Atque is non modo quæſtionem variat; verum etiam pro eo certat, quo conſtituto, omnis illius labefactatur, corruitque ſententia. Si namque Pontifici, Epiſcopis, Paſtoribus quibuſque dumtaxat ἀμέσως *immediate* a Chriſto clavium eſt tributa poteſtas; non igitur illa in o-

 mni-

bus collectim Eccleſiæ membris reſidet; neve ejus *uſus*, ſeu *exercitium* ab Eccleſiæ *membris omnibus* Paſtoribus &c. iiſdem *committitur*. Quem enim ejus rei *uſum committas* iis, qui eadem re, Dei beneficio, & potiantur; & dum tempus, ac ratio poſtulat, uti poſſint? Neque vero mihi in animo eſt, hoc loco de poteſtate differere clavium, quæ ita *directe* in Pontificem Maximum cadat, ut per ipſum in Paſtores ceteros derivetur. Eſt is locus a noſtris tractatus uberrime, ut fruſtra a me ſuſciperetur de illo rurſum agendi labor. Quod ſi agendum putarem, in id equidem vitium, in quo vos reprehendo, incurrerem. Nam hoc jam inde ab initio hujuſce operis fore dixi propoſitum, atque inſtitutum meum, ut contra te diſputans, nihil attingam eorum, quæ congruant doctrinæ Gallicanarum Eccleſiarum, quarum te patrocinio tegi gloriabare. Illud porro ferendum nullo modo eſſe arbitror, iiſdem vos niti teſtimoniis Patrum, quibus Spalatenſis hæreſiarcha (1) abuſus eſt, evertendi, ſi potuiſſet, Primatus Sedis Apoſtolicæ cauſſa. At ex iis, ſi ſola (quod quidem heic facitis) conſiderentur, neque cum claris Patrum eorumdem teſtimoniis con-

(1) *Marcus Anton. de Dominis Hæreſiarcha Spalatenſis lib. I. cap. III. §. IX. pag.* 24.

conferantur, ut hinc quorſum illa ſpectent, intelligi, perſpicique poſſit; quid efficies, niſi ut (cum ex *æquo* fundata *ſuper Apoſtolos* omnes dicatur Eccleſia) nihil peculiare tribuatur Petro? Verum hac de re erit in ea Epiſtola, in qua de Pontificis Maximi *Primatu juriſdictionis* agam, opportunior diſſerendi locus. Interea ut hæc Hieronymi verba memori mente teneas, rogo, ex *lib.III. Commentar.* in *Matth.* (1): „ *Et ego dico tibi*, „ inquit. Quid eſt, quod ait: *& ego dico* „ TIBI? Non ſermone caſſo, & nullum „ habente opus; *ſed dico tibi*, quia meum „ dixiſſe, feciſſe eſt: *quia tu es Petrus*, & „ *ſuper* HANC PETRAM *ædificabo Eccleſiam* „ *meam*. Sicut ipſe lumen Apoſtolis dona„ vit, ut lumen mundi appellarentur, ce„ teraque ex Domino ſortiti ſunt vocabu„ la; ITA SIMONI, qui credebat in Petram, „ Chriſtus PETRI largitus eſt nomen, ac ſe„ cundum metaphoram petræ, recte di„ citur ei: *ædificabo Eccleſiam meam* SUPER „ TE „. Hoccine erit prorſus *ex æquo* omnia Chriſtum cunctis Apoſtolis, nihilque peculiare Petro conceſſiſſe? Rurſum & illa ex lib.I. Adverſus Pelagianos (2): „ Quid Platoni, „ & Pe-



(1) *In cap. XVI. pag.* 74. *tom. IV. P. I. Edit.* Pariſ. *Martianæi*.

(2) Tom. eod. P. II. pag. 49.

„ & Petro? Ut ille enim princeps Philo-
„ ſophorum, ITA HIC APOSTOLORUM FUIT,
„ SUPER QUEM ECCLESIA DOMINI STABILI MO-
„ LE FUNDATA EST „. Neque illa ſolum;
ſed hæc etiam ex lib. I. Adverſus Jovinianum (1), quæ extant eo ipſo in loco, quo Auctor Hexaplorum abutitur „: Propterea
„ inter duodecim unus (Petrus) eligitur,
„ ut, capite conſtituto, ſchiſmatis tollatur
„ occaſio „.

Mitto Juvencum Presbyterum (2), Scriptoreſque ceteros IV. ſeculi. Ad Auguſtinum, qui extremo quarto, multoque quinto claruit, venire malo. Nam hujus te unius fere omnium maxime auctoritate confidere video. Ejuſdem autem ea diligenter deſcribis loca, quæ ſperas, ſententiæ tuæ præſidio magno in primis, ac firmo fore. Sunt vero hujuſmodi: S. Auguſtinus *libro de Agone Chriſtiano* (3): „ Huic, inquit, Eccleſiæ
„ claves regni cælorum datæ ſunt, cum
„ Petro datæ ſunt; & cum ei dicitur, ad
„ omnes dicitur: *paſce oves meas*„. *Tract.* L. *in*

(1) Parte eadem Tom, IV. pag. 168.

(2) Juvencus Poeta Chriſtianus, idemque Preſbyter *lib. III. Evangelicæ Hiſtor. Tom. VI. Biblioth. PP. Edit. Lugd.* an. 1677. *pag.* 68.

(3) *Cap. XXX. n. XXXII. pag.* 190. *Tom. VI. Edit. Antuerp. an.* 1700.

Digitized by Google

*in* (1) *Johannem*:,, Petrus quando claves ac-
,, cepit, Eccleſiam Sanctam ſignificavit ,,.
*Tractatu CXXIV.* [2] ,, Cujus Eccleſiæ Pe-
,, trus Apoſtolus, propter Apoſtolatus ſui
,, primatum, gerebat figurata generalita-
,, te perſonam ... Eccleſia ergo, quæ funda-
,, tur in Chriſto, claves ab eo Regni cælo-
,, rum accepit in Petro, ideſt poteſtatem li-
,, gandi, ſolvendique peccata ,,. Denique,
ut egiſſe nobiſcum liberaliter videare, *alia plura in hanc rem* abs te *prætermitti loca* prædicas, eoque te demum uno contentum eſſe, e *Sermone CVIII. de Diverſis* (3), in quo hæc leguntur: ,, Dominus Jesus diſcipulos ſuos
,, ante paſſionem ſuam elegit, quos Apo-
,, ſtolos nominavit. Inter hos pene ubique
,, SOLUS PETRUS TOTIUS ECCLESIAE MERUIT
,, GESTARE PERSONAM: propter ipſam per-
,, ſonam, quam totius Eccleſiæ ſolus geſta-
,, bat, audire meruit: *Tibi dabo claves re-*
,, *gni cælorum*. Has enim claves NON HOMO
,, UNUS ACCEPIT, ſed UNITAS ACCEPIT EC-
,, CLESIAE... Nam ut noveritis, Eccleſiam
,, accepiſſe claves regni cælorum, audite
,, in

(1) Num. XII. *pag.* 460. *Tom. III. P. II. Opp. Edit. Antuerp.* an. 1700.

(2) Num. V. pag. 599.

(3) Qui eſt in poſtrema Editione Sermo CCXCV. *cap. II. pag.* 833. *tom. V. Edit. Ejuſd.*

„ in alio loco, quid Dominus dicat omnibus „ Apoſtolis ſuis: *accipite Spiritum Sanctum*: „ & continuò: ſi *dimiſeritis peccata, dimittentur eis; ſi cujus tenueritis, tenebuntur.* Hoc ad „ claves pertinet „. Satiſne accurate tibi videor omnia Auguſtini teſtimonia, quæ pag. 24. ſq. voluminis I. tui complexus es, deſcripſiſſe? At pag. 27. attuliſſe, inquies, quædam alia te, quæ expendi diligentiſſime cuperes. Recte ſane. Haec item proferam, ne quid me diſſimulaſſe querare. Sic autem habent: S. Auguſtinus *Serm. CXLIX. n. VII.* (1) „ Numquid iſtas claves „ Petrus accepit, & Paulus non accepit „? „ *Tract. II. in Johannem* [2]: „ Petrus univerſam ſignificat Eccleſiam „. Et deinceps: „ Ergo ſi (*Apoſtoli*) perſonam gerebant Eccleſiæ, ſic eis hoc dictum eſt, „ tamquam ipſi diceretur Eccleſiæ „. Porro *Lib. III. de Baptiſmo n. VI.* „ Si ergo perſonam gerebant Eccleſiæ, & ſic eis hoc „ dictum eſt, tamquam ipſi Eccleſiæ dice- „ re-

(1) Pag. 492. Tom. V. opp. Edit. Antuerp. an. 1700.

(2) Nihil tale in *Tractatu 2. Auguſtini in Johannem* reperi. Sed hoc de, loco alias. Interea confer Tract. CXXIV. in Joh. n. V. pag. 599. Tom. III. P. II. Opp. Edit. ejuſd. & *lib. III. de Baptiſmo contra Donatiſtas cap. XVIII. n. XXIII. pag. 79.* Tom. IX.

„ retur, pax Eccleſiæ dimittit peccata, & „ ab Eccleſiae pace alienatio retinet pecca- „ ta (1) „. Nihil me præteriſſe arbitror. Si quid forte non animadvertens omiſi, mone, rogo. Adducam. Nam vix quidquam æque mihi eſt curæ, quam ut tibi pleniſſime ſatisfaciam. Nunc, quando nullum aliud eorum, quæ voluminibus quinque tuis comprehendiſti, Auguſtini ῥητὸν ſuccurrit, doce me 1°. a quibuſnam haec acceperis mutuo? 2°. quid Auguſtinus *Eccleſiæ*, quid *omnium* vocabulis intellexerit? Nam quod ad primum ſpectat, cum duo ſint Scriptorum genera, alterum quorumdam Queſnelli ſequacium, alterum Calvinianorum, qui eadem atque tu dicant, iiſdemque prorſus Auguſtini locis, quibus te egregie munitum exiſtimas, abuti ſoleant; metuo ne qui exiſtant, qui ab alterutris iſtiuſmodi arma tibi ſubminiſtrata contendant; perindeque eſſe arbitrentur, ac ſi ab utriſque, propterea quod iis Queſnelli ſectatoribus eadem fuiſſe ſuppeditata a Calvinianis conſtet. Atque Calvinianorum quidem Claudii a Charenton, Juriæi, Meſtrezatii &c. ut in dicendo ratio a tua non diſcrepat; ita in deſcribendis, con-

(1) S. Auguſtinus lib. III. de Baptiſmo c. XVIII. non c. IV. ut Febronius ſcribit; Num. non VI. ut rurſum Febronius, ſed XXIII. pag. 79.

contorquendiſque in Catholicos Auguſtini locis par eſt gloriatio. Claudius ubi omnibus Eccleſiæ membris collectim, hoc eſt corpori toti Eccleſiæ claves fuiſſe a Chriſto datas conſtituit: „ Quidquid, *inquit*, (1) Paſtores faciunt, id nomine Eccleſiæ faciunt ... Ecclesia eſt, quæ per ipſos prædicat, quæ ſacramenta per eos confert, quæ per eos gubernat, quæ per eos cenſuras infert, quæ ſuſpendit, quæ abſolvit, quæ communione prohibet per eos. Iidem non ſunt, niſi miniſtri, ac diſpenſatores Eccleſiæ jurium „. Confer cum his tua (2). Modo fide agas bona (ſatis autem bona te acturum, non dubito) fatebere quidem certe, ovum non eſſe ovo ſimilius. His conſen-

(1) *Defenſe de la Reforme pag.* 350. „ Tout ce que les Paſteurs font, ils le font au nom de l'Egliſe... C'eſt l'Egliſe qui prêche par eux, qui donne par eux les Sacremens, qui gouverne par eux, qui cenſure par ux, qui ſuſpend, qui abſoud, qui excommunie par ux. Ils ne ſont que les Miniſtres, & les diſpenſateurs de ſes droits „. De corpore toto Eccleſiæ ſic habet ibid. „ Il eſt certain que c'eſt le corps des Fideles qui a reçu originairement le puiſſance des clefs, qui les exerce par les Paſteurs, & de qui dépend la validité de tous les Actes du miniſtere, comme étant faits au nom, & en l'autorité de tout ce corps „.

(2) Vide, quæ ſupra *pag.* 27. *ſqq. hujus Voluminis* deſcripſi Febronii loca.

ſentanea ſcribunt Anna du Bourg (1), & Juriæus [2]. Quin etiam quemadmodum tu glorians pag eadem 25. ſcribis: *prætermitti* abs te ipſo *alia plura* in *hac rem Sancti* Doctoris loca; ita Claudius (3): „ Si „ vellem, *inquit*, omnia S. Auguſtini loca „ proponere, in quibus hanc ille confirmat „ veritatem, ipſe me, ut nimium longus „ eſſem, adigerem. Satis erit aliqua exhibere, quæ clare demonſtrant, quænam „ ejus hac de re doctrina fuerit „. Cogita vero, mi Febroni, etiam atque etiam conſidera, decori ne tibi futurum ſit, haurire noluiſſe e fontibus, ut rivulos iſtiuſmodi conſectarere, e quibus aſpergeres Auguſtino labem, ipſumque inde cum Synodo Tridentina (4), cumque Patribus, qui antea flo-

(1) Anna du Bourg *in ſua fidei Confeſſione pag.*67. „ Je crois la puiſſance de lier, & de délier, excommunier, & abſoudre, qu'on appelle communément les Clefs de l'Egliſe, être donnée de Dieu.. „ a tous les fideles, & croyans en J. C.„.

(2) Juriæus *Syſteme de l'Egliſe Cap.* XXI. *pag.* 586. *ſqq.*

(3) Ibid.„ Si je voulois ici mettre en avant „ tous le paſſages de S.Auguſtin, où il établit cette „ verité, je m'engagerois a une exceſſive longueur. „ Il ſuffit d'en repreſenter quelques uns qui feront „ voir clairement qu'elle à été ſa doctrine ſur ce ſujet „.

(4) Sic enim docuit Bouffartius Doctor Ca-

floruiſſent (1), committeres ita, ut quamvis hi ſolis Sacerdotibus datam a Chriſto clavium poteſtatem affirmarint, tradiderint, definierint; unus tamen ille omnium primus contra ſtatuiſſe, idque genus poteſtatis ad *omnia collectim* chriſtianæ ſocietatis *membra extendiſſe*, eoque pacto Queſnellianis (2) quibuſdam, Calvinianiſque præiviſſe videretur. Fac autem uni alicui minus perito rerum, eidemque incauto, ſed catholico perſuadere potueris, Auguſtino tale quidpiam veniſſe in mentem; quid inde conſequere, niſi ut is catholicus,

domenſis, de quo vide *le Mandement de M. l'Evêque de Bayeux du* 25. *Janvier* 1722. *pag.* 14. & Fauvelius item Cadomenſis Doctor, ut conſtat ex opuſculo inſcripto: *Declaration du ſieur Fauvel*. Edit. *du Louvre p.* 2. *&* 3. & Auctor operis inſcripti *Du Renverſement des libertez de l'Egliſe Gallic.* XXIII. *Abuſ.* quo loco: proprietas, *inquit*, clavium ,, appartient à l'Egliſe compoſée du Clergé & du peuple ,,. Eccleſiam autem hoc modo tamque late intellectam, eam eſſe, ,, qui juge, qui décide, qui admet dans ſa communion, ,, & qui en retranche, quoiqu'elle faſſe tout cela ,, par ſes Paſteurs; qui regle l'uſage du pouvoir qu' ,, ils exercent & qui en peut punir l'abus; qui fait ,, des loix, & qui diſpenſe, qui lie, & qui delie ,,. Et Auctor *Des Hexaples ſur la Conſtitution Unigenitus pag.* 642 *ſqq. Tom. VI.*

(1) Vide locum Synodi Trid. quem attuli *hujus Vol.* pag. 142., & pag. 161. ſq. in not.

(2) Vide pag. 186. ſq. *hujus Vol.*

cus( qui malit quidvis perpeti, quam a traditione Majorum, Synodique Tridentinæ decretis deflectere ) de Auguſtino ipſo dicat, quod idem Sanctus Doctor de S. Johanne Chryſoſtomo adverſus Pelagianos diſputans dixerat (1)? „ Si vere tale aliquid ( *in tuis* „ *litteris Julianus*, dicam ego, *Febronius*) „ inveniſſet, & quod ipſe ſentit, te ſentire „ claruiſſet; numquam te unum, pace tua, di- „ xerim, tot & talibus [ *Collegis tuis* ] præ- „ ferre in ea cauſſa poſſemus, de qua numquam

(1) Lib. I. *contra Julian. Cap. VI. num. XXIII. pag.*336. *Tom. X. opp. Edit. Antuerp. an.* 1700. ſic præterea *ibid. Aug.* : „ Hoc ſenſit ( *quod commune omnium* „ *dogma eſt*) hoc credidit hoc didicit, hoc docuit & Jo- „ hannes. Sed tu ejus verba in veſtrum dogma con- „ vertis... Nam vis audire, quid etiam ipſe de hac „ re apertiſſime dixerit? Ecce ipſum numero illi ad- „ jungo Sanctorum. Ecce inter meos teſtes, vel in- „ ter meos conſtituam Judices, quem putaſti patro- „ num tuum... Ingredere S. Johannes, ingredere, & „ conſide cum Fratribus tuis, a quibus te nulla ratio, „ & nulla tentatio ſeparavit. Opus eſt tua, & maxi- „ me tua ſententia, quoniam in tuis litteris iſte inve- „ niſſe ſe putat, unde tot, tantorumque Coëpiſcopo- „ rum tuorum ſe abitratur percellere, & evacuare „ ſententias. Quod ſi vere tale aliquid inveniſſet., &c. ut ſupra in textu. Pergit: „ Sed abſit, ut tu aliud „ ſaperes, & in ea ( *Eccleſia* ) tam præcipuus emine- „ res. Dic ergo & tu aliquid, unde iſte confunda- „ tur &c. „.

„ quam fides Chriſtiana, & Eccleſia Catho-
„ lica variavit„. Verum cur non ipſum Auguſtinum tibi adeundum putaſti? Etenim ſi adiiſſes, non iſtuc te abduci, quo ne Marcus quidem Antonius Apoſtata Spalatenſis (1) pertigit, tuliſſes. Nam facile, mihi crede, deprehendiſſes, qua ſignificatione S. Doctor τὸ *omnes*, & τὸ *Eccleſia*, & τὸ *claves* uſurparit, id quod alterum erat eorum, quod ut me doceres, petieram; facile hæc, inquam, deprehendiſſes; intellexiſſeſque, nihil uſquam Auguſtinum affirmaſſe, quod a communi orthodoxorum ſententia diſcreparet. Sed adſis, quæſo te, animo; mecumque cognoſce, ab Auguſtino *Eccleſiæ* nomine *Paſtores*, ſeu *Præpoſitos*, quos habet Eccleſia, indicari; *unitatis* autem *Eccleſiæ* vocabulis *unitatem Paſtorum*, quos ſequantur oves, quibuſque judicandi in Eccleſia, ac ligandi, ſolvendique poteſtas & fuerit a Chriſto data, & inſit: „Per ſingula, *inquit ſerm.* CXLVII.
„ (2) dicebat Dominus Jeſus Petro dicenti: *amo*
„ *te:*

---

(1) Nam is etſi errans Primatum Pontificis Auguſtini verbis everti cenſuit, tamen non eo progreſſus eſt, ut clavium poteſtatem *omnibus collectim Eccleſiæ membris* ineſſe arbitraretur. Confer, quæ ſcribit *Lib.* 1. *de Republica Eccleſiaſtica Cap. III. n. VI. pag.* 24. *ſq. Tom. I. Edit. Londin. an.* 1617. *& Cap. VII. n. VIII. pag.* 72.

(2) *Al. XXIV. de Sanctis n. II. pag.* 489 *Tom. V. Edit. Antuerp. an.* 1700.

,, *te* : *Paſce agnos meos*, paſce oviculas
,, meas. In UNO PETRO FIGURABATUR UNITAS
,, OMNIUM PASTORUM, ſed bonorum, qui
,, ſciant oves Chriſti paſcere Chriſto, non
,, ſibi ,,. *In XX.* autem *de Civitate Dei Libro* [1] ſcribit hoc modo : ,, Mox recapitu-
,, lando [ *Johannes in Apocalypſi* ] quid iſtis
,, mille annis AGAT ECCLESIA, vel AGATUR
,, IN EA : *Et vidi*, inquit, *ſedes*, *& ſedentes ſuper eas*, *& judicium datum eſt*.
,, Non hoc putandum eſt de ultimo judicio
,, dici; SED SEDES PRAEPOSITORUM, ET IPSI
,, PRAEPOSITI INTELLIGENDI SUNT, PER QUOS
,, ECCLESIA NUNC GUBERNATUR. Judicium
,, autem datum nullum melius accipien-
,, dum videtur, quam id quod dictum eſt :
,, QUAE LIGAVERITIS IN TERRA, LIGATA
,, ERUNT ET IN CAELO &c. Unde Apoſtolus,
,, *quid enim mihi*, inquit, *eſt de iis*, *qui foris*
,, *ſunt judicare*,, ? Vides ne, non ſolum quam *unitatem* dicat, cum de paſcendi poteſtate differit; ſed etiam quibuſnam *judicium*, ſeu ligandi, ſolvendique jus attributum cenſeat, dum claves Eccleſiæ datas ſcribit ? At quo hæc menti inſideant altius, attende, quid idem S.Doctor in *Sermone* CXLIX.(2) do-

R

(1) *Cap. IX. num.II. pag.443. Tom.VII.*

(2) *Al. XXVI. de diverſis Cap.VI. n.VII. pag.* 492. *Tom.V.*

doceat: „ Petrus in multis locis Scriptura-
„ rum apparet, quod PERSONAM GESTET
„ ECCLESIAE, maxime illo in loco, ubi dictum
„ eſt: *Tibi trado claves regni caelorum &c.*
„ Numquid iſtas claves PETRUS ACCEPIT, &
„ PAULUS non ACCEPIT? PETRUS ACCEPIT, &
„ JOHANNES, & JACOBUS non ACCEPIT, & CE-
„ TERI APOSTOLI? Aut non ſunt ISTAE IN EC-
„ CLESIA CLAVES, UBI QUOTIDIE PECCATA DI-
„ MITTUNTUR? Sed quoniam in ſignificatione
„ perſonam Petrus geſtabat Eccleſiæ, quod
„ illi uni datum eſt, Eccleſiæ datum eſt „.
*Serm.* CCCLII. (1) „ Implicatus, *inquit*,
„ tam mortiferorum vinculis peccatorum,
„ detrectat, aut differt, aut dubitat con-
„ fugere ad ipſas CLAVES ECCLESIAE, quibus
„ ſolvatur in terra, ut ſit ſolutus in cælo.
„ Judicet ergo ſe ipſum homo, & cum ipſe
„ in ſe protulerit ſeveriſſimæ medicinæ, ſed
„ tamen medicinæ ſententiam, veniat ad
„ ANTISTITES, per QUOS ILLI in ECCLESIA
„ CLAVES MINISTRANTUR, & tamquam bonus
„ jam incipiens eſſe filius, maternorum mem-
„ brorum ordine cuſtodito, a PRÆPOSITIS SA-
„ CRAMENTORUM accipiat ſatisfactionis ſuæ
„ modum. Si peccatum ejus non ſolum in
„ gravi ejus malo, ſed etiam in tanto alio-
„ rum

(1) *Serm. CCCLII. al. L. inter quinquaginta Homilias n. IX. Tom. V. pag.* 497.

„ rum ſcandalo eſt, atque hoc expedire „ UTILITATI ECCLESIAE videtur ANTISTITI, „ in notitia multorum, vel etiam totius ple„ bis agere pœnitentiam non recuſet, non „ reſiſtat &c. „ En qui claves acceperint, *Petrus* nempe, *Paulus*, *Johannes*, *Jacobus*, *Apoſtoli ceteri*. Non dicit Auguſtinus, *fideles omnes*. Diceret autem, ſi in omnes inde manaſſe clavium poteſtatem arbitratus eſſet. *In Eccleſia* porro dicit eſſe *claves*. Cur? *Quia* ibi *quotidie peccata dimittuntur*. A quibus? Nempe ab *Antiſtitibus*, ſeu *Præpoſitis*. In Antiſtites igitur, ſeu *Præpoſitos* eam poteſtatem permanaſſe judicavit, qui cum ipſam acceperint ſuccedendo Apoſtolis, eamdem in *utilitatem Eccleſiæ adminiſtrant*. Quod autem his datum, id Eccleſiæ datum ait. Quo tandem modo, niſi quod Eccleſiæ dati Præpoſiti ipſi ſint, qui *utilitati Eccleſiæ*, poteſtate utentes, proſpiciant? Jam de *ſucceſſione* quod monui, vide, num perſpici ex hiſce Auguſtini verbis, quæ ſunt comprehenſa *ſermone* CCXCVI. (1) poſſint: „ Reſpondenti „ Petro dicitur: *paſce oves meas*:. Com„ mendat oves idoneo, an minus idoneo? „ Primo, quas oves commendat? Pretioſas, „ emptas... Commendat ergo ſervo idoneo „ oves

R 2

(1) *Al. CVI. de diverſis Cap. II. & III. n. 3. ſq. pag. 836. Tom. V.*

„ oves ſuas... Nunc vero Dominus Jeſus „ Chriſtus, quia ſervo commendat oves, „ quas ſanguine comparavit, idoneitatem „ ſervi in paſſione ſanguinis quærit... Eja „ Fratres. quod Petro commendatum „ eſt, quod Petro mandatum eſt, non Pe„ trus ſolus, ſed etiam ALII APOSTOLI audie„ runt, tenuerunt, ſervaverunt.. Audie„ runt iſti, & AD NOS audienda tranſmiſe„ runt. PASCIMUS vos, paſcimur vobiſcum „. Et *Epiſt. LIII. ad Generoſum al. CLXV.* (1) „ Si „ ordo Epiſcoporum ſibi SUCCEDENTIUM CON„ SIDERANDUS eſt, quanto certius & vere, „ & ſalubriter ab IPSO PETRO NUMERAMUS, „ cui totius Eccleſiæ figuram gerenti Do„ minus ait: *ſuper hanc Petram &c.* Petro „ enim ſucceſſit Linus, Lino Clemens &c. „ In hoc ordine ſucceſſionis nullus Donati„ ſta Epiſcopus invenitur.. In illum autem „ ordinem Epiſcoporum, qui ducitur ab ip„ ſo Petro uſque ad Anaſtaſium, qui nunc „ eamdem Cathedram ſedet, etiamſi quiſ„ quam traditor per illa tempora ſubrepſiſ„ ſet, nihil præjudicaret Eccleſiæ, & inno„ centibus chriſtianis, quibus Dominus „ providens ait de Præpoſitis malis: *quæ „ dicunt, facite &c.* „ En quibus *paſcendi*, adeoque clavium, poteſtas tradita a Chriſto eſt,

(1) *Cap. I. ſq. pag. 91. Tom. II.*

eſt, eoque in primis nomine tradita Romanis eſt Pontificibus, quod Petro ſuccedant, cui totius Eccleſiæ figuram gerenti Dominus ait: *ſuper hanc Petram &c.* Quid? Si cum Auguſtinus idem *omnes* nominat, non *omnes* intelligat Chriſtianos, ſed Apoſtolos, atque adeo ipſorum in Epiſcopatu, ac poteſtate ligandi, ſolvendique ſucceſſores, quorum unitas unitatem ſervat Eccleſiæ; cujuſque unitatis Petrus, qui *claves accepit*, perſonam geſtabat. Ac de ſucceſſione quidem, *unitateque Paſtorum* quid Auguſtinus cenſeat, vidimus. *Tractatu* autem *CXVIII. in Johannis Evangelium* (1): „ In Apoſtolis, *inquit*, „ cum eſſet ipſe numerus duodenarius, ideſt „ quadripartitus in ternos, & omnes (*ſci-* „ *licet Apoſtoli*) eſſent interrogati, ſolus „ Petrus reſpondit: *tu es Chriſtus Filius Dei* „ *vivi*; & ei dicitur: *tibi dabo claves &c.* tam- „ quam *ligandi*, & *ſolvendi* ſolus acceperit „ poteſtatem, cum & illud UNUS pro OMNI- „ BUS dixerit, hoc cum OMNIBUS (*quibus?* „ *niſi Apoſtolis? Nam de his egit hactenus*) tam- „ quam perſonam gerens ipſius unitatis ac- „ ceperit „. Cujuſnam vero unitatis? Paſtorum videlicet, qui claves ad *utilitatem* Eccleſiæ teneant. Hos vero Paſtores cum Eccleſia habeat, apte dicitur habere claves.



(1) *Num. IV. pag. 584. Tom. III. Parte II.*

Qua ex re ſit, ut quod in Eccleſia a Præpoſitis ligatur, aut ſolvitur; id ligari, ſolvique ab Eccleſia idem Auguſtinus ſcribat in I. *de Doctrina Chriſtiana Libro* (1). ,,Eſt, *inquit*, Eccle-
,, ſia corpus ejus. Corpus ergo ſuum, MULTIS
,, MEMBRIS DIVERSA OFFICIA GERENTIBUS (2),
,, nodo unitatis, & caritatis tamquam ſa-
,, nitatis adſtringit .. Claves igitur dedit Ec-
,, cleſiæ ſuæ, ut quæ ſolveret in terra, ſo-
,, luta eſſent in cælo ,,. Qua tandem ratione? Addit mox Auguſtinus: ,, SCILICET, ut
,, quiſquis IN ECCLESIA ejus DIMITTI PECCA-
,, TA non crederet, non ei dimitterentur;
,, quiſquis autem crederet, ſeque ab his
,, correctus averteret in ejuſdem Eccleſiæ
,, gremio conſtitutus, eadem fide, atque
,, correctione ſanaretur ,,. Jam ne cernis,
τὸ

(1) *Cap. XVI. & XVIII. pag. 8. Tom. III. P. I.*

(2) Quid hoc eſt *diverſa officia gerentibus*; niſi non omnibus eamdem poteſtatem obtinentibus? Quemadmodum in corpore humano, non omnibus collectim membris poteſtas exhibendi res objectas ineſt; ſed uni tantum parti ad commodum ceterarum. In Eccleſiæ autem corpore Sacerdotes ſunt inſtar oculorum. Qua de re Confer Auguſtinum Enarratione in Pſ. LXXXVII. *n.* VIII. *pag. 699. Tom.* IV. quo loco *oculos* corporis myſtici *eminentiora membra* eſſe docet, aſſertque, ejus rei demonſtrandæ cauſſa, Apoſtoli locum: *ſi totum corpus oculus*, ubi *auditus*? &c. Vide præterea S. Hilarium *in Pſalm.* CXXXVIII. n. XXXIV. *p.* 520. *Edit. Opp. Pariſ. an.* 1693.

*tòdimitti peccata in Eccleſia* ſic ab Auguſtino eferri, ac ſi Eccleſia liget, aut ſolvat? Quinam autem in Eccleſia *dimittunt peccata*, niſi Præpoſiti, Auguſtino prædicatore, ac teſe, quibus id *officii* gerere datum eſt? Non ergo ideo Eccleſia ſolvere, aut ligare dicitur, quod omnia *ejus collectim membra* ſolvendi, *ligandive* poteſtate inſtructa ſint; ſed quo ipſa habeat Præpoſitos, qui in Eccleſiæ ejuſdem ſinu ligandi, ſolvendique & obtineant, & exerceant poteſtatem: quemadmodum homo videre dicitur, non quo omnibus hominis partibus collectim poteſtas inſit videndi; ſed quo oculos in certa quadam corporis parte habeat, quibus (velit, nolit) indita a natura vis eſt, munuſque ea, quæ ante ſint poſita, exhibendi menti ad membrorum reliquorum utilitatem. Conferam in pauca: Paſtoribus, ſeu Præpoſitis gubernantibus Eccleſiam, eorumque unitati, paſcendi, ſolvendi, ligandi judicandique poteſtatem datam, Auguſtinu ſcribit; eaque ratione intelligit Apocalyſeos locum illum: *vidi ſedes, & ſedentes ſupr eas, & judicium datum eſt*. Claves porro *accepiſſe* a Chriſto *Petrum*, & *ceteros Apoſtolos*, eorumque in Epiſcopatu obtinentes locum, Præſides nempe Eccleſiarum, in quibus primatum teneant (1) Romani Pontifices, ut qui

 Petro

(1) Cujuſmodi is ſit, Auguſtini ſententia primatus demonſtrabo, ſed tempori.

Petro, cui eſt dictum: *ſuper hanc Petram &c:* ſucceſſerint. Eaſdem inſuper claves per Præpoſitos ipſos adminiſtrari, ut qui *quotidie in Eccleſia peccata dimittant.* Jam vero quod hi, *officii* uſi ſuo, ſolvunt, ligantve in *Eccleſia*, id ab Eccleſia *ſolvi*, *ligarive* dici; non quo *omnia* hujus *membra collectim* ſolvendi, ligandive vi præſtent ( alioqui *omnia*, eſſent *unum membrum, totumque corpus poteſtate oculi* polleret; id quod ſequutus Apoſtolum Auguſtinus vehementer negat (1) ); ſed quo in ſinu ſuo Præpoſitos Eccleſia eadem habeat, qui ad commodum, utilitatemque membrorum omnium, virtute ſolvendi, ligandive potiantur.

Nunc redeo ad ea, quæ nobis objicis, Auguſtini loca. Principio quod affers ῥητὸν e *Cap. XXX. libri de Agone Chriſtiano*, quale tan-

(1) S. Aug. *in P. LXXXVII. num. 8. pag. 69. Tom. IV.* ,, Oculos ſuos dixit membra, quæ in ıo ,, corpore, cui caput eſt ipſe, clariora, & emi-,, nentiora, & præcipua diligebat. De quo corpore ,, Apoſtolus loquens, & de noſtro corpore ſimilitu-,, dinem adhibens, ait: *Si totum corpus oculus, ubi* ,, *auditus? Si totum auditus, ubi odoratus? Si uiſ-* ,, *ſent omnia membra, unum membrum, ubi corus?* ,, *Nunc autem multa membra unum autem corpus Non* ,, *poteſt dicere oculus manibus, opus vobis non abeo.* ,, *Et ſi dixerit manus, quia non ſum oculus, non ſum* ,, *de corpore, num ideo non eſt &c?*

tandem eſt? *Eccleſia*, inquis, *claves regni cælorum datæ ſunt, cum Petro datæ ſunt*; & *cum ei dicitur, ad omnes dicitur: paſce oves meas*. Ad quos *omnes*, quæſo? Ad omnes ne *Chriſtianos*? Ad omnes igitur *oves*. At ſi *omnes paſcent*, quæ demum *paſcentur*, cum aliæ nullæ, quæ paſci queant, ſint reliquæ? Quamobrem reſtat, ut (quod Auguſtinus docet) ad Præpoſitos Eccleſiæ dictum fuerit, hiſque proinde competat poteſtas clavium, qua & paſcere poſſint, & gubernare. Neque eſt illud, quod e *Tractatu L. in Johannis Evangelium* adducis, gravius. Nam ſi *Petrus, quando claves accepit, Eccleſiam Sanctam ſignificavit*, id non evincet, omnibus collectim membris Eccleſiæ collatam eſſe ejuſmodi poteſtatem, in iiſque reſidere; cum ſatis fuerit, ut ipſi Apoſtoli, ſucceſſoreſque eorum conſequuti eam ſint, ad totius corporis Eccleſiæ utilitatem. Quamquam miror, tacitum præteriſſe te, iſto etiam in loco, perinde Auguſtino eſſe τό *ſolvi, ligarique ab Eccleſia*, ac in Eccleſia *ligare*, ac *ſolvere*. Verum hac de re, cum actum paullo ante fuerit, non eſt opus, ut eſſe rurſum agendum arbitrer. Illud tamen interim, rogo, ut cogites: quo tandem modo, ſi in Præpoſitis Sacramentorum ſolis non reſideat poteſtas clavium; Eccleſia, hoc eſt chriſtianorum, ut ſcribis, omnium collectio *ligare*, ac *ſolvere* dicatur;

quæ

quæ quidem collectio, cum perſona, te item confitente, non ſit, neque *ligare*, aut *ſolvere* ipſa per ſe quidquam; neque alteri committere, ut *ſolvat*, aut *liget*, poſſit. Id autem dum cogitas, paucis mihi ut explices velim, quid cauſſæ ſit, quamobrem Auguſtino pauliſper dimiſſo, Gratiani tibi auctoritatem comparare ſubſidio conere? Quem enim adeo abs te contemni manifeſtum ſit, eine ſperes lectorum tuorum aliquem adjuncturum fidem? Verumtamen erit de hoc quoque paulo poſt multo opportunior diſputandi locus.

Pergam nunc, ut cœpi, in Auguſtini doctrinam inquirere. Ex ejus *Tract. CXXIV. in Johan. Evang.* neſcio quid afferri etiam abs te video, *de Petro*, qui *primatum* habuerit *Apoſtolatus*. Expecto, quid inde, ſtatuas, eſſe conſequens. Nihil inde te velle, inquies. Undenam igitur? Ex eo, dices, quod Auguſtinus ibidem contendat: *propter Apoſtolatus primatum, geſſiſſe Petrum Eccleſiæ figurata generalitate perſonam*. Mane, obſecro. Expedi primum, quid iſtud ſit: *figurata generalitate perſonam Eccleſiæ gerere*? Non enim concludi quidquam ex iis verbis ſatis recte poteſt, quibus non conſtet, certam quampiam, determinatamque eſſe ſubjectam ſententiam. Mihi ſane, *Petrum Eccleſiæ perſonam gerere, primatus Apoſtolatus cauſſa*, idem videtur eſſe, atque Eccle-

cleſiam a Petro *repræſentari*, ob *primatum Apoſtolatus*. Nam perſonam *Civitatis gerere*, idem eſſe ac *civitatem*, quod vulgo dicitur, *repræſentare*, ne illos quidem fugit, qui vel balbutire latine cœperint. Neque enim aliorſum illud e Ciceronis priore *de Officiis libro* (1) ſpectat: „ Eſt proprium munus „ magiſtratus intelligere, SE GERERE PER- „ SONAM CIVITATIS „ Quid? ſi Meldenſium Antiſtes Boſſuetius in ea, quam *de Unitate Eccleſiæ* in Comitiis Cleri Gallicani ann. 1681. habuit, Oratione (2), Auguſtini lo- co

(1) Cap. XXXIV. *pag.* 308. *Tom.* III. *Opp. Edit. Genev. an.* 1743.

(2) P. I. *pag.* 477. *Tom.* VII. *Opp. Edit. Argentin*. ſeu potius *Venetæ an.* 1752. „ *Pierre*, dit „ S. Auguſtin, *qui dans l' honneur de ſa primauté re-* „ *preſentoit* TOUTE L'EGLISE, *reçoit auſſi* le primier & „ *le Seul d' abord les celfs*, *qui* dans la ſuite devoient „ être communiquées à tous les autres „. Addit mox Boſſuetius: „ afin que nous apprenions, ſelon la „ doctrine d' un Saint Evêque de l' Egliſe Gallicane, „ que l'autorité Eccleſiaſtique premierement établie „ en la perſonne d' un ſeul, ne s' eſt répandue qu' à „ condition d'être toujours ramanée au principe de „ ſon unité, & què tous ceux qui auront à l' exercer, „ ſe doivent tenir inſéparablement unis à la même „ Chairè „. Epiſcopus Eccleſiæ Gallicanæ Sanctus, cujus heic Boſſuetius meminit, Cæſarius eſt Arelatenſis. Is in *Epiſtola ad Symmachum Papam an.* 499. ſcripta *Tom.* II. *Concilior. p.* 956. *Edit. Pariſ. an.* 1714.

A PER-

co *de perſona Eccleſiæ*, *quam Petrus gereret*, indicari teſtetur exhibendi rationem illam, quam *repræſentationem* vocant? „ Petrus, „ *inquit*, qui in honore Primatus ſui, ut „ dicit Sanctus Auguſtinus, REPRAE- „ SENTABAT TOTAM ECCLESIAM, re- „ cepit item *primus*, & ſolus claves, quæ „ *inde* communicari ceteris omnibus debe- „ bebant (1) „. En quid, auctore Boſſuetio, ſit *figurata generalitate perſonam Eccleſiæ geſſiſſe Petrum*. Hæc tibi non admodum placent (2). Te vero ut tueare, Boſſuetii ejuſdem

---

A PERSONAM B. PETRI APOSTOLI EPISCOPATUS SUMIT INITIUM„ ita neceſſe eſt, ut diſciplinis competentibus Sanctitas Veſtra ſingulis Eccleſiis, quid obſervare debeant, evidenter oſtendat „.

(1) Ad locum Auguſtini e *Tract.* CXXXIV. in *Johan. Evang.* (*n.v. pag.* 599. Tom. III. P. II. Edit. an. 1700.) Boſſuetius reſpicit. Nominat etiam Optatum Milevitanum, ad ejuſque librum VII. Contra *Donatiſtas* provocat. In *capite autem ejus libri* III. *pag.* 101. *Edit. Antuerp. an.* 1702. Sic habet Optatus: „ Bono unitatis B. Petrus . . . & præferri omnibus Apoſtolis meruit, & claves Regni cælorum „ COMMUNICANDAS CETERIS SOLUS ACCEPIT.. Potuit utique CAPUT APOSTOLORUM ita ſe gubernare, „ ut nihil incurreret, quod doleret „. Et *cap. V. pag.* 104. „ Cathedram Petri, & claves Regni Coelorum conceſſas, ubi noſtra eſt Societas „.

(2) Febronius in *Nova Defenſ. Diſſert. II. Cap. II. p.* 67. *T. IV. P. I.* Ennodium Faventinum oppugnatorem ſuum

dem imploras fidem. Quaſi vero pugnantia is item loquatur; & ſi idem ſecum confligat, ſuo te patrocinio poſſit tegere. Atenim τὸ *figurari* te conturbat, quo minus ſit ea tibi probanda *repræſentatio*. Paterer, ſi hactenus nobis, quid iſtud ſit *figurari* expoſuiſſes; aut quid *figura* ſit, quidque *figurata*, quam Auguſtinus nominat, *generalitas*. Verum nihil abs te tale uſquam explicatum video. Ego vero, cum τὸ tibi *dabo claves regni cœlorum &c.* Petro *primum*, eidemque tum SOLI dictum a Chriſto fuiſſe legam; idque, ut Auguſtinus animadvertit: *propter primatum Apoſtolatus*: quo fiebat, ut Petrus ipſe *Eccleſiæ perſonam figurata generalitate gereret*; eo certe ratione ducor, ut ſentiam: Petrum, propterea quod *primatum Apoſtolatus* conſequutus divinitus eſſet, eamque ob cauſſam Eccleſiam univerſam in ſe exprimeret, auctum fuiſſe a Chriſto poteſtate ligandi, atque ſolvendi, Eccleſiæ ipſius *univerſæ* bono. Niſi

ſuum refellens: „ *inquit*, Faventinus, & alii ante „ eum arguerunt, ex ſententia Auguſtini, Petrum, „ tamquam ſupremum Caput *repræſentaſſe Eccleſiam*, „ eo modo, quo caput domus *repræſentat* familiam, „ & rex *repræſentat* regnum. Verum fallaciam jam „ obſervavit Boſſuetius *lib.* XIII. *c.* XIX. in eo, quod „ *figurandi* verbum ab Auguſtino perpetuo, & diligenter uſurpatum, adverſarii pro repræſentando „ ſumant „.

Niſi enim *univerſa*, quo demum evaderet *generalitas*, quam Auguſtinus commemorat, quaque Eccleſiam ipſam a Petro figura quadam, ſeu ſpecie, ſeu ſacramento, hoc eſt myſterio geſtam, exhibitamve confirmat (1)? Neque vero ſecus concilia œcumenica Eccleſiam eamdem *repræſentant* (2). Cum enim iſtiuſmodi Concilia non ſint reipſa per ſeſe *univerſa Eccleſia*; cumque nihilominus *Eccleſiam univerſam* exhibeant, ſeu *repræſentent*; *ſpecie* quidem certe, *myſterio*, *figuratave generalitate* eam exhibeant, neceſſe eſt. Quamobrem ne te moveant, oro, *figura*, *figurati &c.* vocabula, quæ etiamſi ſedulo uſurpari ſolerent ab Auguſtino differente de Petro, qui perſonam geſtaret Eccleſiæ; nihil tamen exprimerent, quod non apte in quemvis cadat, qui ſocietatem quampiam, coe-

(1) *Tractatu* L. *in Johan. Evang.* n. XII. *Tom.* III. P. II. *pag.* 460. „ Si in Petro non eſſet Eccleſiæ SACRAMENTUM non ei diceret Dominus: *Tibi dabo* Claves „ Regni &c. „. *Myſterium* autem Auguſtinus idem, atque Sacramentum dicit, ut ex *Tract.* XV. in *Johan. Evang.* liquet *n.* XI. *pag.* 310.

(2) Tertullian. *Lib. de Jejuniis cap.* XIV. *p.* 552. etiam a Conciliis Provinciarum repræſentari Eccleſiam dicit: „ Aguntur per Græcias illa certis in locis concilia „ ex Univerſis Eccleſiis, per quæ & altiora quæque „ in commune tractantur, & repræſentatio nominis „ Chriſtiani magna veneratione celebratur „.

cœtumve repræſentet. Age vero, cum Auguſtinus (qui haud ſemel (1), *figuræ*, *figurandi &c.* vocabula prætermiſit) cum, inquam, Auguſtinus & *Primatem Apoſtolatus*, & *Principem*(2) Petrum dixerit; quid eſt, quod impedire poſſit, quin idem, *principatus* cauſſa, Petrum ipſum geſſiſſe *figurata* GENERALITATE *Eccleſiæ* perſonam ſcribens, cenſuerit, Sanctum illum Apoſtolum tamquam ſum-

---

(1) Quam vere Febronius *figurandi* verbum *perpetuo*, & *diligenter* ab Auguſtino, dum de Petro agitur gerente perſonam Eccleſiæ, uſurpari ſcribat loco proxime indicato, perſpici ex hiſce teſtimoniis S. Doctoris poteſt. *De Agone Chriſtiano Cap.*XXX. *pag.* 190. *Tom.* VI. *opp.* „ Non ſine cauſſa inter omnes Apoſto„ los hujus ECCLESIÆ CATHOLICÆ PERSONAM SUSTINET „ PETRUS „ Nihil in his eſt verbis *de figurandi* vocabulo. Ut ne in *Tractatu* quidem L. *in Johann. n.*XII. *pag.* 460. Tractat. etiam CXVIII. *In Johann. Evang. num.* IV. *pag.*583. „ Cum Petrus illud unus pro om„ nibus dixerit, & hoc cum omnibus, TAMQUAM „ PERSONAM GERENS IPSIUS UNITATIS ACCEPERIT, „ ideo unus pro omnibus, quia unitas eſt in omni„ bus „. *Serm.* CCXCV. *Cap.* II. *p.*833. *T.*V. „ Inter „ hos (*Apoſtolos*) pene ubique SOLUS PETRUS TO„ TIUS ECCLESIÆ MERUIT GESTARE PERSONAM „.

(2) Serm. LXXVI. *al.* XIII. *de Verbis Domini. Cap.*II. *n.*III. *pag.*291. *Tom.* V. „ Petrus a Petra co„ gnominatus beatus, Eccleſiæ figuram portans, Apo„ ſtolatus principatnm tenens „. Et *lib.*II. *de Baptiſmo contra Donatiſtas Cap.*I. *n.*II. *pag.* 65. „ Quis ne„ ſcit,

ſummum vice Chriſti in terris *Principem* (1), atque *caput geſſiſſe*, *ſuſtinuiſſeque perſonam* totius chriſtianæ ſocietatis? At repræſentavit, inquis, *Perſonam Eccleſiæ* Petrus, ſed non ita, ut ejuſdem univerſæ Eccleſiæ *vim omnem*, *poteſtatemque velut inſitam ſibi*, *perpetuumque concluderet*, *quod Concilio Univerſali proprium* (2). Verum ubinam Auguſtinus hoc uni *Concilio Univerſali proprium* dicat, neſcio. Hoc ſcio, S. Doctorem Evangelio aſſenſum affirmare: Petrum primum a Chriſto regni cœlorum claves aſſequutum, paſtoremque conſtitutum, ac principem Eccleſiarum fuiſſe; inde ceteris Apoſtolis *ligandi*, *ſolvendique* poteſtatem fuiſſe factam; ſed ita plane, ut nihil prorſus de promiſſa Petro

„ ſcit, illum Apoſtolatus (*Petri*) principatum, cuilibet Epiſcopatui præferendum „? Et in *Pſal.* CIII. *n.* XVI. *pag.* 871. „ Prorſus totum Mundum dimiſit „ Petrus, & totum Mundum Petrus accepit „.

(1) Epiſt. XXXV. *al.* LXXXVI. ad *Caſulanum Cap.* IX. *n.* XXI. *pag.* 58. a Romanæ conſuetudinis jejunandi diebus ſabbatis Defenſore hæc fuiſſe objecta Auguſtinus refert: *Petrus Apoſtolorum* CAPUT, *cœli janitor*, *& Eccleſiæ fundamentum . . idipſum Romanos edocuit*. Nihil horum S. Doctor negat; aut in dubium revocat; ſed his admiſſis: „ Inter ſe, *inquit*, concorditer vivant ſabbato jejunantes, quos plantavit „ Petrus, & Sabbato prandentes, quos plantaverunt „ condiſcipuli ejus „.

(2) Febronius loco paulo ante indicato.

Petro dignitate deriperetur (1). Si autem Petrus ſolus, divina inſtitutione, Princeps, S & Ca-

(1) Conſtat id quidem ex iis, quæ hactenus deſcripſi, Auguſtini locis. Boſſuetius *Orat. ſur l'Unité de l'Egliſe an.* 1681. habita in Comitiis Cleri. *Tom. VII. Opp. pag.* 476. „ Le même, *inquit*, qui „ a dit à S. Pierre: *Tout ce que tu lieras* &c. a dit la „ même choſe a tous les Apôtres, & leur a dit encore: „ *Tous ceux dont vous remettrez* &c. C'étoit donc manifeſtement le deſſein de Jeſus-Chriſt de mettre „ PREMIEREMENT DANS UN SEUL, ce que dans LA SUITE il vouloit mettre dans pluſieurs. Mais la ſuite NE „ RENVERSE PAS le COMMENCEMENT, ET LE PREMIER „ ne PERDE PAS ſa PLACE. Cette premier parole: *tout* „ *ce que tu lieras*: dite à un ſeul, A DEJA RANGE SOUS „ SA PUISSANCE CHACUN DE CEUX à QUI ON DIRA: „ *tout ce que vous remettrez*. Car les promeſſes de „ Jeſus-Chriſt auſſi bien que ſes dons ſont ſans repentance; & cè qui eſt une fois donné indéfiniment, „ & univerſellement, eſt irrévocable: outre que la „ puiſſance DONNEE à PLUSIEURS, PORTE SA RESTRICTION DANS SON PARTAGE; au lieu que la puiſ„ ſance donnée a UN SEUL, & SUR TOUS, & SANS „ EXCEPTION, emporte la plénitude, & n'aiant à ſe „ partager avec aucun autre, elle n' a de bornes, „ que celles que donne la régle. C' eſt pourquoi nos „ anciens Docteurs de Paris, que je pourrois ici nommer avec honneur ont tous reconnue d'UNE MEME „ VOIX DANS la CHAIRE DE SAINT PIERRE LA PLENITUDE de LA PUISSANCE APOSTOLIQUE. C' EST UN „ POINT DECIDE, & RESOLU: mais il demandent ſeulement qu' elle ſoit reglée dans ſon exercice par „ les Canons, c' eſt a dire par les loix commu- „ nes

& Caput Apoſtolatus, & Claviger regni cælorum fuit: rurſum ſi Apoſtoli ceteri poteſtate a Chriſto ſunt aucti ligandi, atque ſolvendi:

---

„ nes de toute l' Egliſe, de peur que s' élevant au „ deſſus de tout, elle ne détruiſe elle même ſes propres décrets. Ainſi le myſtere eſt entendu: tous „ reçoivent la MEME PUISSANCE, & TOUS DE LA MEME „ SOURCE, MAIS non PAS TOUS en MEME *dégré*, *ni* „ AVEC LA MEME ETENDUE. Car Jeſus-Chriſt ſe communique en telle menſure, qu' il lui plaît, et toujours de la maniere la plus convenable à établir l' unité de ſon Egliſe. C' eſt pourquoi il commence par le PREMIER, & dans ce PREMIER il FORME le „ TOUT: & lui même il developpe avec ordre ce „ QU' IL A MIS DANS UN SEUL: ET PIERRE, dit S. Auguſtin, *qui dans l' bonneur de ſa primauté repreſentoit toute l' Egliſe reçoit auſſi le* premier, & *le ſeul d' abord les clefs qui* dans la ſuite *devoient* être communiquées a tous les autres &c „. Cernisne Lector, ut poteſtas omnis (Boſſuetio teſte) in Paſtoribus ſit; ut etiam varii ſint in Sacerdotibus ejuſdem poteſtatis gradus; ut denique poteſtatis ipſius plenitudo, quemadmodum deciſum fert dogma, in Petro fuerit, ſitque in hujus Cathedra, inſtitutione Chriſti? Jamne quoque vides, ut ordine poteſtas eadem a Chriſto in Eccleſiarum Paſtores manaverit, ſalva ita in Petro, hujuſque Cathedra plenitudine ejuſdem poteſtatis, ut nihil de ea detractum ſit; qua ex re plane intelligitur, poteſtatem ipſam in Sacerdotibus, præcipue autem in Pontifice Maximo reſidere, non in omnibus collectim membris Eccleſiæ? Atqui ſunt hæc ſcripta a Boſſuetio, qui Auguſtino duce, atque patrono gloriatur.

di: denique ſi, Auguſtino teſte, & Petrus ſolus qua Princeps, vel Caput *figuravit unitatem Paſtorum omnium*, TOTIUSQUE *Eccleſiæ* PERSONAM GESSIT; & Apoſtoli junctim omnes eamdem exhibuere Eccleſiam; quid eſt, cur Petrum potuiſſe non cenſeas; contra vero cenſeas, potuiſſe Apoſtolos in Synodum congregatos *vim omnem, ac poteſtatem velut inſitam ſibi, præſentemque concludere*; cum tamen non ſolum ſi Auguſtinum ipſum, ſed etiam ſi Evangelium conſulas, plus uni Petro conceſſiſſe Chriſtus, quam ceteris junctim Apoſtolis videatur? Verum miſſa hæc faciam. Non enim mihi cum Gallis, ſed tecum certamen eſt. Sit *vis* iſta *omnis, atque poteſtas*, quam *inſitam, præſentemque* nominas: ſit, inquam, iſta *poteſtas Synodi Oecumenicæ propria*. Probet id Boſſuetius. Non reſpuat Auguſtinus. Quæro quo tandem modo cum hac doctrina opinionem componas tuam? Tu *omnibus collectim Eccleſiæ membris immediate divinitus eſſe datam, atque eſſentialiter ineſſe* putas clavium poteſtatem. Poteſtas autem clavium, quam *inſitam, præſentemque* vocas, ejus eſt propria, cui divinitus data ſit, ac inſit præſertim *eſſentialiter*; non eorum, quibus poteſtatis ipſius uſus commiſſus ab eo ſit, in quem eadem poteſtas manaverit, & in quo inſit. In Synodum vero Oecumenicam non Collectio membrorum Eccleſiæ

omnium, cui datam, & cui inſitam, atque præſentem eſſe poteſtatem eamdem judicas; non, inquam, iſta in Oecumenicam Synodum Collectio; ſed Præſides dumtaxat Sacrorum conveniunt, quibus a Collectione ipſa membrorum omnium Eccleſiæ committi arbitraris ejuſdem poteſtatis uſum. Non ergo *inſita* iſta, *praeſenſque* poteſtas *propria* eſt Synodi Oecumenicæ. At eam tamen, ut paullo ante vidimus, ſtatuis eſſe Synodi Oecumenicæ propriam. Erit igitur ea, te auctore, *propria*, *non propria* Oecumenicæ Synodi; qua ex re fiet, ut componere tuam cum Gallorum ſententia nequeas, niſi confligendo tecum. At quamvis, inquies, Synodo Oecumenicæ non interſit membrorum omnium Chriſtianæ Societatis Collectio; in Synodum tamen ipſam Antiſtites Sacrorum conveniunt, qui, ut Succeſſores Apoſtolorum, *perſonam Collectionis* ejuſdem gerunt. Detur hoc tibi. Ergo ſi *inſita*, *præſenſque*, quam dicis, *vis illa, atque poteſtas propria* eſt *Oecumenicæ Synodi*, quia etſi non conveniat in Synodum ipſam omnium Chriſtianorum *Collectio*, conveniunt tamen *Epiſcopi*, qui ut Apoſtolorum Succeſſores *Collectionis* ejuſdem *perſonam gerunt*; inſita item illa, *præſenſque vis*, atque *poteſtas* propria erit Pontificis Maximi, qui, ut Petri Succeſſor, perſonam Eccleſiæ, hoc
eſt

eſt *Collectionis membrorum* eorumdem omnium gerit, ac ſuſtinet. Nam Auguſtinus, ut vidimus, & ſolum Petrum, & Apoſtolos junctim geſſiſſe animadveitit perſonam Eccleſiæ. Quid? Confugies ne ad *commiſſionem* Epiſcopis a *Collectione* datam? Facito periculum. Equidem hoc primum abs te petam, ut *Actum* afferas, quo *Collectio* ipſa *membrorum Eccleſiæ omnium* commiſerit ſuæ illius poteſtatis uſum Epiſcopis in Synodum commeantibus. *Actum* autem iſtiuſmodi aliquem, cum nullus ſit, proferri abs te nequire, certo ſcio. Pergam deinde, rurſumque *propriam* Synodi eſſe negabo poteſtatem illam, cujus uſus Synodo ipſi commiſſus ab iis fuerit, qui iſta ipſa polleant poteſtate. Quæram poſtremo, concedatne Synodus, id genus poteſtatis ineſſe omnibus collectim Eccleſiæ membris, an neget? Nam ſi neget, quo tandem modo in exercenda poteſtate geſtari ab ſe perſonam feret eorum, in quibus nihil quidquam ineſſe putet iſtiuſmodi poteſtatis? Aut qua ratione, committi ſibi patietur illius poteſtatis uſum ab iis, quos penitus ejus eſſe poteſtatis expertes judicet? Sin affirmet, cur ita *inſitam*, *præſentemque* ſibi, atque ita ſui *propriam* eam vim, atque poteſtatem cenſet, ut partem longe maximam ejus Collectionis *membrorum Eccleſiæ* non modo e Con-

cilio excludat ſuo; ſed quavis etiam auctoritate & remittendorum, retinendorumve peccatorum, & dijudicandarum, decidendarumque controverſiarum de Religione, ac moribus carere doceat? Nega, ſi potis es, non modo Ambroſium, & Chryſoſtomum, quorum ſunt a me paullo ante deſcripta loca; ſed Athanaſium etiam Alexandrinum, ſed Hoſium Cordubenſem, ſed Mediolanenſem Dionyſium, ſed Auguſtinum (1), ſed ceteros denique Patres, ſed Synodos, ſed Imperatores ipſos ut Conſtantinum, ut Valentinianum ſeniorem, ut juniorem Theodoſium (2), ut alios denique credidiſſe: præter:

(1) Horum ego Patrum loca indicavi ſupra *pag.* 216. *ſqq. hujus volum.*

(2) De Conſtantino vide locum Auguſtini *ſupra pag.* 216. hujus *volum.* & *Tom.* IV. *Antiquitatum Chriſtianar. pag.* 110. *ſqq.* De Valentiniano I. confer quæ ſcribunt S. Ambroſius Epiſt. XXI. ad *Valentinianum* II. *n.* V. *pag.* 910. *Tom.* III. *opp. Edit. Venetæ an.* 1751. & Sozomenus lib. VI. *Hiſt. cap.* VII. pag. 209. *Edit. Taurin.* an. 1747. Sic autem is refert dixiſſe Valentinianum I. Epiſcopis: „ Mihi quidem in LAICORUM ORDINE „ CONSTITUTO FAS NON EST HUJUSMODI NEGOTIA CURIOSIUS SCRUTARI &c. „. Theodoſius junior in litteris ad *Synodum Epheſinam an.* 431. ſcriptis, doctrinam Eccleſiæ ſequutus, exemplaque imitatus Chriſtianorum Orthodoxorum Cæſarum ſuperiorum: *Tom.* I. *Concilior. Edit. Pariſ. an.* 1714. *pag.* 1346. „ Candi- „ dia-

ter Sacrorum Antiſtites, jus faſque eſſe nemini de fide, ac moribus judicare.

At de *uſu* poteſtatis, dices, non de poteſtate hi omnes agunt, quæ inſit Collectioni membrorum quorumque chriſtianæ ſocietatis: Collectionem autem horum non eſſe perſonam: Quamobrem exerceri ab ea id poteſtatis genus nequire: Itaque committi ejus poteſtatis uſum a Collectione ipſa oportere; quod certe non fieret, ſi perſona eſſet ea Collectio: Tunc enim ipſa per ſe poteſtatem exerceret. Tua hæc ſunt ſcilicet.

Ego vero de poteſtate a Patribus, Synodiſque agi, non de ſolo poteſtatis uſu, adductis eorum teſtimoniis, demonſtravi. Jam de Collectione omni memini dixiſſe me, eam propterea quod perſona non ſit, neque exercere poteſtatem, neque committere cuiquam poteſtatis uſum poſſe. Hoc nunc addam breve: rationem *perſonæ* ut non competit Collectioni omnium Chriſtianorum,

 ita

---

„ dianum, *inquit*, Comitem ad ſacram veſtram Synodum abire juſſimus; ſed ea lege, & conditione, ut *μηδὲν ταῖς περὶ τῶν δογμάτων γινομέναις ζητήσεσι κοινωνῆσαι* IN QUAESTIONIBUS, QUAE DE DOGMATIBUS FIENT, NIHIL COMMUNE (*vobiſcum*) HABEAT; *ἀθέμιτον γαρ* NEFAS ENIM, illum, qui Sanctiſſimorum Epiſcoporum catalogo adſcriptus non eſt, Eccleſiaſticis negotiis, & conſultationibus ſe immiſcere „.

ita ne Reipublicæ quidem *ſeculari* poſſe competere, cujus ſit regimen populare. In Re autem populari publica ſic omnia conſtituta ſunt, atque ita diſponuntur, adminiſtrantur, reguntur, ut cum nullus ordo, tribus nulla, nullus civis ſit, cujus non par habenda ſit ratio; tum plane perſpicitur, æquam cunctis ſimul & nobilibus, & plebejis ineſſe poteſtatem. Quod ſi Magiſtratus conſtituuntur, in his conſtituendis non plus auctoritatis nobilium ordo, quam plebs obtinet. Neque Magiſtratuum propria vis illa, atque poteſtas gubernandi eſt, quam tu *inſitam, præſentemque* vocas. Quod enim hi habent juris, & auctoritatis, precario habent. Nam id quidquid juris, auctoritatiſque eſt, in Collectione reſidet civium, a cujus partis maximæ nutu conſtitutio, deſtitutioque Magiſtratuum pendet; cujuſque arbitrio quemadmodum datur Magiſtratibus, ita etiam adimi jus, auctoritas, uſuſque auctoritatis poteſt. Age vero, ſi poteſtas *Collectioni* omnium Eccleſiæ membrorum ineſſet; quid obſtaret, quo minus exerceri a Collectione eadem ita poſſet, ut exerceri ſolet in quaque populari Republica? Cum autem ex doctrina Patrum, a Collectione ipſa neque exerceatur, neque vero exerceri ita poſſit (nam Patres partem ejus Collectionis longe maximam, quæ cer-

te

te a Laicis, Clericiſque minorum gentium conſtituitur, ceu omni ejuſmodi poteſtate carentem, e Conciliis oecumenicis excludendam docent) quid eſt, quod ei toti Collectioni ineſſe *eſſentialiter* poteſtatem ipſam clavium pergas ſcribere? Sed ut eo, unde digreſſi huc ſumus, redeam, dico, ex iis quæ diſputata hactenus ſunt, palam fieri, nihil te gratia defendendi tui extundere ex eo Auguſtini loco poſſe, qui eſt *de Petro, qui primatus* ſui cauſſa *Eccleſiæ figurata generalitate perſonam geſſerit*; immo eodem ipſo loco cogi te, ut non minus Petri ipſius, ejuſque Succeſſorum, quam Conciliorum oecumenicorum *propriam* eſſe vim illam, ac poteſtatem confiteare, quam *inſitam, præſentemque* nominas. Nunc quid in eo, quod opponis teſtimonio Auguſtini ſequatur, conſideremus. Itaque pergit S. Doctor, & *Eccleſia*, inquit, *quæ fundatur in Chriſto, claves ab eo regni cælorum accepit in Petro, id eſt poteſtatem ligandi, ſolvendique peccata.* At hujus propoſitionis ſenſus eſſe poteſt omnino duplex. Prior eſt, ut Petro *datæ claves fuerint*, quem Petrum, cum Eccleſia a Chriſto Primatem ſui, Principem, claveſque habentem acceperit; accepiſſe item ipſa cum Primate ſuo claves dicatur ita, ut traditum ab Ambroſio (1) vidimus, nempe: eatenus Eccle-

(1) Vide ſupra *pag.* 237.

Eccleſiam obtinere dici ligandi, ſolvendique poteſtatem, quatenus Sacerdotes obtinet, quibus ea fuerit a Chriſto poteſtas data. Hunc autem ſenſum ſi probes, ſcito, nullam poſthac inter nos futuram contentionem. Alter eſt ſenſus, quo ſumi a quoquam idem Auguſtini locus poſſet, hujuſmodi: Eccleſiam ipſam in ſe, velut in ſubjectum, accepiſſe a Chriſto claves in Petro gerente *figurata generalitate perſonam* ejuſdem *Eccleſiæ*. Hoc autem altero ſenſu poſito, quæro: Petrus ne revera in ſe receperit eamdem poteſtatem clavium; an receperit *figurate* ita, ut non in eum poteſtas ipſa, ſed in Eccleſiam, ut in ὑποκείμενον *ſubjectum* caderet? Quidquid horum tetigeris, confirmo, tibi ulcus futurum. Nam ſi ut Petrus, ita Eccleſia ejuſdem poteſtatis *ſubjecta* haberi debent, æquabitur poteſtas Petri, poteſtati omnium collectim membrorum Eccleſiæ, quod certe negas. Sin autem *ſubjecti* loco ſola Collectio Chriſtianorum habenda omnino eſt, Petrus vero nullo modo; fateare profecto neceſſe erit, conceſſione clavium, nihil plus fuiſſe Petro a Chriſto datum, quam datum cuilibet alteri Eccleſiæ membro fuerit; quod ſane non Auguſtini doctrinæ modo, ſed etiam Eccleſiæ catholicæ fidei repugnat. De Eccleſiæ fide alias, cum de Pontifice Maximo ex inſtituto mihi diſſerendum erit.

Augu-

Auguſtini hæc eſt doctrinæ ratio: Tract. I. in Johannem: „ ſi hoc Petro TANTUM: *ti-„ bi ſcilicet dabo claves*: dictum eſt; non *facit* „ hoc Eccleſia: ſi autem hoc in Eccleſia, „ fit, Petrus, quando claves accepit, Ec-„ cleſiam ſanctam figuravit „. Priora tu verba ſupprimenda putaſti. Cur? Non inquiro. Bona, credo, fide. At erat *τὸ tantum* animadvertendum tibi. Nam cum Auguſtinus, *ſi hoc Petro tantum*, dicat, plane demonſtrat, *non ſolum* datas claves fuiſſe Petro, ſed etiam Eccleſiæ. Datas igitur eſſe cenſuit eaſdem claves Petro, at non huic ſolum, ſed Eccleſiæ etiam. Si ergo quæ data Eccleſiæ poteſtas eſt, eadem, Auguſtino teſte, data item eſt Petro Eccleſiæ Principi; certe quam ille ineſſe ſcribit Eccleſiæ, eam quoque, exiſtimarit neceſſe eſt, poteſtatem ineſſe Petro. Quid? Si ſolvendi, ligandique poteſtatem, præter Petrum, accepiſſe etiam Johannem, Paulum, reliquos Apoſtolos, Auguſtinus ſcribat (1)? An id cum ſcriberet, non plus eoſdem Apoſtolos conſequutos fuiſſe, quam Chriſtianum quemque arbitrabatur, propterea quod non minus in *Collectione omnium membrorum Eccleſiæ* computetur Chriſtianus quiſque, quam Apoſtoli ipſi computarentur? Id ſi ita eſſet, cur

(1) Vide ſupra *pag.* 258. *hujus vol.*

cur eo ipſo in loco ex *Tractatu CXXIV.* (1) *in Johannem*, quo tu abutere, hæc ille animadvertit, quæ tu tamen ſupprimenda, neſcio qua permotus cauſſa, putaſti?,, Quod ,, enim ad ipſum PROPRIE pertinet Petrum, ,, natura unus homo erat, gratia unus Chri- ,, ſtianus, ABUNDANTIORE gratia unus, idem- ,, que PRIMUS Apoſtolus ,,. Age vero, expo- nito,cur Petrus PROPRIE, quod ad ipſum pertinet, *abundantiore gratia* PRIMUS Apoſtolus; ſi PRIMATUS PRAECIPUAM ei non attulit poteſtatem; atque ſi PRIMAS non re quidem fuit, ſed vacuo nomine? Rurſum cur, ſi nihil accepit præcipuæ poteſtatis Petrus, melior aliis, ob *acceptas claves*, diceretur ab Auguſtino in I. *Contra Gaudentium Donatiſtam libro* (2)? Nam ſi præcipua ejuſmodi auctoritate potitus, Auguſtini ſententia, non fuiſſet; non idem S. Doctor pronunciaſſet, ideo meliorem fuiſſe Petrum, quod MERUERIT CLAVES ACCIPERE. Quo enim modo ob acceptas claves eſ- ſe

(1) *Num. V. pag. 159. Tom. III. P. II. Opp. Edit. Antuerp.* an. 1700. Quæ his præcedunt Auguſtini verba, quæque ſuccedunt, interjectis aliquot punctis, prætermiſit Febronius.

(2) *Cap. XXXI. n. 39. pag. 446. Tom. IX. Opp. Edit. ejuſd.* ,, Numquid melior Razias, quam Petrus ,, Apoſtolus, quia ubi dixit: *tu es Chriſtus Filius Dei* ,, *vivi*: tam Beatus a Domino appellatus eſt, ut ,, CLAVES REGNI CAELORUM ACCIPERE MERERETUR,,?

ſe potuiſſet melior, ſi nihil ille plus, quam Apoſtoli ceteri, immo, quam Chriſtianus quiſque accepiſſet; aut ſi verbis: *tibi dabo claves*: non illi Chriſtus ut *Apoſtolatus, unitatiſque Eccleſiæ* catholicæ *Principi*; ſi non illi, inquam, ſed *omnibus collectim membris* Chriſtianæ ſocietatis ligandi, ſolvendique dediſſet poteſtatem? Denique ſi Auguſtinus, non Petro primum *proprie*, non inde Apoſtolis reliquis; ſed uni Collectioni membrorum Eccleſiæ omnium, verbis: *tibi dabo claves* &c. & *quæcumque ligaveritis* &c. auctoritatem ligandi,ſolvendique datam a Chriſto fuiſſe putaſſet; cum in Collectione membrorum, velut eſt Chriſtianus quiſque, ita eſt quiſque Apoſtolorum; cur idem Auguſtinus *accepiſſe* claves a Chriſto Petrum, accepiſſe Paulum, accepiſſe Johannem, accepiſſe Apoſtolos omnes ſcripſit. (1); non ſcripſit, accepiſſe Mariam, & Martham, accepiſſe Mariam Cleophæ, accepiſſe Zachæum, accepiſſe Lazarum, accepiſſe Joſephum ab Arimathæa, accepiſſe tandem omnes, qui ſanctam eſſent amplexi religionem?

Quæ igitur, dices, fuit ratio, quamobrem Auguſtinus Eccleſiam accepiſſe claves regni cælorum in Petro diceret? Rogas? eam ego tibi exponam brevibus: Scilicet ideo

(1) Vide ſupra *pag.* 258. & 260.

ideo dixit, ut oſtenderet, non ita in uno Petro manſiſſe clavium poteſtatem, ut in alios inde Apoſtolos, inque ſucceſſores eorum non redundarit; ſed communicatas deinceps fuiſſe ipſas claves iiſdem Apoſtolis; hiſque mortuis, ordine quodam ac proportione in ſucceſſores tranſmiſſas, adeo ut numquam poſſint deficere; cumque Eccleſia perpetuo habitura Sacerdotes ſit, perpetuo item in his, quibus ſolis conceſſæ fuerunt, habitura ſit claves ad ſui commoda, & utilitates. Atque huc quidem illud ſpectat, quod S. Doctor tradit de clavibus *unitati Paſtorum creditis* (1), de divinitus dato judicio Præpoſitis Eccleſiarum, deque attributo ipſis ligandi, ſolvendique jure (2).

Hoc quoque pacto intelligi omnino debent *alia illa plura*, quæ abs te prætermitti ajebas vel retinendæ brevitatis, vel prolixitatis in re non neceſſaria vitandæ cauſſa.

Neque diſcrepans quidpiam is locus continet, quem affers e *Sermone CVIII.* de *Diverſis* (3), quique fert „ . Inter Apoſtolos „ pe-

(1) Confer, quæ protuli *pag.* 256. ſq. *hujus vol.*

(2) Vide locum Auguſtini deſcriptum ſupra *pag.* 249. *hujus vol.*

(3) Locum Auguſtini, ut eſt deſcriptus a Febronio, attuli *pag.* 249. *hujus vol.* Quid autem is locus integer ferat, poſt videro.

„ pene ubique ſolum Petrum totius Eccle-
„ ſiæ meruiſſe geſtare perſonam„. Verum id ego non ſolum patior, ſed libens etiam concedo. At pergit Auguſtinus ſcribere: „ Pro-
„ pter ipſam perſonam, quam totius Ec-
„ cleſiæ ſolus geſtabat, meruiſſe Petrum
„ audire: *Tibi dabo claves* &c„. Aſſentior plane. Nam ſi hoc *meruit* audire Petrus, meriti quidem certe cauſſa plus ceteris quidquam ſit conſequutus, neceſſe eſt. Meriti enim gratia id audire tantum, quod non ad ſe magis, quam ad alios pertineat, idem eſt, atque nihil ipſum plus, quam ceteros revera meruiſſe. Ac ſi cui claudendi, aperiendi, ſolvendi, ligandique in Chriſtiana Republica poteſtas præcipua (1) danda fuit (danda autem uni alicui fuit, ſaltem unitatis tuendæ cauſſa) ei dandam fuiſſe credendum eſt ad commodum, utilitatem, ſalutem omnium Chriſtianæ ipſius Reipublicæ membrorum (2), qui cum in Eccleſia

(1) S. Leo Magnus Epiſt. X. quæ ad *Epiſcop.* eſt *Viennen. Prov.* al XCIII. *pag.* 37. *ſq. Edit. Roman. Opp. an.* 1751. „ Hujus muneris ſacramentum, *inquit*,
„ ita Dominus ad omnium Apoſtolorum officium per-
„ tinere voluit, ut in Beatiſſimo Petro Apoſtolorum
„ omnium Summo PRINCIPALITER collocaret, ut ab
„ ipſo, quaſi quodam Capite, dona ſua velut in cor-
„ pus omne diffunderet &c„.

(2) Nonniſi enim ad utilitatem, commodum, ſalutem

ſia Princeps eſſet (1), tum totius ejuſdem Eccleſiæ perſonam gereret (2). At addit S. Doctor :„ Has enim claves non unus ho„ mo accepit, ſed unitas accepit Eccleſiæ,„. Quid tu ? Claves ne igitur accepiſſe Petrum negas? Non potes profecto, niſi forte fas tibi putes eſſe, eo te patrono, ac duce gloriari, quem una oppugnes ajentem, claves & Petrum, & Paulum, & Johannem, & Jacobum, & ceteros Apoſtolos accepiſſe (3).Cum igitur negare nequeas,quin cum Auguſtino confligere cogare, explica, quid illud

lutem ovium ſuarum Chriſtus eaſdem oves paſcendas credidit, atque commendavit Petro. Confer Sermon. ipſum, de quo agimus, cap. IV. *pag.* 834. *Tom.* V. *Opp. S. Aug. Edit. Antuerp. an.* 1700. Paſci autem oves, qui poterunt, niſi Paſtoribus clavium poteſtas &c. inſit? Confer etiam Auguſtini locum e Serm. CCCLII. quem quidem locum ſupra deſcripſi pag. 258. *ſq.* & *lib. de Geſtis cum Emerito &c. n.* VII. *pag.* 428. *Tom.* IX.

(1) Vide ſupra pag. 249. ſed hac de re mox pluribus.

(2) Confer, quæ protuli pag. 249. ſqq.

(3) Vide ſupra pag. 259. hujus vol. & pag. 260. Accepiſſe autem illam poteſtatem Petrum, præter ea, quæ ante produximus, Auguſtini loca, evincit etiam ejus *Sermo* CXLIX. *al.* XXVI. *de Diverſis cap.* V. *n.* VI. *pag.* 491. *Tom.* V. quo quidem in Sermone S. Doctor ſcribit, eos, qui ſe ab unitate diſcindunt Eccleſiæ „ ad viſionem Petri non pertinere, neque „ ad CLAVES, QUAE DATAE SUNT PETRO „.

iſtud ſit: *non unus homo accepit* &c. Nimirum ſi Auguſtino auſcultes, hoc ſenſu τὸ *non unum hominem* &c. dictum fatebere: ſcilicet, accepiſſe quidem Petrum, ſed non ita accepiſſe *ſolum* claves, ut nullo modo in alios quoſpiam ea poteſtas manaverit; verum ita, ut ſubinde, beneficio Chriſti, in reliquos Apoſtolos redundarit (1), deincepſque præcipua, quæ Petro data fuit (2), in Succeſſores Romanos Pontifices propagata

T ſit

(1) Vide pag. 258. & pag. 260. hujus Vol.

(2) Neque enim nomine tantum Præcipuum, Principemque Apoſtolatus Auguſtinus dixit *Petrum*. *Serm.* LXXVI. *al.* XIII. *de verbis Domini cap.* II. *num.* 3. *pag.* 291. *tom. eod.* „ Petrus a Petra cognominatus BEA-
„ TUS, Eccleſiæ figuram portans, APOSTOLATUS PRIN-
„ CIPATUM TENENS: *& cap.* III. *n.* 4. *pag. ead.* In UNO
„ ERGO ILLO APOSTOLO, ID EST PETRO IN ORDINE
„ APOSTOLORUM PRIMO, ET PRAECIPUO, IN QUO FIGU-
„ RABATUR ECCLESIA „. *Et lib.* II. *de Baptiſmo contra Donatiſtas cap.* I. *num.* 2. *pag.* 65. *tom.* IX. *Opp.*
„ Quis neſcit, illum APOSTOLATUS (PETRI) PRINCI-
„ PATUM CUILIBET EPISCOPATUI PRÆFERENDUM „? Cur autem præferendum, niſi auctoritatis, de qua ibid. agit, cauſſa? Quid? Si S. Doctor, totum MUNDUM ACCEPISSE PETRUM, dicat? Vide ſupra *pag.* 272. Quî vero, niſi ſpiritali ligandi, ſolvendique poteſtate? Quin etiam Enarrat. *in Pſ.* CVIII. *num.* 1. *tom.* IV. *pag.* 911. propter Primatum, quem in Diſcipulis habuit, Petrum geſtaſſe in figura Eccleſiæ perſonam ait, eique PROPRIE dictum videri: *Tibi dabo claves Regni cœlorum*. Sed hoc de loco alias.

ſit (1); in eos vero, qui Apoſtolis qua Epiſcopis ſucceſſere, ſuccedunt, excellens quidem,

(1) Confer Auguſtini locum, quem ſupra deſcripſi *pag.*260. *hujus vol.* Idem S. Antiſtes *in lib. de Utilitate credendi cap.*XVII. *n.*XXXV. *pag.*50.*tom.*VIII. „ Dubitabimus, *inquit*, nos ejus Eccleſiæ condere „ gremio, quæ uſque ad confeſſionem generis huma- „ ni ab APOSTOLICA SEDE per SUCCESSIONES EPISCOPO- „ RUM (fruſtra hæreticis circumlatrantibus, & par- „ tim plebis ipſius judicio, partim Conciliorum gra- „ vitate, partim etiam miraculorum majeſtate DA- „ MNATIS) CULMEN AUCTORITATIS OBTINUIT? Cui „ nolle PRIMAS DARE, vel SUMMÆ IMPIETATIS EST, „ vel PRÆCIPITIS ARROGANTIÆ „. Et *Epiſt.*XLIII. ad *Glorium*, & *Eleuſium al.* CLXII. *cap.III. n.*7. *pag.*69. *Tom.II.* gradus in Epiſcopis ponens, aliorum aliis majorum agnoſcit auctoritatem. Nam de Carthaginienſi, & Romano agens: „ Carthago, *inquit*, non MEDIOCRIS „ utique AUCTORITATIS habebat EPISCOPUM, qui noſ- „ ſet non curare conſpirantem multitudinem inimi- „ corum, cum ſe videret & ROMANÆ ECCLESIÆ, IN „ QUA SEMPER APOSTOLICÆ CATHEDRÆ VIGUIT PRIN- „ CIPATUS, & ceteris terris, unde Evangelium ad „ ipſam Africam venit, per communicatorias litte- „ ras eſſe conjunctum „. Et in I. *Libro contra duas Epiſtolas Pelagianorum cap.*1. *num.* 2. *pag.*27. *Tom.X.* Bonifacium Pontificem alloquens: cum, *inquit*, „ communis ſit omnibus nobis, qui fungimur Epi- „ ſcopatus officio (quamvis ipſe in ea PRÆEMI- „ NEAS CELSIORE FASTIGIO) ſpecula paſtoralis, fa- „ cio quod poſſum &c. „ Sed hac de re agam fuſius in ea Epiſtola, quæ de Pontificis Maximi Primatu juriſdictionis erit. Interea ſecum conſtituat Febronius velim: Augu-

dem, at non tamen præcipua, neve tam late patens; in Presbyteros denique minor traducta fuerit, traducique pergat (1). Catholicorum autem, Sedis vero Apoſtolicæ in primis (2), Epiſcoporum ſucceſſionem tanti eſſe, ut per eam ſtare Eccleſiam (3), Augu-



---

Auguſtinum, niſi Sedis Apoſtolicæ Epiſcoporum ſuperiorem auctoritatem, poteſtatemque agnoſſet, numquam fuiſſe ſcripturum, quod tamen ſcripſit *Epiſt.*cxc. *al.*clvii. *ad Optatum n.*1. *pag.*532. *Tom.II.* „ Caeſaream ſe veniſſe, quo ſe INJUNCTA SIBI A VENERABILI PAPA ZOSIMO APOSTOLICÆ SEDIS EPISCOPO ECCLESIASTICA NECESSITAS TRAXERAT „.

(1) Jam ex iis, quæ hactenus diſputata ſunt, dignoſcitur, Auguſtinum non tam late patentem, ut eſt Pontificis Maximi, eſſe putaſſe auctoritatem, quæ in Epiſcopos ceteros manavit. Poteſtatem autem in eoſdem Epiſcopos ſucceſſione Apoſtolica propagatam eſſe, oſtendi ab S. ipſo Doctore vidimus *p.*257.*hujus Vol. & pag.* 260. *& pag.*262. *& pag.*264. *not.* 1. De Presbyteris vide, quæ idem ſcribit *in lib. de Haereſibus ad Quodvultdeum cap. LIII. pag.*14. *Tom.VIII. & Epiſt. LXXXII. al. XIX. ad Hieronymum num.* 33. *pag.*153. *Tom.II.*

(2) Confer quæ ex Auguſtino attuli *pag.* 260. *hujus Vol.* & Pſalmum S. Doctoris *contra Partem Donati pag.* 5. *Tom.IX.* quo loco inquit:

„ Numerate Sacerdotes vel ab ipſa Petri Sede
„ Et in ordine illo Patrum quis cui ſucceſſit, videte.
„ Ipſa eſt petra, quam non vincunt ſuperbæ inferorum portae „.

(3) Nam *Epiſtola CCXXXII.al.XLII.ad Madauren-*

ſtinus profiteatur. Cur autem, niſi quia tam ineſt Epiſcopis poteſtas clavium, ut certa horum ſucceſſione ſublata, non unitas, non diſtributio Sacramentorum, non Sacerdotium, non Sacra ipſa perſeverarent, adeoque ne Eccleſiæ quidem corpus conſiſteret? Quod ſi *Collectioni membrorum Eccleſiæ omnium*, uti ſubjecto, poteſtas ineſſet clavium; hujuſque uſus a *Collectione* ipſa ſacrorum Miniſtris committeretur; certa illa *ſucceſſione* non eſſet opus, cum ei, quæ *ſupereſſet* membrorum *Collectioni* non deeſſent viri, quibus *uſum* ipſum poſſet *committere*. Jam tenes, quo verba Auguſtini pertineant de clavibus Eccleſiæ, quas non homo unus *acceperit*. Hinc porro etiam cognoſces, quid illud ſit: *ſed Unitas accepit Eccleſiæ*. Hujus enim *unitatis* nomine *Paſtorum* intelli-

---

*renſes num. 3. pag. 639. Tom.* II. „ Videtis, *inquit*, „ multos præciſos a radice chriſtianæ ſocietatis, quæ „ per SEDES APOSTOLORUM, & SUCCESSIONES EPISCO„ PORUM CERTA PER ORBEM PROPAGATIONE DIFFUN„ DITUR „. Et *lib.*I. *contra Adverſarium Legis, & Prophetarum cap.*XX. *tom.*VIII. *pag.*404. „ Eccleſia, „ *inquit*, quæ ab (*Apoſtolorum*) temporibus PER „ EPISCOPORUM SUCCESSIONES certiſſimas, uſque ad „ noſtra, & deinceps tempora PERSEVERAT &c.„ Quo enim pacto perſeverare ovium conjunctio, ſeu grex, ſine cuſtodia Paſtorum poterit? Quemadmodum autem a ſacris Paſtoribus cuſtodiantur oves, indicat Auguſtinus in *Pſalm.* CXXVI. *n.*3. *pag.*1070. *tom.* IV.

telligit *unitatem* (1), quos *Paſtores* cum perpetuo ſit habitura Eccleſia, perpetuo item dicitur habitura poteſtatem eam, quæ in unitate ipſa Paſtorum reſidet, adhibeturque in ipſa Eccleſia ad ejuſdem membrorum omnium utilitatem (2). Qua ſane poteſtate careret, ut proxime vidimus, ſi Paſtorum ejuſmodi ab Apoſtolis cœpta tolleretur ſucceſſio. Sed pergit Auguſtinus, atque: „ ut noveritis,
„ *inquit*, Eccleſiam accepiſſe claves Regni
„ cælorum, audite in alio loco, quid Do-
„ minus dicat omnibus Apoſtolis ſuis: *ac-*
„ *cipite Spiritum Sanctum*: & continuo: ſi
„ *dimiſeritis peccata* &c. Hoc ad claves per-

 „ ti-

(1) Confer loca Auguſtini deſcripta *pag.* 257. *hujus Vol. & pag.* 260.

(2) Vide *p.* 258. *ſq. hujus Vol.* locum Auguſtini e *Serm.* CCCLII. & *p.* 262. *ſqq.* & ex *lib. de Doctrina Chriſtiana* &c. „ Neque enim (*inquit Auguſtinus lib.* II.
„ *contra Creſconium Donatiſtam Cap.* XI. *n.* 13. *p.* 282.)
„ neque enim Epiſcopi propter nos ſumus; ſed pro-
„ pter eos, quibus Verbum, & Sacramentum Do-
„ minicum miniſtramus, ac per hoc, ut eorum ſine
„ ſcandalo gubernandorum ſeſe neceſſitas tulerit, ita
„ vel eſſe, vel non eſſe debemus, quod non propter
„ nos, ſed propter alios ſumus „. *& cap.* XII. *n.* 14.
„ Proinde veſtri Epiſcopi .. ſic in catholicam ſuſcepti
„ ſunt unitatem, quemadmodum expedire videbatur
„ iis, quorum SALUTI per eorum conſulebatur offi-
„ cium „. Eadem probat in *libro* ſingulari *de Geſtis cum Emerito Donatiſta n.* 7. *pag.* 428. *tom.* IX. *Opp. Edit. Antuerp. an.* 1700.

„ tinet ;„. Etiamne aliud? Nihil prorſus: Nam in hæc verba deſinit Auguſtini, quo ad extremum utere e *Serm.* CVIII. *de Diverſis*, locus. Ego vero hæc conſentanea communi dogmati eſſe video; inimica tuo. Undenam enim, obſecro, Auguſtinus *noſci* vult *Eccleſiam accepiſſe claves*? Ex iis nempe, quæ *Dominus* dixit *omnibus Apoſtolis ſuis*, quos certe Paſtores inſtituit Eccleſiarum. Ex iis autem, quæ ſuis Apoſtolis omnibus, conſtitutis Paſtoribus Eccleſiarum, dixit, concludi quidem poterit, Apoſtolis iiſdem, qua Paſtoribus ovium conſtitutis, adeoque etiam Paſtoribus (1), qui futuri in Eccleſia eſſent; non autem, *omnibus collectim Eccleſiæ membris* fuiſſe ligandi, ſolvendique poteſtatem datam. Sed quoniam data Paſtoribus eſt, in iiſque manet eo *fine*, ut ad utilitatem, ſalutemque adhibeatur *membrorum omnium* chriſtianæ ſocietatis; idcirco dignoſci inde poſſe veriſſime, rectiſſimeque Auguſtinus dixit, eam eſſe datam Eccleſiæ, ejus ſcilicet *finis* cauſſa; non vero quaſi eadem poteſtas in omnibus collectim Eccleſiæ membris, velut *in ſubjecto*, reſideat. Hæc tu non animadvertens, *finemque* cum *ſubjecto* miſcens, aliorſum Auguſtini dictum detorſiſti,

(1) Vide loca Auguſtini, quæ attulimus *p.*259. & 293. *hujus Vol.*

ſti, ac ille intelligendum voluerit. Atque conſtans illa eſt S. Doctoris ſententia: Epiſcopos ordinari, & eſſe, non *propter ſe* quidem, ſed *propter eos*, quibus *Sacramentum Dominicum miniſtrant* (1). En tibi, *quo fine* in ſacrorum Præſides clavium poteſtas, Auguſtino prædicatore, manaverit, & quo ſenſu idem ſcripſerit (2) Auguſtinus: „quædam „ dici, quæ ad Apoſtolum Petrum PROPRIE „ pertinere videantur, nec tamen habere „ ILLUSTREM intellectum, niſi cum referuntur ad Eccleſiam, cujus ille agnoſci„ tur in figura geſtaſſe perſonam, propter „ PRIMATUM, quem in Diſcipulis habuit, ſi„ cuti eſt, *tibi dabo claves regni cælorum*, „ & ſi qua hujuſmodi (3)„. Nam etſi *pro-*

 *prie*

(1) Confer Adnotationem noſtram *pag.* 293. *not.*2. *hujus Vol.*

(2) S. Auguſtin. in *Pſalm.*CVIII.*n.*1. *pag.*911. *tom.*IV. *Opp. Edit. Antuerp. an.* 1700.

(3) S. Auguſt. comparationem inſtituens, veluti Petrum Eccleſiæ, ita Judam perſonam inimicorum Chriſti Judaeorum ſuſtinuiſſe animadvertit; qui quidem inimici „ & tunc oderant Chriſtum, & nunc per „ ſucceſſionem perſeverante genere ipſius impietatis „ oderunt, de quibus hominibus, & de quo populo „ poſſunt non inconvenienter intelligi non ſolum quæ „ apertius de ipſis in hoc pſalmo legimus; verum e„ tiam illa, quæ proprie de ipſo Juda dicuntur ex„ preſſius ſicuti eſt, quod commemoravi: *fiant dies*

„ *ejus*

*prie* ad Petrum hæc pertinent, non ita tamen, ut in Succeſſores non permanarint, neve referenda ſint ad Eccleſiæ univerſæ commodum, utilitatem, ſalutem, cujus ille Eccleſiæ perſonam geſſerit ob eum, quem *in Diſcipulis habuit, primatum*. Atque hæc de loco ex Sermone CVIII. de *Diverſis*, quo ad extremum nitebare, dicta ſunto. Quamquam is *Sermo* nonnulla continet, quæ cum prætermiſſa abs te fuerint, tum mox a me breviter expendentur, dum agam de *ligandi, ſolvendique* vocibus haud raro ab Auguſtino uſurpatis latiore ſenſu.

Quæ deinceps conſideranda proponis *de clavibus* a *Paulo* item *acceptis*, de *Petro* qui *univerſam ſignificarit Eccleſiam*, de *Apoſtolis omnibus, quibus dictum eſt* quæcumque ligaveritis &c. *tamquam ſi Eccleſia diceretur*; hæc,

---

„ *ejus pauci &c.* „ Atque inſtituta hæc comparatio id poſcit, ut quæ *proprie* dicta fuere de Petro, ad Eccleſiam referantur; ceterum, ut ex ſupra animadverſis conſtat, non ea ratione, ut quae propria Petri fuere, ea in Collectionem omnium chriſtianorum manaverint; ſed ita, ut in Succeſſores ejus derivata ſint, proportioneque ſervata, ſicut in Apoſtolos primum, ita deinceps in ſacrorum Præſides, Sacerdoteſque ceteros, ut hactenus demonſtravimus, ſint propagata ad utilitatem membrorum quorumlibet chriſtianæ ſocietatis, quorum Collectionis Petrus ob primatum Apoſtolatus perſonam gerebat.

hæc, inquam, omnia (quæ ex Auguſtini libris decerpta in nos contorſiſti, quæque pag. 250. hujuſce voluminis noſtri deſcripſimus) quemadmodum intellecta ab eodem Sancto Doctore fuerint, ex iis, quæ a nobis hactenus diſputata ſunt, non opinione cognoſci, ſed ad veritatem plane poteſt.

At illud expediri, dices, oportere, quod ex *libro III. de Baptiſmo* depromptum abs te eſt, quodque ad *Eccleſiæ pacem peccata dimittentem* pertinet. Aequum poſtulas. Quare geram tibi morem. Fateor, agi *ibidem* ab Auguſtino de *Apoſtolis*, qui *perſonam geſſerint Eccleſiæ*, ac de *verbis*: quæcumque ligaveritis&c. *quæ* dicta iiſdem Apoſtolis *fuerint, tamquam* ipſi *Eccleſiæ dicerentur*; propterea quod *pax* Eccleſiæ ſit, *quæ dimittat peccata*; atque *alienatio* ab *Eccleſiæ pace* e contra ſit, qua quidem *alienatione peccata retineantur*(1). Verum quid hoc ad rem? Nos de clavium, ſeu de *miniſterialis* poteſtatis ligandi, &c. ὑποκειμένῳ *ſubjecto* quærimus; non de ratione, ac via, quæ ineunda cuique ſit, ut ſibi remitti peccata impetret; & a qua ratione ſiquis deflectat, huic ſua eſſe peccata retinenda judicentur: *Confeſſio fidei*, *dilectionis que vis*, atque *exercitatio*, *pax*, ceteraque generis ejuſdem præ-

(1) Vide locum Auguſtini a nobis deſcriptum ſupra *pag.* 250. *hujus Vol.*

præſidia quædam, rationeſque ſunt, quibus qui ſeſe muniat, is ad remiſſionem pertingat peccatorum, ſibique inſtruat ad ſempiternam ſalutem viam. Præſidia, inquam, rationeſque ſunt; non perſonæ, neve perſonarum Collegium, ſeu Societas, quibus ſit data divinitus, & quibus gubernandi, excommunicandi, abſolvendique poteſtas inſit, & quæ aut exercere ipſæ per ſe, aut cuiquam committere poſſint ejuſdem poteſtatis uſum. Quocirca quæ de *pace*, de *fide*, de *dilectione de prece* ligante, aut ſolvente Auguſtinus ſenſu latiore diſputat, aliô quidem certe, non ad noſtrum inſtitutum pertinent. Velut in eo S. Doctoris loco, quem ex III. *de Baptiſmo libro* detruncatum attullerunt ii, quibus tu, nihil ſuſpicans fraudis, adjunxiſti fidem; velut, inquam, in eo loco de *pace*, a qua dimittuntur peccata, Sanctum ipſum Doctorem agere exploratum eſt; id quod tu perſpexiſſes clarius, ſi quæ mox addit Auguſtinus, legiſſes. Atque is ibidem, ubi dixit:
„ Pax Eccleſiæ dimittit peccata, & ab Eccle-
„ ſiæ pace alienatio tenet peccata „: ſic
pergit ſcribere: „ Non ſecundum arbitrium
„ hominum, ſed ſecundum arbitrium Dei,
„ & ORATIONES SANCTORUM SPIRITUALIUM,
„ qui omnia judicant; ipſi autem a nemi-
„ ne judicantur „. Abi modo Febroni, ac ſacrorum Præſides, & Miniſtros, præſertim

ſi mi-

ſi minus boni ſint, nullas in remittendis, retinendiſque peccatis habere partes poſſe pugnato. A *pace*, dicito, *ſecundum orationes ſanctorum ſpiritualium*, qui omnia judicant, peccata ſolvi; quamobrem, quidquid eſt Sacerdotum, id (hoc in genere præſertim) eſſe ſupervacaneum. Utere quoque iis, quæ ille adjungit: „ Petra enim (*hoc eſt Chriſtus*) „ tenet, Petra dimittit, Columba (*ſeu Ec-* „ *cleſia*) tenet, Columba dimittit „: Atenim quomodo? Scilicet: „ Unitas dimittit. Pax „ autem hujus unitatis in SOLIS bonis eſt, „ vel jam ſpiritualibus, vel ad ſpiritualia „ concordi obedientia proficientibus: In „ malis autem non eſt, ſive foris tumultuen- „ tur, ſive intus cum gemitu tolerentur; „ & baptizent, & baptizentur. Sicut autem „ iſti, qui intus cum gemitu tolerantur, „ quamvis ad eamdem columbæ unitatem, „ & ad illam glorioſam Eccleſiam non ha- „ bentem maculam, aut aliquid hujuſmodi „ non pertineant; tamen ſi corrigantur, & „ ſe peſſimos ad baptiſmum acceſſiſſe fa- „ teantur; non rebaptizantur, ſed incipiunt „ ad Columbam pertinere, PER cujus GEMI- „ TUS PECCATA SOLVUNTUR; a cujus pace „ alienatis tenebantur: ſic & qui apertius „ foris ſunt, ſi eadem Sacramenta ſumpſe- „ runt, cum correcti ad Eccleſiæ veniunt „ unitatem, non iterato baptiſmo; ſed ea- dem

„ dem CARITATIS lege, & UNITATIS VINCU„ LO LIBERANTUR „. Eja, Febroni: cum *unitas*, cum *pax dimittat peccata*; cumque disjunctio contra, atque pugna ea *retineat*: Rurſum cum PAX *unitatis* in ſolis bonis ſit; in malis autem non item, quamvis & intus in Eccleſia ſint, & tolerentur: Denique cum *gemitu* Columbæ, ſeu Eccleſiæ; cum caritate; cum unitate peccata ſolvantur; eja, inquam, in unitate, in caritate, in gemitu Columbæ conſtituito clavium non poteſtatem modo, ſed etiam poteſtatis uſum; atque eam Miniſtris ſacrorum adimito. Quid enim Miniſtris ſit opus, ſi quidquid remiſſionis eſt, quiſque per ſeſe colens pacem, gemitu adiutus Columbæ, conſequi poſſit, nulla ſacrorum Præſidum, qui præſertim boni non ſint, nulla, inquam, horum non modo adhibita opera, aut miniſterio, ſed ne mentione quidem facta? Verum hæc tu quo demum modo ab hæreſi intactus doceas, quæ cum tam aliena ab doctrina catholica ſint; tum multo etiam ſunt deteriora hæretico dogmate Proteſtantium? Neque vero heic conſiſtendum puto. Perge legere: Progreditur enim Auguſtinus, uſuſque Cypriani loco ex Epiſtola ad Jubajanum = *Nonniſi in Eccleſia Præpoſitis, & Evangelica lege, ac Dominica ordinatione fundatis licet baptizare*: „ Numquid, „ *inquit*, tales erant, qui fundos inſi„ dio-

„ dioſis fraudibus rapiebant, & uſuris
„ multiplicantibus fœnus augebant? Ar-
„ bitror enim, quia illi Dominica ordina-
„ tione fundati ſunt, quibus cum formam
„ daret Apoſtolus, ait: *non avarum* &c.
„ Tales tamen ipſius Cypriani temporibus
„ baptizabant, quos coepiſcopos ſuos
„ fuiſſe cum magno gemitu confitetur, &
„ cum magna tolerantiæ mercede perpe-
„ titur. Remissam tamen peccatorum non
„ dabant, quæ per orationes sancto-
„ rum, idest per columbae gemitus da-
„ tur, quicumque baptizet, ſi ad ejus
„ pacem illi pertinent, quibus datur.
„ Non enim raptoribus, & foeneratoribus
„ diceret Dominus, ſicui *dimiſeritis pec-*
„ *cata dimittentur illi*; *ſicui tenueritis, te-*
„ *nebuntur*. Foris enim nec ligari aliquid
„ poteſt, nec ſolvi, ubi non ſit, qui li-
„ gare poſſit, aut ſolvere: ſed solvitur,
„ qui cum columba fecerit pacem; & li-
„ gatur, qui cum columba non habet pa-
„ cem, ſive aperte foris ſit, sive intus esse
„ videatur „, (1): Videſne, ut rurſum
*pacem* eam eſſe dicat, qua ſontes ſolvantur; ut-
que, per *orationes Sanctorum*, id eſt per *Co-
lumbae gemitum dari remiſſam peccatorum* ſta-
tuat,

(1) S. Aug. *lib* III. *de Baptiſmo contra Donat. cap.* XVIII. *n.* 23. *pag.* 79.

tuat, quam ab Epiſcopis avaris, qui in Eccleſiæ unitate manerent, claves miniſtrantibus datam negat? Itaque, age Febroni, aſſentire Donatianis ajentibus, a Sacerdote malo adminiſtrari reſipiſcenti orthodoxo poenitentiæ ſacra non poſſe ita, ut catholicus idem reſipiſcens, per id miniſterium aſſequi peccatorum poſſit remiſſionem; poenitenteſque inde omnes in caecum metum adducito, ut qui ſcire omnino nequeant, bonone, an malo Sacerdote uſi fuerint Miniſtro Sacrorum. Quin etiam adjungito: ne bono quidem Sacerdote Miniſtro pœnitentiæ opus eſſe; nam Auguſtino teſte, ita *claves ineſſe Sanctorum* orationibus, ut *per has remiſſa peccatorum detur*. Neque vero alia tibi Auguſtini deerunt generis ejuſdem loca (1), quibus te confirmari in iſtiuſmodi ſententia poſſe arbitrere. Scilicet ſubſidio rurſum tibi comparabis Sermonem illum CVIII. *de Diverſis*, e cujus capite II. (2) nonnihil te decerpſiſſe videmus. Nam ex ejus Sermonis cap. IV. (3) „ concludes, quemque hominem *Confeſſione in amo-*

---

(1) *Aug.* Lib. *eod.* III. *cap.* XVII *n.* 22. *p.* 79. *tom.* IX. *opp. &* *lib. VI. cap.* IV. *n.* 6. *pag.* 110 *& lib. de S. Virginitate pag.* 251. *tom.* VI.

(2) *Serm. in edit. an.* 1700 CCXCV. *n.* 2. *p.* 833. *tom.* V.

(3) *Ibid. n.* 4. *pag.* 834.

*amore* ſe ſolvere; *victa in timore præſumptione ſeſe ligare*. De Petro enim Vir S. agens: ,, Noli, *inquit*, triſtis eſſe Apoſtole. Reſ- ,, ponde ſemel, reſponde iterum, reſ- ,, ponde tertio. Ter VINCAT IN AMORE CON- ,, FESSIO, quia ter VICTA EST IN TIMORE ,, PRAESUMPTIO. *Solvendum* eſt ter, quod ,, ligaveras ter. SOLVE PER AMOREM, quod ,, LIGAVERAS PER TIMOREM ,,. Quid? Si provocare etiam ad Gratiani *Decretum* jure te poſſe exiſtimabis, qui *capita* quaedam mutuatus ab Auguſtino eſt, quæ tibi eodem revolvi videantur? Ac intelligo equidem ejus Decreti *Cauſſam* abs te memorari *quartam*, atque *viceſimam*. *queſt.* I. *cap. IV. & VI. & Diſtinctionem*. I. *de Pœnitentia cap. XLIV.* [1]. Sic omnia implicabis ſci-

(1) Gratian. c. IV. q. I. Cauſ. 24. nihil ex Auguſtino affert. Cap. VI. locum exhibet e *Tract.* L. *in Joh. Evang.* ,, Si hoc in Eccleſia fit, Petrus quando Claves accepit ,, Eccleſiam Sanctam ſignificavit &c. ,, Hoc de loco ſupra diſputatum a nobis eſt. In *Cap.* XLIV. *Diſt. de Poenitentia* locum affert ex *ſerm.* CCCXCIII. qui eſt XLIX. *in Homiliis quinquaginta n.* 3. *pag.* 1054 *tom.* V. ,, ,, Agite poenitentiam qualis agitur in Eccleſia, ut ,, oret pro vobis Eccleſia &c. Quo quidem in cap. ſic habetur: ,, Agite pœnitentiam, qualis agitur in Ec- ,, cleſia, ut oret pro vobis Eccleſia. Nemo ſibi dicat, ,, occulte ago, apud Deum ago, novit Deus, qui ,, mihi ignoſcat, qui in corde meo ago. Ergo ſine ,, cauſ-

ſcilicet, in eaſque te demum anguſtias rediges, ut Præſides Sacrorum, tamquam inutiles, tollendos dicere cogare. Roges fortaſſe me, quonam igitur modo hæc tam multa S. Doctoris loca intelligi oportere putem? Ego vero non multis te morabor. Nicolio utar interprete, (1) cujus cum alias abs te ma-

---

„ cauſſa dictum eſt: *quæ Solveritis in terra, ſoluta* „ *erunt in caelo*. Ergo ſine cauſſa ſunt claves datæ „ Eccleſiæ Dei &c. „

(1) In opere inſcripto: *Les Prétendus Réformez convaincus de Schiſme pour ſervir de réponſe a un Ecrit intitulé*: „ Conſiderations ſur les lettres circu„ laires de l' Aſſemblée *du Clerge de France de l' an„ née* 1682. „ *Part.* III. *chap.* IX. *pag.* 295. *ſqq.Edit. Pariſ. an.* 1723. „ Il faut, *inquit*, ſavoir, qu'on „ peut diſtinguer deux choſes dans le Miniſtere. L'a„ ction miniſterielle, par laquelle un Miniſtre con„ fere la grace en adminiſtrant les Sacremens; l'effet „ de cette action miniſterielle, que le S. Eſprit pro„ duit dans les ames. L' action miniſterielle appar„ tient proprement aux Miniſtres; & le droit, ou le „ pouvoir de l'exercer fait l'eſſence du Miniſtere; & „ comme l'effet de la grace ſuit toujours l' action mi„ niſterielle, le Miniſtre coopere a cet effet, en produi„ ſant l' action, à laquelle il eſt attaché. Il n'y a que „ les ſeuls Miniſtres qui y cooperent en cette maniere. „ Ainſi il n'y a que les Pretres qui conſacrent l' Eu„ chariſtie, & qui remettent les pechez dans la peni„ tence. Il n'y a que l' Evêque qui ordonne des Prê„ tres, & qui donne le S. Eſprit dans la confirmation. „ Mais quant a la production de l' effet du Sacrement,

magna; tum miror, cur nulla prorſus heic fuerit habita ratio. Is Auguſtinum ſequu-
V tus

---

„ ment, il y a un autre maniere d'y cooperer que
„ celle que j'ai nommée miniſterielle. C'eſt de l'ob-
„ tenir de Dieu par voïe de priere, & d'impétration
„ efficace, fondée ſur les mérites de J. C. Or ce n'
„ eſt que cette ſeconde maniere de cooperer à l'effet
„ des Sacremens, qui convient au corps des bons, à
„ la Societé des juſtes, qui ſont dans l'Egliſe, & qui
„ ne convient point aux méchans. C'eſt en ce ſens,
„ que S. Auguſtin a crû que les clefs ont été données
„ au corps des bons, & non aux ſeuls Paſteurs; &
„ il n'a voulu dire autre choſe, ſi non que lorſque
„ les pechez ſont remis miniſteriellement par les Pa-
„ ſteurs de l'Egliſe, l'effet du Miniſtere eſt obtenu
„ efficacement par les prieres de tous les Saints, qui
„ ſont dans l'Egliſe. Ainſi ſelon ce S. Docteur, les
„ graces conferées aux hommes par les Sacremens
„ dépendent de deux cauſes; du Miniſtere des Pa-
„ ſteurs, ſan lequel elles ne ſont point données, des
„ prieres du corps de l'Egliſe, ſans leſquelles elles ne
„ ſont point obtenuës. Il faut que ces deux cauſes ſe
„ joignent. Le Miniſtere appartient aux ſeuls Paſteurs.
„ L'effet du Miniſtere appartient aux juſtes de l'E-
„ gliſe non par voïe de miniſtere; mais par voie d'
„ impétration. Les Miniſtres, & les juſtes remettent
„ donc les pechez, mais en differentes manieres. Les
„ Miniſtres les remettent par une autorité miniſté-
„ rielle. Les juſtes les remettent par des prieres ef-
„ ficaces, qui obtiennent la grace qui n'eſt néanmoins
„ conférée, que par les Miniſtres de l'Egliſe. Si les
„ juſtes ſont du nombre de ces Miniſtres, ils y coo-
„ perent en l'une, & en l'autre maniere: c'eſt-a-
„ dire

tus ducem, duas eſſe res in ſacro Miniſterio diſtinguendas monet. Harum eſt una Sacerdotis actio miniſtrantis Sacramentum, altera actionis ejuſdem effectio. Miniſterialis quidem actio, ut idem animadvertit, propria eſt Sacerdotum; miniſterii autem natura ſeu *eſſentia* conſiſtit in *actionis* ipſius miniſterialis exercendæ jure, ac poteſtate. Cum vero *effectus* gratiæ ſemper miniſterialem ſequatur *actionem*; ei *effectui*, ut fert Auguſtini ſententia, cooperari Sacerdotem id *actionis* genus producentem, ille ipſe docet Nicolius. Nam praeter Sacerdotes, eſſe neminem, qui hac ratione cooperetur. A Presbyteris enim in Sacramento pœnitentiæ peccata remitti; nullumque prorſus eſſe, præter Epiſcopos, qui aut confirmare quemquam, aut ordinare poſſit. Sed

„ dire & par l'autorité miniſtérielle, & par la voïe „ d'impétration. Ceux d'entre les Miniſtres de l'E- „ gliſe qui ne ſont pas juſtes, n'y peuvent coope- „ rer que miniſteriellement: c'eſt-à-dire, en exerçant „ la fonction miniſtérielle, à laquelle a plû à Dieu d' „ attacher ſes graces: & ceux d'entre les juſtes qui „ ne ſont pas Miniſtres, n'y peuvent cooperer que „ par voïe d'impétration efficace & ne le peuvent „ faire par la voïe du Miniſtere: & ainſi il ne s'en- „ ſuit point ni qu'un juſte ſoit Prêtre, ni qu'un Prê- „ tre ſoit juſte, ni que l'Egliſe ait aucun droit de „ faire exercer le Miniſtere par qui elle veut „.

Sed quod ad *effectus* Sacramenti productionem attinet, alia quædam eſt, præter miniſterialem, cooperandi ratio; quæ quidem altera ratio impetrationis per preces eſt, meritis innixæ Servatoris Chriſti. Jam vero haec eadem altera ratio, Auguſtino teſte, *Columbae*, ſeu Eccleſiæ, ſeu Coetui, Societative juſtorum competit. Atque hæ illæ ſunt claves, quas S. Doctor non Paſtoribus ſolum, ſed Corpori etiam bonorum datas ſcribit. Hinc *remiſſam* dari *peccatorum per Sanctorum orationes, ideſt per Columbæ gemitus* docet, quemadmodum ex ejus lib. III. de Baptiſmo paullo ante oſtendimus. Hinc illa eſt *Columba*, vel *Unitas, quam, niſi in bonis, intelligi* negat poſſe [1], quamque *ſimplicem, & caſtam, & perfectam* appellat. Hinc item quod ſcribit in *Capite Libri* ejuſdem *ſeptimo ac decimo* (2) „ Per orationes Sanctorum „ Spiritualium, qui ſunt in Eccleſia, tam- „ quam per Columbæ creberrimum gemi- „ tum, magnum geri Sacramentum, & „ OCCULTA DISPENSATIONE MISERICORDIAE „ DEI, UT EORUM ETIAM PECCATA SOLVAN- „ TUR, QUI NON PER COLUMBAM, SED per

 „ ACCI-

(1) Vide quæ pag. 298. *ſq.* hujus Vol. ex Aug. *lib.* III. de Bapt. c. XVII. attuli.

(2) Confer *cap.* XVIII. *ejuſd. lib. n.* 22. *pag.* 79. *tom.* IX. *Opp. Aug. edit. an.* 1700.

„ ACCIPITREM BAPTIZENTUR, ſi ad illud Sa-
„ cramentum cum pace Catholicæ unita-
„ tis accedunt „ . Hinc præterea quod *ibid.* adjungit: „ Sacramenti integritatem „ ubique cognoſci; ſed ad illam PECCATO- „ RUM IRREVOCABILEM REMISSIONEM EXTRA „ UNITATEM ECCLESIAE NON VALERE; nec in „ hæreſi, aut ſchiſmate conſtituto SANCTO- „ RUM ORATIONES, ideſt ILLIUS UNICAE CO- „ LUMBAE gemitus adjumento eſſe poſſe „: cum is, qui extra Eccleſiam conſtitutus eſt, Sanctorum communionis eſſe particeps nequeat. Hinc quoque exiſtit & illud, quod addit de *intus* poſito, ſeu de illo, qui in Eccleſia ſit; cuique preces Columbæ non impertiantur remiſſionem peccati, *ſi adverſum ſe* ipſe *per vitam peſſimam teneat debita peccatorum, non ſolum ſi per accipitrem, ſed etiam ſi per ipſius Columbæ pium miniſterium baptizetur*. Hinc denique illa (1) *de pace Eccleſiæ dimittente peccata: de tenente peccata alienatione ab Eccleſiæ pace, non ſecundum arbitrium hominum, ſed ſecundum orationes Sanctorum Spiritualium: de Columba, & Unitate dimittente peccata: de pace unitatis, quæ in ſolis bonis eſt; in malis non item, ſive foris tumultuentur; ſive intus cum gemitu tolerentur, & baptizent, & baptizen-*

(1) *Vide pag.* 299. *hujus Vol.*

*zentur*: deque *confeſſione in amore &c.* de quibus quidem omnibus Sanctus Doctor tam ſæpe diſputat. Jam vero cum non Paſtoribus ſolum, ſed Corpori *etiam bonorum* claves a Chriſto tributas affirmat, nil certe indicat aliud quam *effectum* Miniſterii tunc item obtineri omnium juſtorum precibus, dum peccata a Miniſtro Eccleſiæ dimittuntur. Quare, Auguſtini quidem ſententia, gratiæ per Sacramenta in chriſtianos conlatae a cauſſis pendent duabus, a Miniſterio nempe Paſtorum, ſine quo non conferuntur; & a precibus Corporis Eccleſiæ juſtorum, ſine cujus Eccleſiæ pace, unitateque eaedem ipſe gratiæ non impetrantur. *Miniſterium* autem proprium tantummodo Paſtorum, ſive Sacerdotum eſt, ut Auguſtini eſt ſupra luculentiſſimis teſtimoniis demonſtratum (1). Effectus porro Miniſterii non modo actione Miniſtri; verum etiam *pace, unitate, orationibus Sanctorum* obtinetur: ſed his poſtremis impetratione, non *per modum* Miniſterii; quippe cum Sanctus idem Auguſtinus *Columbæ gemitus*, ſeu *orationes* juſtorum *adjuvantes* dicat remiſſionem; eaſdemque *orationes*



(1) *Pag.* 257. *hujus Vol.* & *pag.* 258. *ſqq.* & *pag.* 264. *n.* 1. & *pag.* 292.

a Miniſterio diſtinguat(1). Itaque &Miniſtri, & juſti remittunt quidem, Auguſtini judicio, peccata, ſed non eodem modo. Miniſtri namque *auctoritate* Miniſterii; juſti prece, qui impetrant gratiam, quæ tamen non conſertur, niſi per Miniſtros ipſos Eccleſiæ, quod ex S. ejuſdem Doctoris locis a nobis ſupra accurate deſcriptis (2) conſtat. Si Miniſtri innocentia, ſanctitateque vitæ præſtant, utroque ſane modo cooperantur, videlicet & *miniſteriali poteſtate*, & ratione impetrationis. Sin mali ſint, non oratione, ſed functione Miniſteri cooperabuntur, cui quidem functioni ſuas gratias adnexuit, ac veluti alligavit Deus. Quamobrem cum ſuis precibus mali Miniſtri *effectum* ejuſmodi non obtineant, factum hinc eſt, ut Auguſtinus de avaris Epiſcopis, de quibus loquitur Cyprianus, agens, *remiſſam peccatorum ab eis*, dum miniſtrarent, *datam* negaverit (3); confirmaritque, *raptoribus, & foeneratoribus* Chriſtum non fuiſſe dicturum, *ſi cui*

(1) *Cap. XVIII. Lib.III. de Bapt. contra Donat. pag. 79. tom. IX.*

(2) *Pag.257. & pag.258.* ubi hæc præter cetera attulimus S.Doctoris verba: *Veniat ad Antiſtites, per quos illi in Eccleſia miniſtrantur claves &c. & pag. 303. not. 1.*

(3) *Lib.III. de Bapt. contra Donat. cap.*XVIII. *p.79.* Vide etiam ſupra *pag.301. hujus Vol.*

*ſi cui dimiſeritis peccata dimittentur illi* &c. Jam qui ſunt juſti, & Miniſtri non ſunt, hi etſi cooperari conlationi gratiæ impetratione poſſunt; Miniſterio tamen non poſſunt. Atque haec quidem Nicolius (1) adverſus Claudium a Charenton Miniſtrum Calvinianorum, quem & non intellexiſſe Auguſtini (2) doctrinam animadvertit, & erraſſe etiam gra-



(1) Loco ſupra indicato, & in Opere inſcripto: *De l' unité de l' Egliſe, ou Refutation du nouveau Syſtéme de* Monſieur *Jurieu lib.* III. *cap.* XIV. *pag.* 273. *ſqq. Tom. II. Edit. Pariſ. an.* 1755.

(2) Nicolius in opere inſcripto *les Prétendus Reformez convaincus de Schiſme. Parte III. cap.* IX. *p.* 295. abuti, ait, Claudium „ de la doctrine de S. Auguſtin, touchant l' Egliſe, qui eſt que c' eſt à l' EGLISE QU' A ETE DONNE LE POUVOIR DE LIER, ET DE DELIER, de pardonner les pechez & de les retenir, ce qu' il appelle les *Clefs de l'Egliſe*, dont Monſieur Claude conclut *que puiſque les actes mêmes du Miniſtere ſont à la societé des fideles, la vocation au Miniſtere lui appartient à plus forte raiſon*. Mais comme cette fauſſe concluſion vient de ce, que Monſieur Claude n' entend point du tout la doctrine de S. Auguſtin ſur ce point, il n' y a qui à l' eclarcir pour détruire toutes ces conſéquences qu' il en tire „: Paullo ante dixerat, quod volo etiam atque etiam conſideres: „ Si-tôt que les Miniſtres (*Pſeudo-Reformati*) découvrent dans les Peres quelque doctrine un peu differente des expreſſions ordinaires des Scholaſtiques, ils ne manquent gueres de faire deſſein de s'en ſervir pour l' établiſſement de leurs erreurs „.

graviter. Miror autem quid ſit, quod (Nicolio ipſo alias non ſuſpecto tibi, eodemque celebri Encyclicarum Litterarum Cleri Gallicani, Proteſtantes ad unitatem Catholicæ Eccleſiæ invitantis, propugnatore neglecto) aſſentiri malueris Claudio, atque Juriaeo cauſſam agentibus hæreticorum. Equidem hortor, tibi ut caveas, ne qui ſuſpicentur, id abs te factum eo conſilio fuiſſe, ut vel novas diſſenſiones commoveres; vel ſpecie curandæ illius *reunionis*, quam unam tibi eſſe ſcribis vehementer cordi, non Proteſtantes quidem ad Catholica ſacra illiceres; ſed ſi quos forte poſſes, Catholicos concitares, ut ad caſtra transfugerent Proteſtantium. Cavebis autem diligenter, ſpero. Interea ſic tibi perſuadeas, vehementer velim: quidquid affertur, afferrique poteſt Auguſtini ſententiarum de clavium poteſtate *univerſæ* Eccleſiæ, vel omnibus Sanctis data, id non de poteſtate *Miniſteriali* intelligi oportere; ſed de impetrandarum gratiarum ratione, quæ quidem gratiæ, ut fert divina promiſſio, unitate, pace, fidei confeſſione, caritate, precibus, non quidem hominum prorſus omnium, qui in cœtu chriſtiano ſint, ſed juſtorum tantummodo, qui eam partem conſtituant Eccleſiae, quam Auguſtinus gementem columbam vocat. Qua-

Quamobrem fruſtra *Hexaplorum* (1) conditor locum e Sermone CCXCV (2), ex Tract. CXXIV. in Johannem (3), exque Lib. VII. de Baptiſmo (4) affert, ut poteſtatem, quæ data

(1) Auctor *des Hexaples ſur la Conſtitution Unigenitus Tom. VI. P. XIV. pag. 641. ſq. Edit. Amſtelod. an.* 1721. „ Il foit, *inquit*, obſerver que quand S. Auguſtin dit, que le pouvoir des clefs a été donné par „ J. C. à l'Egliſe, & que c'eſt l'unité qui a reçu les „ Clefs du Royaume du ciel dans la perſonne de Saint„ te Pierre qui la repreſentoit, il n'a point voulu di„ re que ce fut ſeulement au corps des Paſteurs, que „ cet Apôtre repreſentoit, comme étant le premier „ des Paſteurs, que ce pouvoir a été donné ; mais „ que c'eſt au corps composé de Paſteurs, & de ſim„ ples fidéles, dont il également la figure, étant „ Chrétien, & Apôtre „.

(2) Locus is extat Serm. ejuſd. Cap. II. p. 833. edit. an. 1700. Tom. V. „ Ut ſciàs, quia Petrus uni„ verſæ Eccleſiæ perſonam tunc gerebat, audi quid „ dicatur OMNIBUS FIDELIBUS SANCTIS. Si pecca„ verit in te Frater tuus &c. Columba ligat, Co„ lumba ſolvit &c. „

(3) Num. 7. pag. 600. Tom. III. P. II. „ Omni„ bus igitur Sanctis ad Chriſti Corpus inſeparabiliter „ pertinentibus, propter hujus vitæ procelloſiſſimæ „ gubernaculum ad liganda, & ſolvenda peccata cla„ ves Regni caelorum primus Apoſtolorum Petrus „ accepit &c. „

(4) Cap. LI. pag. 135. Tom. IX. „ Puto me „ non temere dicere, alios ita eſſe in Domo Dei, „ ut ipſi etiam ſint eadem domus Dei, quæ dicitur „ aedi-

data ſacris Paſtoribus ligandi, ſolvendique eſt, demonſtret *ſimplicium etiam fidelium* corpori conceſſam. De Sanctis enim ibidem diſſerit Auguſtinus, non de *ſimplicibus* quibuſque *fidelibus*; de Sanctis, inquam, deque Columba, quæ his unice Sanctis conſtet, qui Sancti pace, unitate, precibus ſuis ligent, ac ſolvant. Quemadmodum autem hos precibus ſolvere Auguſtinus cenſeat, demonſtratum eſt. Quo autem modo ligent, idem ipſe multis in locis, potiſſimum vero in III. de *Baptiſmo Libro adverſus Donatiſtas* (1) docet. „ Ab Eccleſiae, „ *inquiens*, pace alienatio tenet peccata, „ ſecundum orationes Sanctorum ſpiritua„ lium, qui omnia judicant, ipſi autem „ a nemine judicantur . . Unitas tenet, „ unitas dimittit: pax autem hujus uni„ tatis in ſolis bonis eſt &c. Solvitur, qui „ cum Columba fecerit pacem, & ligatur, „ qui cum Columba non habet pacem, ſive „ aper-

---

„ aedificari ſupra Petram, quæ unica Columba appel„ latur, quæ ſponſa pulchra ſine macula, & ruga, & „ hortus concluſus, fons ſignatus, puteus aquæ vi„ vae, paradiſus cum fructu pomorum, QUÆ DOMUS „ ETIAM CLAVES ACCEPIT, & poteſtatem ligandi, ac „ ſolvendi . . . Hæc quippe IN BONIS FIDELIBUS EST, „ & SANCTIS Dei ſervis ubique DISPERSIS unitate „ devinctis &c. „

(1) *Cap. XVIII. pag. 79. Tom. IX.*

„ aperte foris ſit, ſive intus videatur „. Hoc ſcilicet pacto *Columba*, ſeu coetus Sanctorum ligat; atque hoc item modo, non *actione miniſteriali* prohibere malos dicitur communione. At hoc quantum quantum ad inſtitutum, ut ſæpe alias me animadvertiſſe memini, quæſtionemque noſtram non pertinet. Nos enim de poteſtate miniſteriali agimus, deque ſubjecto, cui ipſa ineſt; non de precibus, quibus in unitate, paceque Columbæ fuſis, gratiæ impetrentur. Quod ſi nihilominus Auguſtinum de miniſteriali ipſa poteſtate loqui putas, attende, quæſo, quo demum tranſverſus agi cogare. Fac, *omnibus Sanctis* ita prorſus datum a Chriſto id genus clavium fuerit, ut Apoſtolis, deincepſque Sacris Paſtoribus datum eſt; annon inde plane erit conſequens, ſic prorſus eam poteſtatem clavium exerceri a quovis Sancto *Fideli* poſſe, ut a ſingulis Paſtoribus exercetur? Quin etiam ſi clavium exercendarum una eſt ratio ſanctitas; claves quidem certe adminiſtrabit Sanctus; non vero Epiſcopus, neve Presbyter (1), qui malus ſit, etſi intus in Eccleſia maneat. Quo-

(1) Nam Auguſtinus Epiſcopum avarum &c. etſi in unitate manentem, remiſſam peccatorum dare negat *ibid.* Verumtamen, quo ſenſu neget, a nobis paullo ante oſtenſum eſt.

Quotus autem quiſque Catholicorum eſt, qui Montaniſtarum hoc eſſe, Proteſtantiumque diris merito devovendum dogma non videat?

Illud præterea tibi eſſe arbitror etiam, atque etiam cogitandum; in Auguſtini libris jota nullum, atque apicem nullum eſſe de *exercitio, uſuque poteſtatis clavium* ab Eccleſia commiſſo Epiſcopis, Miniſtriſque ceteris ſacrorum. Neque vero in Auguſtini ſolum; ſed ne in ceterorum quidem Patrum operibus: Quamobrem quidquid abs te de iſto *commiſſionis* genere ſcriptum eſt, id eſſe totum inane, ac commenticium.

At enim *hoc*, inquis (1), *facit Eccleſia per electionem, confirmationem, & conſecrationem Epiſcopi, per ordinationem Sacerdotis. Sic S. Auguſtinus Enarratione in Pſal. XLIV.* „ Quid eſt, *inquit*, pro Patribus tuis nati „ ſunt tibi Filii? Patres miſſi ſunt Apoſto- „ li, pro Apoſtolis filii nati ſunt tibi, con- „ ſtituti ſunt Epiſcopi: Hodie enim Epiſco- „ pi, qui ſunt per totum mundum unde „ nati ſunt? Ipſa ECCLESIA Patres illos vo- „ cat, ipſa illos genuit (*per ordinationem Epiſcopalem*) & ipſa illos conſtituit in Se- „ dibus Patrum (*Apoſtolorum*). Non ergo „ te

(1) Vide Febronium in *Nova Defenſ. Diſſert. II. cap. II. n. III. pag. 63. tom. IV. Parte I.*

„ te putes deſertam, quia non vides Pe-
„ trum, quia non vides Paulum, quia non
„ vides illos, per quos nata es. De prole
„ tua tibi crevit paternitas „.

Jam hoc primum moneo: *τὸ per ordinationem Epiſcopalem*, quaſi vero omnia collectim Eccleſiæ membra *ordinent*, tuum omnino eſſe; Auguſtini autem nullo modo. Nam ille Aerianos hæreſeos arguens, ſolos Epiſcopos fatetur ordinandi pollere poteſtate. Atque is, qui tam erat acri, ſplendidoque ingenio, ut plane perſpiceret, quid quaque ex re eſſet conſequens, numquam id fuiſſet confeſſus; neve tam ingentem membrorum Eccleſiæ partem, quæ ab Laicis, Clericis minorum gentium, Sacerdotibuſque, qui non ſint conſecrati Epiſcopi, conſtituitur, ſic ordinandi mulctaſſet jure, ut eos, qui contra ſtatuendum arbitrarentur, in hæreticis poneret; id, inquam, Auguſtinus commiſiſſet numquam, ſi in ea omnium membrorum Collectione, in qua poteſtas ordinandi reſideat, non minus Presbyteros, non minus inferiores Clericos, non minus etiam Laicos putari oportere cenſuiſſet, quam putari Antiſtites ipſi debeant. Expendamus modo quod Auguſtini eſt, videamuſque, num tibi eſſe adjumento poſſit. *Filios eſſe Eccleſiæ pro Patribus natos*, Auguſtinus tradit. Aſſentior. *Conſtitu-*

*ſtitutos ipſos eſſe*, docet, *Epiſcopos, quos Eccleſia genuit*. Aſſentior etiam. Cur enim ab Eccleſia genitos negem eos, qui in Eccleſiæ gremio regenerati ſint Sacramento Baptiſmatis, in ejuſque perſeveraverint unitate? *Eccleſiam* porro, addit S. Doctor, *eos conſtituiſſe in Patrum ſedibus*. Quam Eccleſiam? Omnium ne membrorum Eccleſiae Collectionem? At hæc quo tandem modo filios ſuos in Sedibus Patrum conſtituet? Suffragione? Atqui ſuffragium (1), quo omnes ajant, placere ſibi, ut quis in Epiſcopali Sede collocetur, poteſtatem, uſumve poteſtatis ligandi, ſolvendique non confert. Quamquam hoc etiam expecto, mihi ut indi-

(1) Quanta pacis ad Epiſcopos admittendos habita fuerit ab Auguſtino ratio, intelligi poteſt ex ejus *Ep*. CLXXXV. al. L. *ad Bonifacium cap*.x. *n*.44. *pag*. 502. *tom*. 11. *Edit. Antuerp. an*. 1700. & *n*. 46. *pag*. 503. De aſſenſu plebis utili quidem, ſed non neceſſario, vide Auguſtini ejuſd. Epiſt. CCXI. al. CCLXI. ad *Caeleſtinum n*. 3. *pag*. 592. & *Epiſt*. CCXIII. *al*. CX. *n*. 1. *ſqq*. *pag*. 600. *ſq*. quo loco: Crediſſe Severum Epiſcopum Milevitanum ait *poſſe ſufficere, ut Succeſſorem ſuum apud Clericos deſignaret; ad populum inde non fuiſſe loquutum*. Auguſtinus autem nonnullam inde triſtitiam, quorundam ortam dicit; non vero ait, neceſſe fuiſſe ad conſtituendum Epiſcopum, ut Severus alloqueretur populum, hujuſque aſſenſum peteret; non enim S. Doctor Severi judicium reprobat, ſed tantummodo opus ſua opera fuiſſe narrat, quo *triſtitia fugaretur*.

indices, quo in loco umquam Auguſtinus ſcripſerit, ſine omnium membrorum Eccleſiæ ſuffragio, conſtitui quemquam in Epiſcopali cathedra nequire. Nam mihi locus ejuſmodi ſuccurrit omnino nullus. Pacis quidem ſervandæ, tuendæque cauſſa, teſtimonium, conſenſionemque populi peti olim conſueſſe, antequam quiſquam conſtitueretur Epiſcopus, lego; teſtimonio vero, ſuffragio, conſenſioneve conſtitutos Epiſcopos, auctoritateque auctos, non item lego. Nam id uni tribuitur ordinationi non ab Auguſtino(1) ſolum, ſed a ceteris etiam Patribus. Quid? Ordinatione, dices, a Collectione omnium membrorum Eccleſiæ conſtitui in Sedibus Patrum Epiſcopos? Hoc tu quidem videris velle, cum verbis Auguſtini = *ipſa illos genuit*: de tuo adieceris = *per ordinationem Epiſcopalem*. Verum a quo demum conlatam? An tu *Ordinationem Epiſcopa-*

(1) S. Auguſtin. *Ibid. n.* 1. 4. & 5. *pag.* 600. *ſq.* & Epiſt. CCIX. n. 1. pag. 591. „ Epiſcopum; *inquit*, „ (Fuſalae) *ordinandum, conſtituendumque curavi. n.* 2. „ *propter quem ordinandum Sanctum Senem*, qui tunc „ Primatum Numidiae gerebat, de longinquo, ut ve- „ niret, rogans litteris impetravi „. Quid? Si Heraclius, quem ſibi Auguſtinus ſucceſſorem deſignarat. etſi ſummo populi conſenſu expetitus, in Sede tamen locatus non fuit, neque Epiſcopus fuit conſtitutus ante ordinationem? Confer Epiſt. CCXIII. *n.* 5. *p.* 601.

*copalem* accepiſſe *Collectionem membrorum omnium Eccleſiæ* putas, atque propterea in Collectione eadem reſidere poteſtatem Epiſcopatus arbitrare, cujus quidem poteſtatis uſum filiis ſuis ipſa diſtribuat, eoſque hac ratione ſuos conſtituat Patres? Hoc ſi ita eſt, quomodo ipſius Eccleſiæ, ſeu Collectionis omnium Patres erunt, ſi his a Collectione ipſa *uſus*, ſeu *exercitium* commiſſum ſit illius, quæ in Collectione eadem, velut in ſubjecto, reſideat poteſtatis? Hoc certe pacto, Filii quidem ipſi Collectionis ſemper erunt, Patres numquam erunt; ſecus atque locus Auguſtini ferat. Jam vero undenam cognoſti, Epiſcopalem poteſtatem ei, uti *ſubjecto* ineſſe, qui numquam ſit per ordinationem creatus Epiſcopus? Profecto Patres omnes, in iiſque Auguſtinus, contra ſentiunt. Quotus autem quiſque eſt, qui *ordinatione Epiſcopali* auctam *Collectionem Chriſtianorum omnium* doceat, quin clamoribus, ſibiliſque conſcindi velit? Non ergo toti ei Collectioni membrorum Eccleſiæ omnium poteſtas ejuſmodi, veluti *ſubjecto*, ineſt. Jam ſi non ineſt, quanam ratione iſtiuſmodi Collectio poteſtatis clavium uſum cuiquam committat, qua poteſtate Collectio ipſa membrorum omnino careat? Quo igitur modo, quæſo te, quo, inquam, modo Eccleſia Epiſcopos in Sedibus Patrum

con-

conſtituit ? Sanctorumne precibus, ſeu *gemitibus*, quibus Columba gratiam ampliorem impetret iis, quos in ſinu ſuo Epiſcopos creari videat ? Hoc facile equidem paterer, quippe qui ſciam, quantum Auguſtinus precibus hiſce juſtorum, ſeu *gemitibus* Columbæ tribuerit. Verumtamen hoc nos loco non de precibus quærimus, ſed de ὑποκειμένῳ *ſubjecto*, in quo *poteſtas* reſideat, & per quod conferatur poteſtas ipſa Sacerdotibus, & ejuſdem poteſtatis uſus. Quamobrem ſi Auguſtini teſtimonium de precibus intelligas, quibus ſacri Præſules in ſedibus Patrum ab Eccleſia conſtitui dicantur; idque teſtimonium ſic intellectum nobis opponas, nihil ages; ut qui concludere inde nequeas, *committi ab omnibus collectim Eccleſiæ membris* Epiſcopo uſum *miniſterialis* poteſtatis. Quid igitur? An quia Eccleſia in ſinu ſuo Epiſcopos habet, qui poteſtate ſint præditi alios conſecrandi, idcirco putas ordinatos ab iis, conſtitutoſque Antiſtites, dici item ordinatos, conſtitutoſque ab Eccleſia in Patrum Cathedris apte poſſe ex Auguſtini ſententia? Atqui hoc illud eſt, quod & obſtat tibi, & nos volumus, & Auguſtinus probat, qui ſucceſſionis, ordinationiſque ratione poteſtatem divinitus adeptos Sacerdotes (1) defendit. Tibi, in-

X quam,

(1) Vide quæ *pag.* 257. *ſq.* & *pag.* 260. *ſq.* *pag.* 290. *in not.* & 291. *ſq. not.* 2. & 3. ſcripſimus.

quam, obſtat. Nam ſi ordinandorum, conſtituendorumque Epiſcoporum poteſtas in Epiſcopis, non in *omnibus collectim membris* Eccleſiæ reſidet; ea ſcilicet per Epiſcoporum ordinationem dari poterit; *ab omnibus* autem *collectim membris committi* cuiquam non poterit. Quod ſane repugnat iis, quae (adducto fruſtra Auguſtini de Epiſcopis conſtitutis ab Eccleſia in *Patrum ſedibus* loco) perſuadere tuis lectoribus conabare. Satis multa de Auguſtino, de quo quidem egiſſem parcius, niſi Scriptores, qui tibi fraudem tulerunt, in ejus potiſſimum Sancti Doctoris male intellecta ſententia ſui erroris præſidium collocaſſent.

Cyrillus Alexandrinus æqualis temporum Auguſtini fuit. Hujus tu loco ex *libro XII. ſuper Johannem v.* ut ſcribis, 22. & 23. abutere (1); quem tamen locum vereor, ne non apud Auguſtinum, ſed apud Launoium legeris. Nam eum locum ſic indicaſti, ut ſancte indicationem tuam exigendam putaris ad *notam* (2) appoſitam Epiſtolæ V. Launoianæ ad Hadria.

(1) Vide Cyrill. Alex. lib. XII. *In Johann. Evang. cap.* xx. *v.* 22. *ſq. Tom.* IV. *opp. Edit. Pariſ. an.* 1638. *pag.* 1100. *ſqq.*

(2) Cum Lannoius Cyrilli librum tantummodo XII. indicaſſet, Adnotator in *nota ad Tom. V. Launoain.*

P.D.

Hadrianum Vallantium. Qua ex re liquet, quam diligens fueris, non Patrum quidem, ſed novorum Scriptorum, qui iniquiores Romanis fuerint, doctrinæ inveſtigator. Nolo enim gravius dicere. Redeo ad Cyrillum. Is ἀθυρογλωττίαν τινῶν *loquacitatem quorumdam* retuſurus, ne quod τοῖς ἀδελφοῖς ἀναφύοι τὸ σκάνδαλον, *fratribus ſcandalum inferatur*:
„ Quomodo, *inquit*, καὶ μάλα δικαίως, *& ju-*
„ *re quidem*, quaeret aliquis, quandoquidem
„ vero (*Thomas*) aberat, Sancti Spiritus
„ factus eſt particeps, cum Diſcipulis Ser-
„ vator apparuit, & inſufflavit, dicens:
„ *accipite Spiritum Sanctum*? Reſpondemus,
„ Spiritus virtutem quoquoverſum per-
„ manaſſe, & ſcopum largitoris impleſſe.
„ Dedit autem Chriſtus non aliquibus ſeor-
„ ſim, ſed ὅλοις *omnibus* Diſcipulis. Quapro-
„ pter eam accipiunt, tametſi *quidam* τινὲς
„ non aderant, dantis liberalitate οὐκ εἰς
„ μόνους τοὺς παρόντας, *non in eos, qui preſentes*
„ *erant, ſolos*, ſed in omnem *Sanctorum*

 „ *Apo-*

---

*P. I. Edit. Colon. Allobrogum an.* 1731. *p.* 222. ſic rem figendam cenſuit: *Ut locus*, inquit, *facilius reperiatur, adde v.* 22. 23. Quo autem *capite*, non dixit, etſi in eo libro XII. plus quam unum caput contineatur. Febronius, ut religioſe huic Adnotatori inſiſteret, ne conſulto quidem Cyrillo, caput prætermiſit, oſtenditque hoc modo Launoium, Adnotatoremque ejus ſequi ſe, quam Cyrillum conſulere maluiſſe.

„ *Apoſtolorum chorum* τῶν ἁγίων ἀποστόλων χορὸν „ permeante„. Quid autem heinc tu concludes? Apoſtolisne præſentibus datam clavium poteſtatem? An Thomæ etiam, etſi non aderat? Concludito utrumque, non equidem laborabo. At Cyrillus virtutem Spiritus in *omnes* permanaſſe tradit. Fallere. Ab Interprete latino ſcriptum ſic eſt, non a Cyrillo, qui non εἰς πάντας *in omnes*; ſed κατὰ παντὸς *quoquoverſum* dixit. Fac tamen εἰς πάντας ſcripſerit: in omnesne Chriſtianos clavium poteſtatem derivatam cenſuit, an in omnes Apoſtolos? Apoſtolos ille quidem, Diſcipuloſque nominat; Chriſtianos autem omnes, non item. Quamquam detur tibi, de Spiritus ipſum egiſſe gratia, quam non ſacerdotes modo, ſed alii etiam acceperint; quid hoc ad rem? De *Miniſterialis* enim nos *ſolvendi, ligandique* poteſtatis *ſubjecto* diſputamus, non de gratia. Jam vero ligandi, *ſolvendique miniſterialem* poteſtatem *omnibus collectim Eccleſiæ membris* fuiſſe conceſſam, quibus tandem machinis ex Cyrilli verbis exprimes? Quod ſi in omnes illos, in quos gratia Spiritus permeavit, Clavium auctoritatem derivatam dixiſſe Cyrillum, ſtatuas; quid, rogo te, conſequere, niſi, ut cui data ſit gratia Spiritus, ei, quiſquis tandem ſit, miniſterio fungi, ac ligare, ſolvereque, te judice, liceat? Cur tu Cyrillo ipſi

non

non aſſentire ajenti τῶν ἱερέων ἕκαστον , *quemque Sacerdotum* ſpeculatorem παρὰ θεοῦ *a Deo* conſtitutum eſſe (1) ; addentique : *Deum dicentem audio* : „ labia Sacerdotis custo„ dient ſcientiam , & legem requirent ex „ ore ejus (2)„ : Nam *verbi* diſpenſationem, καὶ τῆς πίστεως τὴν ἀσφαλίαν *& fidei inerrantiam* eſſe Epiſcopis creditam (3)? Neque vero hæc modo ait Cyrillus; ſed ea etiam probat, quæ a Theodoſio Auguſto ſcripta ad Synodum Epheſinam fuere , quaeque nos paullo ante deſcripſimus (4) . Qua autem ratione is Doctor Epiſcopis , Pontifici vero Maximo in primis , poteſtatem judicandi de religionis rebus (5) , & condemnandi ,

 atque

---

(1) *In Apologet. ad Theodoſium Imperatorem. Tom.* VI. *Opp. Edit. ejuſd. pag.* 243.

(2) *Ibid. p.* 456.

(3) *Epiſt.* ad Cæleſtinum Papam *num. 6. Tom. I. Epiſtolar. Rom. Pont. Edit. Pariſ.* 1721.

(4) P. 278. hujus vol. *not.* 2. &c. Confer etiam Synod. Epheſ. Action. I. Tom. I. Concil. pag. 1388. Edit. an. 1714.

(5) Vide Cyrilli *Epiſtolam ad Neſtorium Tom. I. Concilior Edit. Pariſ. an.* 1714 *pag.* 1283. & Epiſtolam ad *Clerum , & Populum Conſtantinopolitanum ibid pag.* 1295. Et Epiſt. *ad Patres Monaſterior. &c. Ibid. pag.* 1298. Et Epiſtolam Cæleſtini Papæ *ad eumdem Cyrillum . ibid. pag.* 1323 & ejuſdem S. Cæleſtini *Commonitorium . ibid. cap.* XXII. *pag.* 1347. *& Action.*

atque adeo ligandi eos, qui contra veritatem pugnent, divinitus datam putarit, idque

---

*Actìon.* III. *Synodi Epheſinæ pag.* 1478 quo loco Philippus Presbyter Apoſtolicæ Sedis Legatus ſic refertur Synodum alloquutus = „ Nulli dubium, immo „ ſeculis omnibus notum eſt, quod Sanctiſſimus, „ Beatiſſimuſque Petrus Apoſtolorum Princeps, & „ Caput, fideique COLUMNA, & ECCLESIÆ CATHOLI- „ CÆ FUNDAMENTUM, a Domino noſtro Jeſu Chriſto „ Salvatore humani generis, ac Redemptore τὰς κλεῖς „ τῆς βασιλείας ἐδέξατο, καὶ αὐτῷ δέδοται ἐξουσίαν τοῦ „ δεσμεῖν καὶ λύειν ἁμαρτίας CLAVES REGNI ACCEPIT, „ AC SOLVENDI LIGANDIQUE PECCATA POTESTAS IPSI „ DATA EST, qui ad hoc uſque tempus, & ſemper „ IN SUIS SUCCESSORIBUS VIVIT, καὶ δικάζει & JUDI- „ CIUM EXERCET. Hujus itaque ſecundum ordinem „ διάδοχος καὶ τοποτηρητὴς SUCCESSOR, & LOCUM TE- „ NENS Sanctus, Beatiſſimuſque Papa Noſter Caeleſti- „ nus Epiſcopus nos ipſius præſentiam ſupplentes „ ad hanc Synodum miſit„. Viden', ut auctoritatem in Pontifice agnoſcat, ob eam cauſſam, quod Petro ſuccedat? Idem, non a *Membris* quidem *Eccleſiae omnibus* exercitium poteſtatis Sacerdotibus tributum; ſed auctoritatem ineſſe Sacerdotibus ipſis, indicat, ſucceſſionis ſane jure, adeout quidquid hi decrerint, id ceu decretum Eccleſiae, cui ſunt præfecti, habendum omnino ſit. Nam addit: „ Firmum eſt, juxta „ omnium Eccleſiarum Decretum. Nam Orientalis, „ & Occidentalis Eccleſiæ Sacerdotes, Sacerdotali huic „ conſeſſui interſunt, vel per ſe, vel certe per ſuos „ legatos„. En qui *committant*, & quibus *committatur*: nempe non *Epiſcopis* membra quæque Eccleſiæ, ſed Epiſcopi *committunt Legatis ſuis*, ut Caeleſtinus *commiſit*,

idque non *commiſſione membrorum Eccleſiae omnium collectim* ( nam tale quidpiam ille ne ſuſpicatus quidem eſt umquam ) ſed legitima Apoſtolica ſucceſſione: qua ratione, inquam , Cyrillus eam Epiſcopis poteſtatem conceſſam putarit , cognoſci non ex ejus modo (1) , ſed etiam ex Cæleſtini (2) , qui-



*miſit vices ſuas Cyrillo Alexandriæ*. Confer Caeleſt. *Epiſt. XI. ad Cyrillum num.* IV. *Tom. I. Epiſtolar. Romanor. Pontific. pag.* 1106. *Edit. Pariſ. an.* 1721. in qua ſic eſt ſcriptum : „ Auctoritate tecum noſtræ Sedis adſcita , noſtra vice uſus , hanc exequeris diſtricto vigore ſententiam &c. „ . In vulgatis Græcis legitur hoc modo: καὶ τῇ ἡμετέρᾳ τοῦ τόπου διαδοχῇ ἐπ' ἐξουσίᾳ χρησάμενος , *noſtraque vice, ac loco cum poteſtate uſus*. In Regiis exemplaribus deeſt τὸ ἐπ' ἐξουσίᾳ, *ex poteſtate*, & τοῦ τόπου *loci* , pro qua poſtrema voce ponitur θρόνου , *throni* . Sed hoc nihil ad inſtitutum . Philippi Presbyteri ſententiæ non repugnavit Cyrillus , immo ſic rem extulit , ut ei ſe adhæſiſſe oſtenderit . *Act. eadem III. Synod. Epheſ. pag.* 1479.

(1) Confer Cyrilli , quæ ſupra indicavi , loca .

(2) S. Caeleſtinus in Epiſtola ad *Sanctam Epheſ. Synod. Action.* II. *ejus Synodi pag.* 1467. *Tomi ejuſd. Concilior.* „ Docebat , *inquit* , qui in Apoſtolis ſuis ſe „ confirmat audiri . Haec ad omnes in communi Domini Sacerdotes mandatæ prædicationis cura pervenit . HAEREDITARIO in hanc ſollicitudinem jure conſtringimur . . . Subeamus omnes eorum labores , „ quibus omnes ſucceſſimus in honore „ . Quam vero poteſtatem huic ſacrorum Præſulum ſollicitudini adnexam Caeleſtinus agnoverit , ex ſententia in Neſtorium ab

quibus ille aſſenſus eſt, Epiſtolis plane poteſt.

Jnnocentii I. Zoſimi, Bonifacii I. Cæleſtini I. Xyſti III. Leonis I, Hilari, Gelaſii I, ceterorumque Romanorum (1) Pontifi-

ab Caeleſtino ipſo, atque inde ab Epiſcopis Synodi Epheſinae lata conſtat. Vide Caeleſtini ejuſdem Epiſtolam XI. ad Cyrillum *n.* IV. *Tom. I. Epiſtolar. Rom. Pontific. pag.* 1106. *ſq. & Epiſt.* XIII. *ad Neſtor. num.* V. *pag.* 1119. *ſq. & n.* XI. *pag.* 1130. & *Epiſt.* XVIII. *ad Synod. Epheſ. n.* V. *pag.* 1162. & Epiſt. Synodi Epheſinæ *n.* VI. *ibid. pag.* 1175. Rurſum Caeleſtini *Epiſt.* XXII. *ad Synodum n.* II. *ſqq. pag.* 1197. *ſq. & n.* VIII. *p.* 1201. His monumentis Cyrillum conſenſiſſe, quis dubitet, qui auctoritatem agnoſcens, Caeleſtini vices in Synodo Epheſina geſſit?

(1) Confer Innocentii I. *Epiſt.* XIII. *ad Rufum Theſſalonic. n.* 1. *ſqq. pag.* 815. *ſqq. &* Epiſt. ad Synod. Carthag. *an.* 417. *n.* 1. *pag.* 888. *Tom ejuſd. I. Epiſtolar. Romanor. Pont.* quo loco.,, Ad noſtrum referen-
,, dum approbaſtis judicium, ſcientes, quid Apoſtoli-
,, cæ Sedi, cui omnes hoc loco poſiti (nempe Epiſco-
,, pi) ipſum ſequi deſideremus Apoſtolum, debeatur,
,, a quo IPSE EPISCOPATUS, & TOTA AUCTORITAS NO-
,, MINIS HUJUS EMERSIT. (Patres) non humana, ſed
,, divina decrevere ſententia, ut quidquid, quamvis
,, de disjunctis, remotiſque provinciis ageretur, non
,, prius ducerent finiendum, niſi ad hujus Sedis noti-
,, tiam perveniret, ut tota HUJUS AUCTORITATE,
,, quæ fuerit pronunciatio, firmaretur, indeque ſu-
,, merent ceteræ Eccleſiæ (velut de natali ſuo fonte
,, aquæ cunctæ procederent) quid præcipere &c.,,
Vide

tificum, qui ſeculo quinto Chriſtianam Rempublicam rexere, ſatis eſt perſpicua, com-

Vide præterea ejuſdem *Epiſtolam* XXX. quæ eſt ad *Synod. Milevit. an.* 417. *n.* 2. *pag.* 896. Haec Innocentii reſcripta laudat S. Auguſtinus *Epiſt.* CLXXXVI. *ad Paulinum al.* CVI. *n.* 2. *p.* 506. *tom.* II. *Opp. Edit. Antuerp. an.* 1700. „ Ad omnia, *inquiens*, nobis (*Innocentius*) „ reſcripſit eo modo, quo fas erat, ATQUE OPORTE„BAT APOSTOLICÆ SEDIS ANTISTITEM „. Zoſimus Pontifex *Epiſt.* XII. *n.* 1. *pag.* 974. *Tom. I. Epiſtolar. Rom. Pontif. Edit. Pariſ. an.* 1721. „ Tantam huic, *inquit*, „ Apoſtolo (*Petro*) Canonica Antiquitas per ſenten„tias omnium voluit eſſe potentiam, ex ipſa quoque „ Chriſti Dei noſtri promiſſione, ut & ligata ſolveret, „ & ſoluta vinciret. Par poteſtatis data conditio in „ eos, qui Sedis hæreditatem, ipſo annuente, me„ruiſſent. Cum ergo tantae auctoritatis Petrus Caput „ ſit, . . . cujus locum nos regere . . ipſius quoque po„teſtatem nominis obtinere, non latet vos &c. „ Satis de Zoſimo. Bonifacius I. Epiſt. IV. ad *Rufum n.* 1. *pag.* 1019. *Tom. eod.* & *Epiſt. V. n.* 1. *ſqq. pag.* 1021. *ſq.* & *Epiſt.* XIII. *n.* 1. *pag.* 1034. per Apoſtolum Petrum, non vero per omnia collectim Eccleſiæ membra, in ſe auctoritatem divinitus tranſductam affirmat. Id etiam docet *Epiſt. XIV. n.* 1. *pag.* 1037. & *Epiſt.* XV. *n.* 1. *ſqq. pag.* 1039. *ſqq.* S. Caeleſtinus *Epiſt.* III. quae eſt *ad Epiſcopos Illyrici n.* 1. *pag.* 1064. *Tom. ejuſd.* „ Nos præci„pua circa omnes cura conſtringimur, quibus neceſ„ſitatem de omnibus tractandi CHRISTUS IN SANCTO „ PETRO APOSTOLO, cum ILLI CLAUES APERIENDI, „ CLAUDENDIQUE DARET, INDULSIT, ET INTER APO„STOLOS SUOS, non QUI ALTERO ESSET INFERIOR, „ SED EUM MAXIME, QUI ESSET PRIMUS, LEGIT &c. „

Xy-

Digitized by Google

communique, noſtræ plane concors ſententia. His Honorius Auguſtus in litteris ad Arca-

Xyſtus III. *Epiſt.* VI. *ad Johannem Antiochenum num.* 5. *pag.* 1260. *Tom. ejuſd.* „ Expertus es negotii præſentis „ eventu, quid ſit ſentire nobiſcum. Beatus Petrus „ Apoſtolus in Succeſſoribus ſuis, quod accepit, hoc „ tradidit. Quis ab ejus ſe velit ſeparare doctrina, „ quem ipſe inter Apoſtolos primum Magiſter edo- „ cuit „. S. Leonis Magni hac de re teſtimonia collegit Petrus Thomas Cacciarius Ord. Carmelitar. tranſtulitque in Præfationem ſuam, quam *Vol.* II. *Opp.* ejus Pontificis *præfixit*, *pag.* x. *ſqq.* Quamobrem miror, eo progreſſum eſſe Febronium, ut veritus non ſit Leonem ſibi patronum adſciſcere. Quod ad Hilarum attinet, confer Aſcanii Tarraconenſis ad eum, ipſiuſque Hilari ad Aſcanium eumdem Epiſtolas Tom. II. Concilior. *Edit. Pariſ. an.* 1714. *pag.* 787. *ſqq.* Eodem pertinent, quæ Felix III. *Epiſt. ad Acacium* Conſtantinopolitanum ſcripſit *Tom.* II. *Concilior. Edit. Pariſ. an.* 1714. *p.* 811. *& Epiſt.* ad Petrum Cnapheum *ſecunda ibid. pag.* 826. Concinit his Gelaſius I. *in Commonitorio ad Fauſtum Magiſtrum fungentem Legationis officio*, *ibid. pag.* 886. *& Epiſt.* IV. *ad Anaſtaſium Imperatorem ibid. pag.* 893. *ſqq. & Epiſt.* VII. *ad Epiſcopos Dardaniæ pag.* 907. *& pag.* 909. ubi „ Non reticemus, *inquit*, quod cuncta „ per mundum novit Eccleſia, quoniam quorumlibet „ ſententiis ligata Pontificum Sedes Beati Petri Apo- „ ſtoli jus habeat reſolvendi, quod de omni Eccleſia „ fas habeat judicandi, neque cuiquam de ejus liceat „ judicare judicio &c. „ Hæc vero ille ab auctoritate quæ data a Chriſto fuit Petro, quæque in Romanos Pontifices divino jure manavit paſſim repetit; numquam autem a Collectione membrorum Eccleſiæ, quæ com-

cadium Fratrem de cauſſa Johannis Chryſoſtomi (1), Patreſque Synodorum Carthaginienſis, & Milevitanæ accedunt. Atque hi quidem omnes non modo in Collectione Chriſtianorum, præter Sacerdotes, agnoſcunt neminem, cui poteſtas ligandi, ſolvendique inſit; ſed præcipuam etiam Romani Pontificis ab uno Apoſtolo Petro repetunt auctoritatem, cui fuiſſe a Chriſto claves ſingulari quadam ratione traditas, intellexerant. Non enim aliam ullam ob cauſſam Pontificem ipſum tanti in Eccleſia eſſe putabant, quam quod ſucceſſionis jure Sedem Apoſtolicam, hoc eſt Petri Cathedram teneat (2). Conſentiunt his Petrus Chry-

committat, ut plane hinc liqueat, quod ſtatutum a Febronio eſt, id eſſe inane, ac commenticium.

(1) Honorius Auguſtus in Epiſtola ad Arcadium, quæ eſt VIII. inter eas, quæ ad Innocentium I. pertinent, *Tom.I.Epiſtolar. Rom.Pontif.num.*1. *p.*803. *Edit. Pariſ.an.*1721. „ Si quid de cauſſa religionis inter Antiſtites ageretur, Epiſcopale oportuit eſſe judicium. Ad illos enim Divinarum rerum interpretatio, ad nos religionis ſpectat obſequium „. Id autem Honorius divina ordinatione ſtatutum indicat, non commiſſum Epiſcopis a Collectione omnium membrorum Eccleſiæ.

(2) Epiſcopis enim *conſacerdotibus* ſuis judicandi de religionis doctrina jus (quod pars eſt poteſtatis clavium) datum agnoſcunt, nulla cujuſquam alterius mentione

tione facta, Carthaginienſes in *litteris an*.416. *ſcriptis ad Innocentium I. n*.1. *pag*.869. *tom*.1. *Epiſtolar. Rom. Pont.Edit.Pariſ.an*. 1721. adduntque: „ Hoc geſtum „ ( *contra Pelagianos* ) ſanctæ caritati tuæ intimandum „ duximus, ut ſtatutis noſtræ MEDIOCRITATIS etiam „ APOSTOLICÆ SEDIS adhibeatur AUCTORITAS pro tuenda ſalute multorum &c.„ . N.VI.*p*.872.„ Non dubium, *inquiunt*, venerationem tuam, cum geſta EPISCOPALIA PERSPEXERIT, ID JUDICATURAM, unde „ omnes in Dei miſericordia gaudeamus „ . Quod vero poteſtas Eccleſiaſtica omnis penes Sacerdotes, in primis autem penes Epiſcopos , non penes alios quoſvis ſit , intelligi plane poterit ex Codice Canonum Africanorum *cap*.X. *tom*.1. *Concilior. Edit. Pariſ. an*. 1714. *pag*. 871. *ſq*. & *cap*.LIII. *pag*.890. & LVI., *pag*.894. *ſq*. & *cap*. LXV. *pag*.899. & *cap*. LXVIII. *pag*.902. & *cap*. LXXXV. *ſqq*. *p*.907. *ſqq*. & *cap*. XCII. *ſqq*. *p*.914. *ſqq*.& *c*.XXVIII.*ſqq*. *pag*. 935.*ſqq*. Confer item *cap*.V. *ſqq*. *Synod. Carthag. II. an*.390. *tom.eod.Concilior.pag*. 952. & Carthag. III. *cap*.IX. *ſq*. *p*.962. & *cap*.XXXII. *p*. 964. *ſqq*. & Carthag.IV. *cap*.1.*ſqq*.*pag*. 978.*ſqq*. Venio ad Synodum Milevitanam . Hujus extat ad Innoc.I. an. 416. ſcripta Epiſtola, in cujus *num*. III. *pag*. 876. *Tom. I. Epiſtolar. Romanor. Pont*. hæc habentur: „Arbitramur .. AUCTORITATI Sanctitatis tuæ, „ DE SANCTARUM SCRIPTURARUM AUCTORITATE DEPROMPTÆ FACILIUS ( Pelagianos ) . . . eſſe ceſſuros .. „ Haec ad Sanctitatem tuam de Concilio Numidiae „ ſcripta direximus imitantes Carthaginienſem Eccleſiam , & Carthaginienſis Provinciæ Coepiſcopos noſtros , quos ad SEDEM APOSTOLICAM , quam beatus „ illuſtras de hac cauſa ſcripſiſſe comperimus „ . Hujus

ſis (1), Oroſius Presbyter Hiſpanus, Proſper, Johannes Antiochenus, Eutherius Thya-

jus præterea *Canones* XIII. *ſqq.* & XIX. *ſqq.* conſuli volo, ex quibus perſpicitur, penes quos putarit eſſe Eccleſiaſticam poteſtatem. Denique legenda cenſeo, quæ Epiſcopi quinque Provinciæ Numidiæ ad Innocentium ipſum eodem anno ſcripſere contra Pelagium *n.* XIV. *p.*884. *Tom.I. Epiſtolar.Rom.Pont. Edit.Pariſ.an.*1721. Sic autem habent: „ Si cognoverint (*Auditores Pelagii*) eumdem Librum, quem illius vel putant eſſe, vel norunt, EPISCOPORUM CATHOLICORUM AUCTORITATE, ET MAXIME SANCTITATIS TUÆ, quam „ apud eum eſſe majoris ponderis minime dubitamus, ab eodem ipſo eſſe anathematum, atque damnatum, non eos ulterius exiſtimamus auſuros. „ pectora chriſtiana . . . turbare „. *Et n.* XVII. *pag.* 887. „ Non enim rivulum noſtrum tuo LARGO FONTI „ AUGENDO refundimus; ſed . . quo etiam tuus abundans emanet capite fluentorum &c. „ Neque vero hi aliunde in Pontificem tantam auctoritatem, niſi Petri cauſſa, derivatam credebant, cujus idem Innocentius Sedem tenebat. In his quinque Epiſcopis S. Auguſtinus principem obtinebat locum. Hujus celebre de Sede Petri, ſeu de Pontifice Maximo contra Pelagianos illud eſt teſtimonium, Serm.CXXXI. *al.II. de Verbis Apoſtoli. Cap.* X. *pag.* 449. *Tom.* V. *Edit. Antuerp.an.*1700. „ Jam enim de hac cauſſa duo Concilia „ miſſa ſunt ad SEDEM APOSTOLICAM. INDE ETIAM „ RESCRIPTA VENERUNT. CAUSSA FINITA EST „.

(1) Quibuſnam, & a quo poteſtas ligandi, ſolvendique data ſit, oſtendit S. Petrus Chryſologus *ſerm.* LXXXIV. *pag.* 129. *Edit. Auguſt. Vindelicor an.* 1758. „ Remittit, *inquit*, Petrus peccata, & toto cum „ gau-

Thyanenſis, ejuſque ſymmyſtes Helladius Tharſenſis, Johannes Heracleenſis, Iſido-

rus

---

„ gaudio excepit poenitentes, ATQVE OMNIBUS SACER-
„ DOTIBVS HANC A DEO CONCESSAM amplectitur POTE-
„ STATEM „. Idem Romano Pontifici, quod Petri Principis Apoſtolorum ſucceſſor ſit, praecipuam ut dignitatem in Eccleſia tribuit, ita etiam auctoritatem. Nam in *Epiſt.* quæ *in Operum S. Leonis Magni Edit. Rom. an.* 1755. *pag.* 112. extat, ſic ad Eutychem ſcribit: „ In omnibus hortamur te ut his, quæ a Bea-
„ tiſſimo Papa Romanæ Civitatis ſcripta ſunt, OBE-
„ DIENTER attendas: QVONIAM BEATUS PETRVS, QVI
„ IN PROPRIA SEDE VIVIT, PRÆSTAT QVÆRENTIBVS
„ FIDEI VERITATEM. Nos enim pro ſtudio pacis, &
„ fidei, extra conſenſum Romanæ Civitatis Epiſco-
„ pi cauſſas fidei audire non poſſumus „. Ac de Principe quidem Apoſtolorum idem Chryſologus Serm. CLIV. *pag.* 217. „ Petrus, *inquit*, Apoſtolici chori vetuſ-
„ tum teneat PRINCIPATUM, APERIAT INTRANTIBUS
„ REGNUM CAELORVM, REOS POTESTATE VINCIAT,
„ PENITENTES CLEMENTER ABSOLVAT „. Theodoritus in Epiſtola ad Leonem Papam Ep. CXIII. *T.* III. *Opp. Edit. Sirmondi*, & inter opera S. Leonis Magni *Parte* II. *pag.* 212. *Edit. Rom. an.* 1755. „ Si Paulus, *inquit*,
„ præco veritatis.. ad Magnum Petrum ſe contulit,
„ ut iis, qui Antiochiæ de legali converſatione ambi-
„ gebant, explicationem ab illo referret; multo ma-
„ gis nos humiles, & puſilli ad Apoſtolicam Sedem
„ Veſtram accurrimus, ut Eccleſiarum ulceribus re-
„ medium a vobis accipiamus. Vobis enim primas in
„ omnibus tenere convenit... Habet (*Sedes veſtra*)
„ communium Patrum.. Petri, & Pauli ſepulcra..
„ Hi Sedem Veſtram nobiliſſimam reddiderunt. Hic

„ bo-

rus Peluſiotes (1), Pergamius Antiochiæ Piſidiæ Antiſtes, Euſebius Adadenorum, Pau-

---

„ bonorum veſtrum eſt apex. . Apoſtolicæ Veſtræ Sedis expecto ſententiam, & oro, atque obteſtor Sanctitatem tuam, ut mihi rectum, ac juſtum *κριτήριον* JUDICIUM veſtrum invocanti opem ferat, *καὶ κελεῦσαι*, JUBEATQUE ad Vos venire; & doctrinam meam Apoſtolicis veſtigiis inhærentem oſtendere „.

(1) Judicandi de Doctrina fidei jus Epiſcopis, non Laicis, neve Clericis minorum gentium conceſſum Oroſius indicat *in Narrat. de Synodo Hieroſolymit. habita an.* 415. *Tom.* 1. *Concilior. Edit. an.* 1714. p. 2008. Idem de Epiſcopis, in primis vero de Pontifice Romano teſtatur Proſper in *Carm. de Ingratis v.* 39. *ſqq. p.* 72. *ſqq. Edit. Opp. Venetae an.* 1744. & in Præf. Sententiar. Sedis Apoſt. *pag.* 156. Johannes Antiochenus Epiſcopus in *Litteris an.* 433. *datis ad Xyſtum III. Pont. Max. Tom. I. Epiſtolar. Romanor. Pontif. Edit. Pariſ. an.* 1721. *pag.* 1242. „ Omnibus, *inquit*, qui Sacerdotium ſortiti ſunt *καὶ τὴν θείαν τῆς ἐπισκοπῆς λειτουργίαν πεπιστευμένοις παρὰ τοῦ πάντων ἡμῶν σωτῆρος χριστοῦ* & *quibus divinum* EPISCOPATUS MINISTERIUM A SERVATORE OMNIUM NOSTRUM CHRISTO *creditum eſt*, ſtudium, & ſcopus is eſſe debet, ut in recta fide excellant &c. „. Quid hoc? A Collectione membrorum Eccleſiae miniſterii uſum Epiſcopis datum efficit? Nullo certe modo: immo quod Epiſcopi obtinent munus, hoc ipſis a Chriſto creditum oſtendit. Eutherius Thyanenſis, & Helladius Tharſenſis, etſi Neſtorii hæreſi imbuti, confeſſi nihilominus ſunt in *litteris* ad eumdem Xyſtum Pontificem an. 433. datis *n.* II. *ibid. pag.* 1245. tantam APOSTOLICÆ SEDIS Petri auctoritatem eſſe, ut *ſæpius jam*

Paulinus Apamenorum, Alexander Seleucidenſium, Maximus Gortenorum, ceterique Antiſtites Piſidiæ (1), Eutherius præterea Sardianorum, Aſianus Philadelphiæ, Epiſcopique omnes Lydiæ (2), Pamphiliæ (3), Ægypti etiam, qui non *commiſſione* quidem *collectim omnium membrorum Eccleſiæ*, ſed manuum impoſitione conferri Sacerdotibus a Deo miniſtrandi, hoc eſt clavium poteſtatem, affirmant, adeoque iiſdem jus de doctrina ſtatuendi ineſſe confitentur; quare Sacerdotii præſtantiſſimam dignitatem eſſe, quam revereri quemque oporteat

---

*jam ſuffecerint* Pontifices Romani ad *convincendum mendacium, impietatemque reprimendam, & corrigenda, quæ neceſſarium fuit, muniendumque orbem terrarum ad gloriam Chriſti &c.* De Johanne Heracleenſi, ceteriſque Epiſcopis Europæ Provinciæ vide Synodicas Litteras ad Leonem Imperatorem *T.II.Concilior. Edit. Pariſ. an.* 1714. *pag.* 705. 706. Iſidorus Peluſiotes *lib.I.Epiſt.* CCCXXXVIII. *pag.*60.*edit.Venetæ an.*1745. Novatianum redarguens: *Divinam ſententiam illam habere vim*, ait, *quam* (Deus) *Sacerdotibus ad remittenda hominibus peccata præbuit*.

(1) Hi in Litteris Synodalibus ad Leonem Imperatorem *Tom.I. Concilior. edit.an.*1774. *pag.*725. in Epiſcopis reſidere judicandi de doctrina fidei poteſtatem oſtendunt.

(2) Confer horum Litteras Synodicas ad Leonem Auguſtum *ibid. pag.* 729. *ſq.*

(3) In Litteris ad eumdem. *Ibid. pag.* 732.

tent (1). Iidem eos, quibus impoſitæ a veris Epiſcopis manus non fuerint, ejuſmodi jure ac poteſtate pollere negant (2). Non diſſident ab iis Anatolius Antiſtes Conſtantinopolitanorum (3), Valentinus Epiſcopus Philippopolis (4), Marcianus Abriticæ, Martialis Apiarenſis, Marcellus Nicopoleos, Petrus Novenſis, ceterique Epiſcopi Moeſiæ ſecundæ, qui nonniſi Sacerdotii dignitate auctos, ea poteſtate præſtare confirmant; adduntque, ſtandum iis eſſe, *quæ ad peremtionem Eutychianæ veſaniæ de humanatione Salvatoris, in Chalcedonenſi Civitate, multis Sanctis Epiſcopis convenientibus, per* JUSSIONEM LEONIS ROMANI PONTIFICIS, QUI VERE CAPUT EPISCOPORUM &c. confirmata fuere (5). His conſentanea eſſe video, quæ tradita litterarum monumentis ſunt ab Epiſcopis Oſroenæ Provinciæ *de immobilibus Sacerdotii juribus*, deque *Sede*, hoc eſt regundarum plebium auctoritate *Sacerdotibus divinitus con-*

Y *dona-*

(1) Vide horum Litteras Synodicas ad eumdem Imperatorem *ibid. p. 692. ſqq.* & ad Anatolium Conſtantinopolitanum. *ibid. pag. 697. ſq.*

(2) *Ibid.*

(3) In Epiſt. *ad Leonem Auguſtum. Ibid. pag. 704. ſqq.*

(4) In Epiſt. *ad Leonem Aug. Ibid. p. 707.*

(5) In Litteris *Synod. ad Leonem Aug. Ibid. pag. 710. ſq.*

*donata* (1). Gennadius autem Epiſcopus Conſtantinopoleos in litteris Encyclicis, quas ad Epiſcopos an. 460. dedit, ſic inducit Chriſtum Miniſtros Eccleſiæ alloquentem: *παρ' ἐμοῦ ἐδέξασθε τὸ τῆς ἱερωσύνης ἀξίωμα*: *a me accepiſtis Sacerdotii dignitatem* (2). Flavianus præterea Epiſcopus Rhodopenſis, ex ordinatione, ſucceſſioneque auctoritatem repetens Epiſcoporum, ſic ad Petrum Cnapheum hæreticum ſcribit (3): „ Cribratus es canonice a Præſulibus noſtris, id eſt a Principe Apoſtolorum Petro, „ cui Dominus ait: *quodcumque ligaveris ſuper terram, erit ligatum, & in cælo* „. Jam S. Maximus Taurinenſis *miniſtros* a Chriſto miſſos affirmat; claveſque traditas Petro, Petrumque ipſum potentia Apoſtolis ceteris præſtare teſtatur (4). S. verò Paulinus Nolanus

(1) In Litteris Synodicis ad Leonem Auguſtum *ibid. p.714. ſqq.*

(2) *Tom.II. Concilior. edit. ejuſd. pag.* 782.

(3) *Ibid. pag.*842.

(4) *Homil.I. de Natali Petri, & Pauli Apoſtolor. pag.34.tom.VI.Biblioth.PP.edit.Lugd.an.1677. & Homil.V. pag.36.* De Petro autem in Homilia III. pag.35. ſic habet: „ Quanti meriti apud Deum Pe„ trus erat, ut ei poſt naviculæ parvæ remigium, TO„ TIUS ECCLESIÆ GUBERNACULA TRADERENTUR?.. „ Cujus tanta a Deo eſt approbata juſtitia, TANTA„ QUE

lanus impoſitione manuum poteſtatem ſe Paſtoris conſequutum ſcribit (1), nec ſibi a *collectione, membrorum Eccleſiæ omnium commiſſum ejus poteſtatis uſum* ſomniavit. Eodem revolvuntur, quæ a Syneſio Ptolemaidenſi Antiſtite memoriæ prodita ſunt de Epiſcopo, a quo aliorum piacula, ac *ſordes abſtergi oporteat*. Id autem ille munus a Deo imponi, tradit, per Epiſcopi χειροτονίαν *manuum impoſitionem*. Atque Epiſcopi quidem creandi penes illum poteſtatem, adiungit, eſſe, qui primas in Eccleſia teneat (2).

Hæc eadem ſexto ſeculo docuere Patres. Avitus Viennenſis vim judicandi, adeoque clavium poteſtatem Epiſcopis datam fatetur, ſed non ejuſmodi, qua inſtructum eminentiore auctoritate Pontificem Maximum judi-



„ QUE EI POTESTAS ATTRIBUTA EST JUDICANDI; UT „ IN ARBITRIO EJUS PONERETUR CAELESTE JUDICIUM. „ Perſpicite ergo, & aeſtimate, quanto nobis ſit Petrus Apoſtolus honore reverendus, cujus ſententiam „ in terris prolatam ſempiterni judicis aequitas non „ repellit. Et ideo diligenter intendite, quæ ſit ejus „ gloriæ magnitudo, cui dum claves regni committuntur aeterni, caelum illi claudere, & aperire „ permiſſum eſt „.

(1) *Epiſt.*II. *al.*XXIII. *ad Amandum n.*IV. *p.*9. *edit.Veron. an.*1736.

(2) Confer Syneſium *Epiſt.* XI. *pag.* 171. & *Epiſt.*LVIII. *pag.*201.*ſqq.* & *Epiſt.*CV. *pag.*248. *ſq. edit.Pariſ.Petav.an.*1640.

care poſſint (1). Archimandritæ, ceterique Monachi ſecundæ Syriæ in litteris ad Hormiſdam Pontificem anno circiter 520. datis: „ Quoniam, *inquiunt*, Chriſtus Deus noſter „ Principem Paſtorum . . conſtituit vos; di„ gnum eſt, paſſiones, quæ nobis contigerunt, „ exponere, & immiſericordes oſtendere lu„ pos, qui diſſipant gregem Chriſti; ut AU„ CTORITATIS baculo eos EXPELLAT DE MEDIO „ OVIUM (2) „. Poſſeſſor Epiſcopus Afer ad Hormiſdam ipſum Pontificem ſcribens (3): „ Decet, *inquit*, & expedit ad Capitis recur„ rere medicamentum, quoties agitur de „ ſanitate membrorum. Quis enim majorem „ circa ſubjectos ſollicitudinem gerit, aut „ a quo magis nutantis fidei ſtabilitas expe„ ctanda, quam ab ejus Sedis Præſide, cu„ jus primus a Chriſto Rector audivit: *Tu es* „ *Petrus &c.* „ Hormiſda Pontifex in Epiſtola ad Epiſcopos, Presbyteros &c. Secundæ Syriæ = „ Nullus vos, *inquit*, incon„ gruis mandatis, vel novis definitionibus „ innovet. Si enim ſeculares ſunt, non „ poſſunt Eccleſias retinere, quoniam his „ con-

(1) Epiſt. ad *Senatores Urbis. Tom. II. Concilior. pag.982.ſq. edit.Pariſ. an.*1714.

(2) Epiſt. ad *Hormiſdam. Tom. eod. Concilior. pag.* 1031.

(3) Epiſt. ad *Hormiſd. ibid. pag.*1037.

,, convenit doceri magis, quam docere.
,, Nefas enim eſt venerabilibus altaribus
,, nova offerri libamina; quoniam ipſis
,, ſcientiis claras definitiones in ipſis prooe-
,, miis proprii honoris præſcripſit. Inter
,, Levitas, & ſuum populum miniſterium
,, diviſit. Alia eſt hominum poteſtas, &
,, alia ſunt Sacerdotum officia. Concitavit
,, magis Dominum, quam placavit, qui alie-
,, num ignem in Divinis adytis obtulit, Sacra
,, contaminans. Quis eſt, qui in alienis ſan-
,, ctionibus jubendi auctoritatem ſibi ipſi aſ-
,, ſumere poteſt? Etenim nullum dubium eſt,
,, eum fuiſſe punitum in templo pro ſolo co-
,, natu miniſterii, qui honorem non debitum
,, protulit, Ozias; nec in reverentia, & mi-
,, niſterio permanſit... Cognoſcant itaque,
,, non eſſe Deo accepta quæ ex ipſis mandatis
,, a præſumptuoſis ſubripiuntur (1) ,,. Nega, ſi modo potes, eſſe hinc plane conſequens, ſolis Miniſtris ſacrorum eſſe in Eccleſia poteſtatem datam. Symmachus Pontifex in ea Epiſtola, quam ad Æonium Arelatenſium Epiſcopum dedit, ſacerdotio poteſtatem attributam demonſtrat (2). Nec tamen inde



(1) In Epiſt. *ad Epiſc. Presb. &c. Secundæ Syriae in Actis Synodi Conſtantinop. ſub Menna Act. V. pag.* 1310. *ſq. Tom.II. Concilior. edit.Pariſ. an.*1714.

(2) Tom.IV. Concilior. Edit. Pariſ. Labbei *an.* 1671.

quidquam incommodi in Pontificem Maximum redundat, quaſi vero is ſacerdotibus ceteris non præſtet ut dignitatis ratione, ſic etiam poteſtatis. Niſi forte quis velit, ſuis ipſum Synodis (1) repugnaſſe, id quod ne veri quidem eſt ſimile. Johannes Hieroſolymitanus in Synodicis litteris, quæ actione V. Synodi Conſtantinopolitanæ ſub Menna continentur: qui dedit, *inquit*, *πέτρῳ τῷ κορυφαίῳ τῶν Ἀποστόλων τό λύειν, καὶ δεσμεῖν, καὶ τῇ κοινῇ τούτῳ ἐφιλοτιμήσατο ἱερωσύνῃ*: „ PETRO CO„ RYPHAEO APOSTOLORUM τὸ LIGARE, AC SOLVE„ RE,

1671. *pag.* 1291. Agit autem *ibid.* in primis de Romanis Pontificibus, quorum in Sacerdotio præcipuam eſſe poteſtatem oſtendit, *inquiens*: „ Quanta enim „ Vicariis Beatiſſimi Petri Apoſtoli judicabitur eſſe „ reverentia, ſi QUÆ IN SACERDOTIO PRÆCIPIUNT, „ EISDEM TRANSEUNTIBUS, DISSOLVANTUR „? Confer Epiſt. II. Symmachi ad eumdem *ibid. p.* 1292. & Epiſtolam Caeſarii Arelatenſis ad Symmachum *ibid. pag.* 1294. & Symmachi ipſius *Apolog. adverſus Anaſtaſ. Imperatorem ibid. pag.* 1297. *ſqq.* & Epiſt. ad *Orientales ibid. pag.* 1303. & Epiſt. IX. *ad Epiſcopos Galliæ pag.* 1309. *ſqq.* & *Exemplum* libelli Symmacho Papæ oblati ab Aegidio Abbate &c. *ibid. pag.* 1310.

(1) Synod. Rom. ſub Symmacho *an.* 502. *cap.* I. *Tom. II. Concilior. edit. Pariſ. an.* 1714. *pag.* 978. *ſqq.* „ Si cujuslibet Provinciæ Sacerdotes, intra terminos „ ſuos, Concilio habito, quidquam ſine Metropolitani „ ſuive Antiſtitis auctoritate tentaverint, irritum eſ„ ſe debere Patres Sancti ſanxerunt; quanto magis „ quod

„ RE, idem ET COMMUNI DONAVIT SACERDOTIO (1). Quo etiam pertinet Eucheriano, ut ajunt, Sermone de *Natali S. Petri* comprehenſa ſententia (2) „ *Et tibi dabo claves Regni cælorum.* „ Hoc enim, quod PRINCIPALITER Petro „ dicitur, ceteris quoque Apoſtolis dictum „ eſſe intelligi debet; & non tantum Apoſto- „ lis, verum etiam Epiſcopis, & Sacerdo- „ tibus. „ Et non poſt multo; „ *Quodcum-* „ *que ligaveris ſuper terram &c.* Hoc Epiſco- „ pi audiant, de munere gaudeant, de po- „ teſtate non ſuperbiant. Si enim ligaverint „ ut Petrus; ſi ita ſolverint, ut Petrus; quid- „ quid ligaverint, ligatum erit, & quidquid „ ſolverint ſolutum erit... Ideo enim ſoli „ illi dicta ſunt, ut omnes alii ſe in illo, „ quaſi in ſpeculo videant, ſic vivendo, ſic „ ligando, ſic ſolvendo, & a pace, & con- „ cordia non recedendo „. Jam quiſque intelligit, hæc ita Sacerdotibus dicta cre-



„ quod in Apoſtolica Sede non exiſtente PRÆSULE, qui „ PRÆROGATIVA B. meritis Apoſtoli Petri per univer- „ ſum orbem Primatum obtinens Sacerdotii, ſtatutis „ Synodalibus conſuevit tribuere firmitatem? &c. „

(1) Tom. II. Concilior. *Edit. Pariſ. an.* 1714. *pag.* 1343.

(2) Eucherii nomine inſcribitur, ſed vereor, ne non ſit ejus, etſi Scriptoris eſſe ſupparis ejus aetatis videatur, qua Eucherius floruit. Miror autem hunc Eucherii locum ab Launojo, quaſi ſibi faveat, afferri.

di ab Eucherio, ut PRINCIPALITER dicta Petro, ejuſque adeo ſucceſſoribus cenſeantur. Non eſt ab hac Fulgentii Ruſpenſis doctrina diſcrepans. Is S. Antiſtites a Domino Chriſtianæ Reipublicæ præpoſitos eſſe docet, conſtitutoſque Myſteriorum Dei Diſpenſatores, qui divinitus menſuram acceperint tritici, quam in unitate, conſociationeque Eccleſiæ manentibus erogent (1). Diſpenſatoribus ergo, ſeu Sacrorum Præ-

(1) Fulg. *in Serm. I. qui eſt de Diſpenſatoribus. Tom. IX. Biblioth. PP. edit. Lugd. an. 1677. pag. 104. ſq.*
„ Servorum, *inquit*, quos populo ſuo PRÆPOSUIT Do-
„ minus, SPECIALE VOLENS OFFICIVM demonſtrare,
„ ait, quod ex Evangelio modo audivimus: *Quis pu-*
„ *tas eſt fidelis diſpenſator, & prudens, quem conſti-*
„ *tuit Dominus ſupra familiam ſuam?* .. Quis eſt iſte
„ Dominus, Fratres? Chriſtus ſine dubio .. Quæ eſt
„ etiam hujus Domini Familia? Nimirum illa eſt,
„ quam ipſe Dominus de manu inimici redemit, &
„ ſuo dominio mancipavit. Hæc autem familia eſt
„ CATHOLICA ECCLESIA, QUÆ PER ORBEM TERRAE CO-
„ PIOSA FERTILITATE diffunditur .. Grex ergo Paſto-
„ ris ipſa eſt familia Redemptoris. Diſpenſator vero
„ qui ſit, quem oportet eſſe fidelem pariter, & pru-
„ dentem, Paulus nobis oſtendit Apoſtolus, qui de ſe,
„ ſuiſque Sociis loquens, ait: *Sic nos exiſtimet homo*
„ *ut* MINISTROS CHRISTI, *& diſpenſatores myſte-*
„ *riorum Dei* .. NE quis autem noſtrum SOLOS APO-
„ STOLOS diſpenſatores factos exiſtimet, .. ipſe Bea-
„ tus Apoſtolus EPISCOPOS QUOQUE DISPENSATORES ES-
„ SE

præſidibus miniſterii, hoc eſt adminiſtrandarum clavium poteſtatem ineſſe putarit neceſſe eſt; eoque ipſos nomine eſſe in ſocietate (1) eccleſiaſtica potiores. Quibuſnam enim datas claves miniſterii a Chriſto putaſſet, niſi iis, quos Chriſtus ipſe præponit populis, ac *diſpenſatores* conſtituit *myſteriorum*; quibuſque menſuram, quam aliis *erogent*, diſtribuit *tritici*? Ac ne in cogitationem quidem cadit, ut iis collectim omnibus ligandis ſolvendique poteſtas conlata ſit, quorum parti maxime ſolvi, ligarique competat, ſol-

„ SE oſtendens, ait: *Oportet enim Epiſcopum ſine crimi-* „ *ne eſſe ſicut, Dei Diſpenſatorem* . . . Servi autem Pa- „ trisfamilias ſumus, Diſpenſatores Domini ſumus, „ menſuram tritici, quam vobis EROGEMUS, ACCE- „ PIMUS „.

(1) Lib. *II. de Veritate Prædeſtinationis* . & *Gratiæ cap.* XXII. *pag.* 247. *tom. eod.* IX. *Biblioth. PP.* „ „ Quantum pertinet ad hujus temporis vitam, conſtat, „ quia in Eccleſia nemo Pontifice potior „. In Pontificibus autem, ſeu Epiſcopis Romanum Pontificem eum eſſe fatetur, qui cacumen teneat. Nam *Epiſt.* XVII. *ſeu lib. ad Petrum Diaconum cap.* XI. *pag.* 135. *Edit. Venetæ Operum Fulg. an.* 174. tenendum eſſe monet, quod *Romana, quæ mundi cacumen eſt, tenet, & docet Eccleſia*. Veterum autem eam fuiſſe dicendi rationem conſtat, ut quod Pontifex Romanus tenet, ac docet, id Romanam Eccleſiam tenere, ac docere affirmarent: quod & Hieronymi, & aliorum Patrum effici, demonſtrarique auctoritate poteſt. Sed de hoc alias.

ſolvere autem, ac ligare non item. Et eſſe tamen aliquos hoc etiam tempore video, qui Centuriatores Magdeburgenſes (1), ſtudioſumque novarum rerum Richerium imitati (2), Fulgentii quibuſdam locis ex *libris de Remiſſione Peccatorum*, deque *Fide ad Petrum* abuti non vereantur. Qui ſi animadverterint, ita ſæpe a Fulgentio de clavibus diſputari, ut in eo quiſque Auguſtini diſcipulum poſſit agnoſcere; dabunt profecto, ut quæ enunciatis quibuſdam Magiſtri apte ad ejus doctrinam adhibetur, eadem verbis Diſcipuli adhibeatur interpretatio. Ac Fulgentius Petro a *veritate veraciter clavium* poteſtatem fuiſſe *repromiſſam* (3) docet. Quod ſi claves ipſas eſſe Eccleſiæ conceſſas ſcribit, non eo quidem ſcribit, quo omnibus collectim Eccleſiæ membris conceſſam fuiſſe ſacri miniſterii ligandi, ſolvendique poteſtatem arbitraretur; ſed quo ſciret,

---

(1) *Centuria* v. *Cap.* IV. *pag.* 308. *ſeq. & pag.* 408. *Tom.* I. *Edit. an.* 1560.

(2) Vide *les Hexaples ſur la Conſtitution Unigenitus Part.* XIV. *pag.* 650. *Tom.* VI.

(3) *S.* Fulgentius *in* I. *de Remiſſione Peccatorum libro Cap.* XIX. *pag.* 218. *Tom.* IX. *Bibl. Patrum*. „ ſicut Beato Petro veritas ipſa veraciter repromiſit „ dicens: *tu es Petrus, & ſuper hanc Petram* &c. „. Confer locum integrum, quem *pag. hujus vol.* 350. deſcribimus.

ret, Eccleſiam, ſeuCatholica unitate conjunctam ChriſtianorumCollectionem habere Paſtores, ſive (ut proxime Fulgentii auctoritate oſtenſum eſt) Diſpenſatores myſteriorum divinitus conſtitutos, quibus miniſtrandarum clavium poteſtas inſit ad membrorum ejus Collectionis omnium utilitatem in catholica ipſa unitate manentium. In *Catholica* inquam, *unitate*; nam extra hanc a Miniſtris, quacumque dignitate ſint aucti, *remiſſionem peccatorum* dari poſſe Fulgentius jure negat. Quare tametſi Diſpenſatoribus data poteſtas ejuſmodi ligandi, atque ſolvendi eſt, in iiſque reſidet; tamen quia hi *extra unitatem* dare *peccatorum remiſſionem* non poſſunt; idcirco datas unitati Eccleſiæ Catholicæ claves ſtatuit, non quaſi omnibus hæ collectim Eccleſiæ membris in unitate manentibus conceſſæ fuerint (id enim Fulgentius nuſquam dicit) ſed ita ut *Unitas* conditio, atque ratio quædam firma, ſtabiliſque ſit, ſine qua, cum fructu *remiſſionis peccatorum*, adminiſtrari a Diſpenſatoribus, quibus uti *ſubiecto* ineſt, poteſtas ipſa clavium nequeat. Atqui inter nos de *ſubiecto* clavium eſt, non *de conditione*, *ratione ve* certatio. Jam verò uti pernoſcas, huc demum ſpectare, quæ de clavibus Eccleſiæ ibidem tradit Fulgentius, loca illa, quibus aliquos abuti diximus, accurate deſcribere ſatis erit, eaque cum lo-

cis

cis quibuſdam Auguſtini conlata, tibi ad conſiderandum proponere. Itaque Auguſtinus *in III. de Baptiſmo libro* [1]. „ Sacramenti „ integritatem ubique cognoſci, *ait*, ſed ad „ illam irrevocabilem remiſſionem EXTRA „ VNITATEM ECCLESIÆ non valere „. Et Sermone LXXI (2) „ Si quemquam, *inquit*, „ EXTRA ECCLESIAM ſuorum poenitet peccatorum, & hujus tanti peccati, quo „ ALIENUS EST AB ECCLESIA DEI cor impoenitens habeat, quid ei prodeſt illa poenitentia, cum iſto ſolo verbum dicat contra „ Spiritum Sanctum, quo extraneus eſt ab „ Eccleſia, quæ accepit hoc donum, ut „ IN EA in Spiritu Sancto fiat remiſſio peccatorum „. Age vero, a quibuſnam, Auguſtino teſte, adminiſtrantur claves, quibus IN ECCLESIA ACCIPITVR remiſſio peccatorum, niſi a *Sacramentorum Præpoſitis* (3), quos *Spiritus Sanctus* poſuit *regere Eccleſiam Dei*(4)? Confer modo cum Auguſtini verbis ea, quæ ſcripta ſunt a Fulgentio. Jam quid Fulgentius de Diſpenſatoribus dixerit, vidimus.

(1) *Cap.* XVII. *pag.* 79. *Tom.* IX. *Opp. Edit. Ruuerp. ann.* 1700.

(2) Alias XI. *De verbis Domini Cap.* XVII. *n.* 28. *Tom.* V. *pag.* 278.

(3) *Vide pag.* 257. *hujus vol. & pag.* 258. *ſq. & pag.* 303. *not.* I.

(4) *Act. Apoſt. Cap.* XX. *v.* 28.

mus. Habe nunc tibi, quid dicat de *Unitate*. In lib. *de Fide ad Petrum* (1). „ Omni, *inquit*, „ homini, qui Eccleſiæ Catholicæ non te- „ net unitatem, neque BAPTISMUS, neque „ Eleemoſyna, quamlibet copioſa, neque „ mors pro nomine Chriſti ſuſcepta profice- „ re poterit ad ſalutem, quamdiu in eo hæ- „ retica, vel ſchiſmatica pravitas perſeve- „ rat „. Rurſum: „ (2) Sive in catholica fi- „ de, *inquit*, ſive in hæreſi quacumque, „ vel ſchimate quisquam in nomine Patris, „ & Filii, & Spiritus Sancti Baptiſmi SACRA- „ MENTUM acceperit, INTEGRUM SACRAMEN- „ TUM ACCIPIT; ſed ſalutem, QUAE VIRTUS „ EST SACRAMENTI, non habebit, SI EXTRA „ CATHOLICAM ECCLESIAM IPSUM SACRAMEN- „ TUM HABUERIT. Ergo ideo debet ad Eccle- „ ſiam redire, non ut ſacramentum baptiſ- „ matis iterum accipiat, quod nemo debet „ in quolibet homine baptizato repetere; „ ſed ut in catholica ſocietate vitam æter- „ nam accipiat „. Tenes, qui ſint Diſpenſato- res *Myſteriorum*, ſeu *Sacramentorum*, Auctore Fulgentio; & quæ virtus ſit *Sacramenti*. Tenes item, hanc virtutem non exſerere ſeſe, niſi ea conditione, ut in UNITATE ECCLESIÆ idem ſacramentum accipiatur. Itaque cernis, quid [illegible] ille

(1) *Cap. XXXIX. p.* 82. (2) *Cap.* III. *pag.* 78. *Tom.* IX. Biblioth. *PP. Edit. Lugdun. an.* 1677.

ille unitati Eccleſiæ tribuat. Quare ſicubi accepiſſe claves Eccleſiam dicit, cur dicat, ea una eſt ratio: non quod *unitas ſubjectum* ſit poteſtatis adminiſtrandarum clavium; ſed quod virtus ſacramentorum remittendi peccata, niſi in unitate, ſeſe non exſerat. Quo etiam illud pertinet, quod eſt in *Primo* Fulgentii *de Remiſſione Peccatorum libro* (1): *In ſola Eccleſia Catholica datur, & accipitur remiſſio peccatorum, quam ipſe Sponſus unam dicit eſſe columbam ſuam, unam electam ſuam, quam ſuper petram fundavit, cui claves regni cælorum dedit, cui etiam ligandi, ſolvendique poteſtatem conceſſit, ſicut B. Petro veritas ipſa veraciter repromiſit dicens*: „ Tu es Petrus, „ &c. „. *Ab Eccleſia, quæ claves regni cælorum accepit, quiſquis foris eſt, non cæli viam graditur, ſed inferni, nec tendit ad æternæ vitæ domum, ſed currit ad mortis æternæ ſupplicium, non ſolum ſi remanet ſine baptiſmo paganus; ſed etiamſi in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti baptizatus, perſeveret haereticus*. Et paullo poſt: *Ille ſalvatur ſacramento baptiſmatis, quem intra Eccleſiam Catholicam, uſque ad obitum praeſentis vitae tenuerit unitas caritatis*. Arcæ inde Noemi *unam* Eccleſiam comparat, extra

(1) *Cap.* xix. *pag.* 218.

tra quam aqua non ſalutem, ſed exitium inferebat (1); ad eamque rem comprobandam Cypriani Martyris utitur auctoritate (2); poſtque (3): *ſic*, inquit, *extra Eccleſiam Catholicam nullus accipit indulgentiam peccatorum; & ſicut in Eccleſia Catholica corde creditur ad juſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem; ſic extra eamdem Eccleſiam mala credulitas non reputatur ad juſtitiam, ſed ad pœnam. Extra hanc Eccleſiam, nec chriſtianum nomen aliquem juvat, nec baptiſmus ſalvat, nec mundum Deo ſacrificium offertur, nec peccatorum remiſſio recipitur, &c.* Circumſpicias licet, ſcrutere, rimere omnia, in his certe verbis *ſolvi* quidquam, *ligarive collectim ab omnibus Eccleſiæ membris*, aut ab his *committi* poteſtatis ligandi, ſolvendive *uſum* Præſidibus ſacrorum, non reperies. Hoc reperies unum, in Eccleſia ſacramentorum exſeri virtutem, qua confertur peccatorum remiſſio; extra Eccleſiam vero non item; quamobrem ſi minus libens, at invitus ſaltem confitebere, non alio ſenſu a Fulgentio dici Eccleſiam accepiſſe claves *veraciter a veritate* promiſſas Petro, quam quod datum eidem

(1) Ibid. *Cap.* xx.
(2) Ibid. *Cap.* xxi. *pag.* 219.
(3) Ibid. *Cap.* xxii.

eidem Eccleſiæ ſit, ut in hujus *unitate* obtineatur *remiſſio peccatorum*; utque *extra ipſam* non obtineatur. Neque vero aliorſum ſpectant, quæ ex *XXIV*.ejuſdem *libri capite* Adverſarii adferre ſolent: *ſoli enim Eccleſiae* tributam *ibidem* Fulgentius ſcribit *ligandi, ſolvendique* poteſtatem, propterea quod nonniſi in ea ſola ſolvi quiſquam, ligarive poſſit:(1) Nam ſic habet:,, Oſtendit(*Salvator*) illa (*peccata*) tamquam in futuro ſeculo dimittenda, quæ in hoc ſeculo, IN UNA, ET VERA ECCLESIA CATHOLICA FUERINT UNICUIQUE DIMISSA. Soli enim illi Dominus ſolvendi, ligandique tribuit poteſtatem, dicens:,, *Tibi dabo claves* &c. Quod ergo Sancta Eccleſia in hoc ſeculo non ſolverit, ita indiſſolubile permanet, ut etiam in futuro ſeculo ſolvi nullatenus poſſit. Ligatus eſt autem omnis homo, quem illa non ſolverit,,: Quo tandem modo? Nempe, quia ſolutus non eſt in unitate Eccleſiæ, ac proinde,, nec aliquod ſolutionis beneficium conſequutus eſt, quod non converſus ad pœnitentiam IN ECCLESIA *ſibi dandam ſperaverit indulgentiam peccatorum*,,. Non ſum neſcius, in *capite tertio* libri *de Fide ad Petrum* de clavibus (2) perinde agi a Ful-

(1) *Pag.* 219. (2) *Pag.* 78.

a Fulgentio, quas Eccleſia in perſona B. Petri acceperit. Verum non ſecus intelligenda hæc ſunt, ac illa ſuperiora de remiſſione, quam parare quiſquam ſibi non poſſit, niſi in Eccleſiæ conſiſtat unitate. Nam de eo, qui recipit Sacramentum ibidem differens = *Integrum*, inquit, *Sacramentum accipit, ſed ſalutem, quae virtus eſt Sacramenti, non habebit, ſi extra Catholicam Eccleſiam ipſum Sacramentum habuerit*. Sed in evolvendis Fulgentii locis nimium longi fuimus. Quamquam id cepimus commodi, ut quin a tua ille opinione longe abfuerit, nulla dubitatio eſſe poſſit.

Quæ Fulgentii, eadem fuit Facundi Hermianenſis in libro X. *de Capitulis tribus* ſententia (1). Mapinius Remenſis in *Epiſtola ad Villicum Epiſcopum: Sacerdotibus cunctis* dictum *τὸ paſce oves meas* (2) defendens, plane demonſtrat, in quibuſnam reſidere putarit ligandi, ſolvendique, quæ propria Paſtorum eſt, poteſtatem.

De Gregorio Magno Pontifice multis me diſputaſſe memini in *IV. Antiquitatum Chriſtianarum* libro. Hujus eſt in *Homilia* XXVI.

Z

(1) *Tom. X. Biblioth. PP. pag. 86. Edit. Lugd. an.* 1677.

(2) Confer Launoium loco ſupra indicato *pag.* 225.

XXVI *in Evang. lib. II.* illuſtris locus. Eſt vero hujuſmodi: (1) „ *Quorum remiſeritis peccata &c.* Illi Diſcipuli ad tanta onera „ humilitatis vocati, ad quantum culmen „ gloriæ ſunt perducti? Ecce non ſolum „ de ſemetipſis ſecuri fiunt, ſed etiam alie- „ næ obligationis poteſtatem relaxationis „ accipiunt, PRINCIPATUMQUE SUPERNI JU- „ DICII SORTIUNTUR, UT VICE DEI QUIBUS- „ DAM PECCATA RETINEANT, QUIBUSDAM re- „ laxent. Sic, ſic eos a Deo decebat eri- „ gi, qui tantum pro Deo conſenſerant „ humilitati. Ecce qui diſtrictum Dei ju- „ dicium metuunt, animarum judices fiunt; „ & alios damnant, vel liberant, qui ſe- „ metipſos damnari metuebant. Horum „ profecto nunc in Eccleſia Epiſcopi lo- „ cum tenent. LIGANDI, ATQUE SOLVENDI „ AUCTORITATEM SUSCIPIUNT, QUI GRADUM „ REGIMINIS SORTIUNTUR „. Hinc tu plane perſpicis, quæ doctrina Gregorii fuerit de ὑποκειμένῳ *ſubjecto* ejus, quam *clavium* dicimus, poteſtatis.

Sic idem diſſerit *in lib. XXVIII. Moralium in Job* [2], ut in Apoſtolis, inque iis, qui locum

(1) Vide *Tom. V. Antiq. Chriſt. pag. 266. ſqq.* quem a Febronio Conſuli vellem.

(2) Num. IV. pag. 1555. Tom. I. *Opp. Edit. Pariſ. an.* 1705.

locum *in Eccleſia* tenent Apoſtolorum id quantum quantum eſt auctoritatis ineſſe, dilucide, diſtincteque demonſtret. Qua ex re intelligitur, non alia ſignificatione claves *univerſali Eccleſiæ datas* dici interdum ab eodem, quam quod datæ ſacrorum Præſidibus ſint ad commodum, utilitatemque omnium membrorum Eccleſiæ. „ Quid cun-„ cti Apoſtoli, niſi ſanctæ Eccleſiæ oſtia exi-„ ſtunt, quum voce Redemptoris ſui audiunt „ = *accipite Spiritum Sanctum, quorum remiſe-„ ritis peccata, remittuntur eis?* ac ſi illis aper-„ te diceretur, per vos ingredientur ad me „ hi, quibus voſmetipſos panditis, & re-„ pellentur quibus obſeratis „ (1). En cur oſtium dicat Eccleſiam; nempe, quod *oſtium Eccleſiae* ſint Sacerdotes, *per quos ingrediuntur ii*, quibus iidem Sacerdotes pandunt. Pergit Gregorius, atque in poteſtate gradus quoſdam, ſeriemque ponendam docet, ita ut Petro, Romaniſque inde Antiſtitibus primas ſtatuat concedi oportere. Quamobrem *lib. II. Homil. VI.* in Ezechielem (2): „ Se (*Petrus*) *in-„ quit*, minori fratri (*hoc eſt Paulo*) ad „ conſenſum dedit, atque in eadem re fa-„ ctus eſt ſectator minoris ſui, ut etiam

 „ in

(1) *Cap. XVIII. pag.* 912. *Tom. eod.* 1. *Opp.*
(2) Num. IX. *pag.* 1368. *Tom. eod.*

„ in hoc præiret, quatenus qui primus „ erat in Apoſtolatus culmine, eſſet primus & in humilitate. Non ad memo- „ riam revocat, quod primus in Apoſtolatum vocatus ſit, NON QUOD CLAVES RE- „ GNI CÆLESTIS ACCEPERIT „(1). *Et lib. II. Homil XXI. in Evangel.* (2) „ Conſiderandum nobis eſt, cur omnipotens Deus, „ eum, quem CUNCTÆ ECCLESIÆ PRÆFERRE „ DISPOSUERAT, Ancillæ vocem pertimeſcere, & ſeipſum negare permiſit. Quod „ nimirum magnæ actum eſſe pietatis diſpenſatione cognoſcimus, ut is, qui FU- „ TURUS ERAT PASTOR ECCLESIÆ in ſua culpa diſceret, qualiter aliis miſereri debuiſſet „ Audis, *diſpoſuiſſe* Chriſtum, ut Petrum cunctæ Eccleſiæ præferret? Quibuſnam vero, ex Gregorii ſententia, claves potiſſimum datas cenſes: eine, quem *cunctae Eccleſiae*, Chriſti *diſpoſitione*, Prælatum dicit; an *cunctis membris Eccleſiae*, quibus prae,

(1) Huc ſpectat illud Facundi Hermianenſis *lib. X. De trium Capitulor. Defenſione pag.* 83. *Tom. X. Bibliotb. PT. Edit. Lugd. an.* 1677. „ Aliquando Petrus Apoſtolorum primus, ſicut jam diximus, .... „ reprehenſus a Paulo minimo Apoſtolorum, non „ indigne tulit, nec pro ſui primatus gloria reſiſtentem ſibi deſpexit &c. „.

(2) Num. IV. *pag.* 1527. *Tom. I. Opp. Edit. an.* 1705.

*praelatum* a Chriſto affirmat fuiſſe Petrum? Ei certe, qui *praelatus* ſit, claves potiſſimum datas concedes, ſi ratione, non praejudicata opinione ducare. Rurſum Gregorius *lib. ejuſd. Homil. XXIV.* (1): „ Ipſi ſancta Eccleſia eſt commiſſa, ipſi „ SPECIALITER dicitur: *Simon Johannis*, „ *amas me? Paſce oves meas*„. *Et lib. VII. Epiſt. XI.* ad Eulogium: „ Suaviſſima „ mihi Sanctitas veſtra multa in Epiſtolis „ ſuis de Sancti Petri Apoſtolorum Prin- „ cipis Cathedra loquuta eſt .. Cuncta, „ quae dicta ſunt, in eo libenter accepi, „ quod ille mihi de Petri Cathedra lo- „ quutus eſt, qui Petri Cathedram tenet.. „ Quis enim neſciat, ſanctam Eccleſiam „ IN APOSTOLORUM PRINCIPIS SOLIDITATE FIR- „ MATAM, qui firmitatem mentis traxit in „ nomine, ut Petrus a Petra vocaretur? „ Cui veritatis voce dicitur: *tu es Petrus* „ &c. cui rurſus dicitur: *Et tu aliquan-* „ *do converſus, confirma fratres tuos*: ite- „ rumque: Simon *Johannis &c.. Paſce oves* „ *meas* (2)„. *Et lib. XIII. Epiſt. XXXVII.* (3) *ad Johannem Panormitanum*„. Illud admo- „ nemus, ut Apoſtolicae Sedis reverentia



„ nulli-

(1) Num. IV. *pag.* 1542.

(2) *Pag.* 887. *ſq. Tom. II. Opp. Edit. ejuſd.*

(3) Ibid. *pag.* 1243.

„ nullius præſumptione turbetur : tunc „ enim STATUS MEMBRORUM INTEGER MANET, „ SI CAPUT FIDEI NULLA PULSAT INJURIA : „ Præterea lib. XXVIII. *in Cap. XXXVIII. Job.* (1) : „ Quid per oſtia, *inquit*, niſi Prædicatores ſancti ; quid per vectem, „ niſi incarnatus Dominus deſignatur, qui „ hæc videlicet oſtia contra ſævientis maris impetum tanto valentiora oppoſuit, „ quanto ea ſua obſervatione roboravit ? „ Quia enim iſta ſanctæ Eccleſiæ oſtia vectis „ hujus oppoſitione ſclidata ſunt, potuerunt „ tundi fluctibus, ſed effringi nequiverunt. Non immerito oſtia vocantur, „ quia & ingreſſum fidelibus aperiunt, & „ rurſum ſeſe perfidis, ne ingrediantur, „ opponunt &c „. Petro igitur in primis, inde Apoſtolis ceteris, Miniſtriſque deinceps ſacrorum Apoſtolorum Succeſſoribus, *locumque* tenentibus *ligandi*, *ſolvendique* poteſtatem conceſſam Gregorius ſcribit; coſque propterea oſtia vocat, quia *ingreſſum aperiunt fidelibus* ; reſiſtuntque *perfidis*, atq. obſtant, *ne ingrediantur*. De *omnibus* porro *collectim Eccleſiæ membris* cum nihil tale idem Pontifex dixerit; quid eſt, quod perinde ac ſi dixerit, patronum ipſum tibi adſciſcere non vereare?

At

(1) Cap. XVIII. *n.* XXXVIII. *pag.* 911. *T. I.*

At *Gregorius lib. VI. Expoſitionis in cap.* xvi. *Libri I. Regum cap.* 3. *pag.* 387. *Tomi III. Edit. novæ* :„ Cornu , *inquit*, ſalutis quid eſt , „ niſi ſublimitas Eccleſiaſticæ poteſtatis ? „ Nam quod antiquis nuſquam dicitur , mo„ do univerſali Eccleſiæ dicitur , quodcum„ que ligaveris ſuper terram „ .

Sed hoc ſcito, 1°. opus illud *Expoſitionum in libros Regum* non eſſe Gregorii . 2°. Si eſſet , præſidio tibi nullo modo fore .

Non eſſe autem illud Gregorii cognoviſſes, ſi illud ipſum, eidemque præfixam a Maurinis Monachis Præfationem legere , quam Launoio , Hexaplorumque Conditori fidere maluiſſes. Nam legendo tu quidem comperiſſes, eodem Opere aliqua contineri, quæ componi cum doctrina Gregorii nequeant (1); atque una intellexiſſes S. Pontificem de Claudio Operis ipſius congeſtore conqueri , quod ita dicta extulerit ſua, *ut ea valde inutilius permutaverit* (2). Hæc ego in *Priori Tomi Quinti Antiquitatum Chriſtianarum Parte* animadverteram (3). Sed cum tu, neglectis no-



(1) Vide Praefat. eorumdem Monachorum *n.* x. *pag.* IV. quo loco Claudii afferuntur ſententiae , quæ Gregorii doctrinæ adverſantur .

(2) S. Gregor. *Lib. XII. Epiſt. XXIV. ad Joh. Subdiacon. Ravennæ . p.* 1195. *Tom.II.Opp. Edit.Pariſ. an.* 1705.

(3) *Lib.IV. pag.* 266.

bis, miſſiſque fontibus, dum rivulos conſectare, in quibus ita prorſus, ut fit abs te, indicantur illæ in Libros Regum *Expoſitiones* (1), tribuis Gregorio opus, quod idem pro ſuo habendum non putavit. Quemadmodum enim ſuum id feciſſet, in quo *ſenſum verborum ſuorum permutatum* cerneret? Atque is „. Quia, *inquit*, (2) cariſſimus quondam
„ filius meus Claudius aliqua me loquente
„ de Proverbiis, de Canticis Canticorum,
„ de Prophetis, de libris quoque Regum,
„ & de Heptateucho audiverat, quæ ego
„ ſcripto tradere præ infirmitate non po-
„ tui, IPSE EA SENSU SUO DICTAVIT, ne ob-
„ livione deperirent, ut apto tempore hæc
„ eadem mihi inferret, & emendatius di-
„ ctarentur. (quæ cum mihi legiſſet, inve-
„ ni DICTORUM MEORUM SENSUM VALDE INU-
„ TILIUS FUISSE PERMUTATUM,) unde neceſ-
„ ſe eſt, ut tua experientia, omni excuſa-
„ tione, atque mora ceſſante, ad ejus Mo-
„ naſterium accedat, convenire Fratres fa-
„ ciat

(1) Nam Febron. *Expoſitionis*, ut *Launoius* ſcribit; non *Expoſitionum*, ut in Editione Maurinorum nova legitur. Indicat quidem *paginam* Febronius, quam etſi non indicat Launoius; indicat tamen Conditor Hexaplorum, qui pari confidentia, ut ne hæſitet quidem, hos *libros Expoſit.* Gregorio tribuit.

(2) In eadem Epiſt. ad *Johan. Subdiaconum Ravennae*.

„ ciat, & ſub omni veritate quantaſcumque
„ de diverſis Scripturis chartulas detulit,
„ ad medium deducant, quas tu ſuſcipe, &
„ mihi celerrime tranſmitte „. Tranſmiſerit
ne chartulas Joannes Subdiaconus, ad quem
eſt illa a Gregorio ſcripta Epiſtola, nec
ne tranſmiſerit, neſcio: Hoc ſcio: *Commentarios eoſdem Expoſitionum in libros Regum* editos
fuiſſe in lucem, quamvis a Gregorio ipſo
emendati non fuiſſent. Non enim ille, ſi eos
recognoſſet, iiſdem quidquam contineri pasſus
eſſet, quod ſuis ſententiis adverſaretur.

Fac tamen Gregorio *libri* ejuſmodi *Expoſitionum* tribuendi omnino ſint; an quod in iis
eſt *de dicto univerſali Eccleſiæ, quodcumque ligaveris &c.* intelligi oportere de *omnibus collectim Eccleſiae membris* ſtatues? Hoc ſi ita
eſt, ſtatues item, non Patriarchis, atque Prophetis ſolum: ſed *collectim omnibus Eccleſiæ membris*, ante adventum Chriſti, fuiſſe corrigendi poteſtatem datam, propterea quod
Claudius in 1°. earumdem *Expoſitionum libro* (1) ſcripſerit: „ Sancta Eccleſia ante
„ Redemptoris adventum cornu habuit,
„ quia in Patriarchis, & Prophetis tam recte
„ vivendi ordinem, quam delinquentes
„ corrigendi poteſtatem divinitus accepit „.
At Iſta intelligendi hujus loci ratione, ec.
quid

(1) *Cap. III. pag.* 41.

quid fingi poteſt diſtortius? Quod ſi ideo cenſes, hujuſmodi poteſtatem Synagogæ dici datam, quod ad beneficium, atque utilitatem membrorum ejus omnium data Patriarchis, ac Prophetis eſſet, quodque ab iiſdem in ejus ſinu exerceretur; quæ cauſſa erit, cur non perinde cenſeas, quod poteſtatis datum Apoſtolis, eorumque Succeſſoribus eſt, id *Eccleſiae univerſali datum* dici, propterea quod in hujus etiam ſinu, ut Apoſtolis quidem olim, ita nunc Succeſſoribus eorum Sacerdotibus poteſtas ligandi, ſolvendique inſit, atque ab iis omnium commodo exerceri pergat? Jam vero is ipſe *Expoſitionum* Auctor Sacerdotibus, quos *Prædicatores*, appellat (1) id genus poteſtatis in Apoſtolis datum, in *Tertio libro* docet. Quod idem ſcribit in IV. (2): „ Ad culmen, *inquit*, „ ſanctæ Eccleſiæ rector ducitur, ut hoc of- „ ficium habeat, quo inter Deum, & ho- „ mines pacem ponat. Dum ad peccato- „ rum correptionem rector ponitur, illud „ de medio tollit, quod Dei nos inimicos „ fecit... Ille ſolum præeminet utiliter, „ qui per effectum magnæ caritatis Dei „ amicus eſt... Hinc ipſa veritas prius oſ- „ culatur, quos ordinat, deinde ad LIBE- „ RAN-

(1) *Cap.V. num.* 14. *pag.* 166.
(2) *Cap.V. n.*2. *pag.*229.

„ RANDOS ALIOS MITTIT . *Vos*, ait, *amici* „ *mei eſtis* : deinde addidit, dicens : *Poſui* „ *vos, ut eatis, & fructum afferatis, & fru-* „ *ctus veſter maneat* . Hinc iterum reſur- „ gens a mortuis dicit : *Quorum remiſeri-* „ *tis peccata &c*, ut velut oſculum pacis „ in eorum mente figeret, quos peccati „ odia ſolvere præcepiſſet . . . Quod pro- „ fecto facere ſolummodo illi Prædicatores „ poſſunt, qui ad culmen regiminis divi- „ na ordinatione perveniunt „. Et paullo poſt de Paſtoribus iiſdem ſacris pergens ſcribere : „ Juxta ſepulcrum Rachel, *in-* „ *quit*, ſtant viri, quia ſic ſupernæ con- „ templationi perfecti Doctores vacant, „ ut ſanctæ Eccleſiæ ſollicitudinem ge- „ rant „. Quidquam ne poteſt expeti clarius? Paſtoribus *ſolummodo* id eſſe conceſſum ſcribit, qui ſollicitudinem Eccleſiæ ſanctæ gerant. Non ergo *conceſſum omnibus collectim Eccleſiæ membris* ſtatuit, ſed iis quibus impoſitum eſt onus regiminis ad commodum, ſalutemque membrorum omnium chriſtianæ ſocietatis. Atque ut magis magiſque intelligas, quantam Paſtoribus ipſis poteſtatem ineſſe is Auctor arbitraretur, oculos, quæſo, in *Librum* ejus operis *Quartum* conjicito. In eo cernes ſcriptum hoc modo: „ (1) Hanc regiam dominationem „ vo-

(1) *Cap. IV. n. 15. pag. 198.*

„ volebat Dominus ſtatuere, cum dice-
„ bat: *quodcumque ligaveris ſuper terram*
„ &c. Hanc etiam poteſtatem exigebat a
„ ſubditis, qui dicebat: *ſi quis evangeli-*
„ *zaverit vobis aliud, quam ego evangeli-*
„ *zavi vobis, anathema ſit*. Hinc item Do-
„ minus diſcipulos mittens in prædicatio-
„ nem dicit: *qui vos audit, me audit*; *&*
„ *qui vos ſpernit, me ſpernit*. Hinc de ju-
„ daeae prædicatoribus eiſdem Diſcipulis
„ ſuis Dominus dicit: *quæcumque* dixerint
„ vobis facite. SERVI ERGO REGUM NOSTRO-
„ RUM SUMUS, QUANDO SIC PRÆLATORUM NO-
„ STRORUM IMPERIO SUBDIMUR, ut præter
„ eorum auctoritatem agere nulla præſuma-
„ mus„. Eine, qui ſacrorum Præſidibus tantum tribuit, ut regiam ipſis adſcribere non dubitet dominationem, conſtituatque iiſdem omnino eſſe parendum; eine, inquam, venire in mentem potuit, collectioni membrorum Eccleſiæ *omnium* datam eſſe clavium poteſtatem? Sed quid multis eſt opus? Ab Auctore illo *Expoſitionum* ipſe per te diſcas volo, quo tandem modo, etſi ſolis ſacrorum Præſidibus id poteſtatis genus tributum divinitus eſſe crediderit; nihilo ſecius dixerit, *univerſali Eccleſiæ* poteſtatem eamdem fuiſſe datam. Ei Scriptori, quemadmodum quæ in *libros Regum* ſunt, ita quæ ſunt *in Cantica Expoſitiones* acceptae referri de

debent. In *Expoſit.* autem noni verſiculi Capitis VIII. *Cantic.* ſic habetur: „ (1) „ Oſtium etiam BENE eſſe ECCLESIAM dici„ mus, quam ab ipſo Chriſto poteſtatem „ aperiendi, & claudendi accepiſſe ſci„ mus. Oſtium procul dubio IN SUIS PRÆ„ DICATORIBUS EXISTIT, QUIA PER EOS ADI„ TUS AD VITAM SE NOBIS APERIT: UNDE, „ ET IPSI PRIMO PASTORI ( Petro ) DICITUR: „ QUODCUMQUE LIGAVERIS SUPER TERRAM, „ ERIT LIGATUM, ET IN CÆLIS &c. Vel oſtium „ in ipſo Capite ſuo exiſtit, quia ipſe ve„ raciter de ſe dicit: *ego ſum oſtium* „. Annon vides, idcirco oſtium Eccleſiam, atque idcirco aperiendi, claudendique poteſtate inſtructam dici, quod ejus Paſtoribus, eorumque primo potiſſimum datum ſit, ut reſerent, claudantve; utque ligent, ac ſolvant, atque ita ſaluti proſpiciant omnium, ut aditum ipſis in cælum aperiant? Illuſtriora hæc ſunt, quam ut obſcurari, involvique circuitione, & anfractu poſſint. Quamobrem feciſſes, mihi crede, conſultius ( ſi tamen tuo iſto in genere fieri quidquam conſulte poteſt ) feciſſes, inquam, conſultius, ſi Auctore *Expoſitionum in Libros Regum* dimiſſo, in alterius cujuſquam te latebras abdidiſſes, cujus non tam explicata, tamque

(1) *Num. XIII. pag.* 459. *tom. eod.*

que perſpicua ; ſed ſinuoſa eſſet, atque obſcuritate involuta oratio. Quo magis eorum, quos ſequere, novorum hominum confidentiam, audaciamque miror, qui eo ipſo, quo tu abuteris, *Expoſitionum* Auctoris adducto loco, carpere recentiores Pontifices Maximos audent, quaſi hi a Gregorii doctrina deſciverint (1). Neque ferenda eſt Launoii, quem tanti pendis, licentia, qui cum forte illo eodem loco minus ſe proficere videret poſſe; ad S. Gregorii XXXII. *Epiſtolam lib. IV.* confugit; cumque hanc item ſibi adverſari cognoſſet, eo demum adductus eſt, ut ad Auguſtinum rurſum provocarit, cui Gregorium ſemper adhæſiſſe animadvertit; concluſitque, id quod Gre-

(1) Auctor *des Hexaples ſur la Conſtitution Unigenitus Tom.VI. pag.* 650. „ S. Gregoire le Grand, *inquit*, a établi cette même verité, que pluſieurs „ de ſes Succeſſeurs ont refuſé de reconnoître dans „ la ſuite „.

(2) Launoïus *Lib. II. Epiſt. V. ad Hadrianum Vallantium Tom.V. Opp. P.I. Edit.Colon.Allobrog. an.* 1731. *pag.* 225. *n.*35. „ Cum, *inquit*, Gregorius in „ *Lib.IV. Epiſt.XXXII.* ad Mauritium Imperatorem „ ſcribit, Petro Apoſtolorum Principi totius Eccleſiae curam eſſe commiſſam, *Joh. Cap. XXI. Lucae* „ *XXII. Matth. XVI.* tunc Petrum univerſalis Eccleſiae perſonam geſtaſſe, vel ei Eccleſiæ nomine datas eſſe regni Caeleſtis Claves, ligandi ſcilicet, ac „ ſol-

Gregorius idem de Petro, cui *totius Eccleſiæ* cura *commiſſa eſt*, ſcribit, non aliter intelligi oportere, quam de Principe ipſo Apoſtolorum *geſtante perſonam univerſalis Eccleſiæ*. Verum Gregorii locus tam patens eſt, ut in eum ſenſum, contorqueri, quem Launoius vellet, niſi fide haud ſatis bona, non poſſit. Sic enim habet Gregorius (1): „ Cunctis EVANGELIUM „ ſcientibus LIQUET, quod voce Dominica Sancto & omnium Apoſtolorum Petro Principi Apoſtolo, TOTIUS ECCLESIÆ „ CURA COMMISSA EST. Ipſi quippe dicitur, *Petre amas me? Paſce oves meas*. „ Ipſi dicitur = *Ecce ſatanas expetiit cribrare vos ſicut triticum; & ego pro te rogavi Petre, ut non deficiat fides tua, & tu aliquando converſus confirma fratres tuos*. Ipſi dicitur: *Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam* „ &c. Ecce CLAVES REGNI CÆLESTIS ACCEPIT, POTESTAS EI LIGANDI, atque SOLVENDI TRIBUITUR, CURA EI TOTIUS ECCLESIÆ, & PRINCIPATUS COMMITTITUR „. Quotus

„ ſolvendi poteſtatem intelligit. Sic enim S. Auguſtinus loquitur, quem Gregorius imitari, & ſubſequi conſuevit „.

(1) *Lib. V. Ep. XX. al. Lib. IV. Epiſt. XXXII. Tom. II. Opp. Edit. Pariſ. an. 1705. pag.* 748.

tus autem quiſque tam imperitus grammaticus eſt, qui τὸ *curam* Eccleſiæ *committi*, non eſſe aliud putet, quam *perſonam* Eccleſiæ *exhibere*, vel *gerere*? Aut qui τὸ *accipere* quemquam *poteſtatem clavium*, idem arbitretur eſſe, atque *accipere poteſtatem* non ipſum, ſed alium quempiam? Aut qui τὸ *principatum* alicui *committi*, eodem recidere cenſeat, ac non *principatum* ei *committi*; ſed dari tantum, ut *figuram* gerat illius, cujus ipſi dicitur *commiſſus principatus*? Sed novarum rerum ſtudioſos nil pudet; modo ne quid amplioris auctoritatis conceſſiſſe Romano Pontifici videantur. Quid igitur, inquies? Petrum ne *geſſiſſe* Eccleſiæ *figuram*, Gregoriumque Auguſtino fuiſſe aſſenſum, neges? Ego vero *deſignatam* a *Petro*, ut Gregorius alicubi ſcribit; ſeu ut Auguſtinus, *figuratam Eccleſiam*, fateor; verum τὸ *commiſſam Eccleſiae curam Petro*, idem eſſe, ac non ſuſceptam Eccleſiæ curam, commiſſione Chriſti, a Petro; ſed *deſignatam* ſolum, ſeu ut vulgo dicimus, *repraeſentatam Eccleſiam*; id vero vehementer nego. Nam ſi verbis *commiſſæ totius Eccleſiae curae* ſignificaretur ſola totius *Eccleſiae figura*, ſeu *deſignatio*; perinde eſſet, *Petro Eccleſiae curam commiſſam* dicere, ac dicere, in *figura*, ac *deſignatione* Petro; re autem vera *toti Eccleſiae* eſſe totius *Eccleſiae* com-

*commiſſam curam*, neve Petrum Apoſtolorum, atque Eccleſiae; ſed Eccleſiam totam totius Eccleſiae, hoc eſt ſui Principem, & Caput eſſe; quæ quidem non modo Gregorii doctrinis contraria (1) ſunt; ſed aliena etiam a communi ſenſu. De ſectatore Auguſtini Gregorio, quod ſcribis, facile equidem patior. Verum meminiſti, opinor, demonſtraſſe me, quam ſit a veſtra diſſidens Auguſtini ſententia. Fac autem, quædam ſint minus clara in aliquot Auguſtini locis, ut eſſe revera nonnulli arbitrantur: Quid? Perſpicua ne Gregorii teſtimonia obſcuris Auguſtini explicari oportere putas; non vero obſcura Auguſtini tam apertis, ut vidimus, tamque luculentis Gregorii? Quaenam id, obſecro, artis dialecticæ praecepta ferent? Verum de Gregorio hactenus.

De auctoritate Apoſtolicae Sedis, ſeu Romanae Eccleſiae Epiſcoporum, Succeſſorum Beati Petri, confer quæ Synodus Bracharenſis I. an. 561. habita ſcribi juſſit (2).

Epiſcopi Numidiae, Byzacenae, & Mauritaniae, in Epiſtola ad Theodorum Papam: „ Magnum, *inquiunt*, & indeficientem o-

A a „ mni

(1) Vide, quæ ſupra deſcripſimus Gregorii teſtimonia.

(2) *Tom. III. Concilior. pag.* 347. *ſq.* & 350. *Edit. Pariſ. an.* 1714.

„ mnibus Chriſtianis fluenta redundantem „ apud Apoſtolicam Sedem conſiſtere fon„ tem, nullus ambigere poteſt, de quo ri„ vuli prodeunt affluenter univerſum lar„ giſſime irrigantes orbem Chriſtianum.. „ Antiquis regulis ſancitum eſt, ut quid„ quid, quamvis in remotis, vel in lon„ ginquo poſitis ageretur provinciis, non „ prius tractandum, vel accipiendum ſit, „ niſi ad notitiam Apoſtolicæ Sedis Veſtræ „ fuiſſet deductum, ut HUJUS AUCTORITA„ TE, JUSTA quæ fuiſſet PRONUNCIATIO, FIR„ MARETUR, indeque ſumerent CETERÆ EC„ CLESIÆ VELUT DE NATURALI SUO FONTE præ„ dicationis exordium, & per diverſas to„ tius mundi regiones pietatis incorruptæ „ manent fidei Sacramenta ſalutis. Quo„ circa humillimum Veſtro Apoſtolico cul„ mini perſolventes obſequium, cum la„ crimis ſuggerimus, quod ſine cordis ge„ mitu retinere non valemus(1)„. Nec alio ſpectant, quæ Stephanus Dorenſis Epiſcopus (a S. Sophronio Hieroſolymitano Romam, pernoſcendæ traditionis Apoſtolicae cauſſa, miſſus) in eodem Lateranenſi Concilio confeſſus eſt. Nam, Petri ergo, in Apoſtolica Romana Sede τῶν εὐσεβῶν δογμάτων εἶναι

(1) *Extat in Concil. Later. ſub Mart. I. Act. II. pag.* 734. *Tom. III.* Concilior. *Edit. Pariſ. an.* 1714.

*εἶναι τὰς κρηπῖδας piorum dogmatum eſſe fundamenta*, dixit (1). Sed de Sedis Apoſtolicæ, hoc eſt de Romani Pontificis auctoritate alias.

Concilium Toletanum IV. an. 633. habitum (cui quidem S. Iſidorus Hiſpalenſis non interfuit modo, ſed etiam præfuit) quæ ſit Sacerdotum in Eccleſia poteſtas oſtendens: Nos ipſi *Sacerdotes*, inquit, *omnem Eccleſiam Chriſti, ac populum admonemus* (2). Quid? ſi *Sacerdotes a Chriſto ad miniſterium ſalutis electos*, teſtetur (3); divinituſque conſtitutos, ut curam populorum gerant, eoſque *protegant*, & *tueantur*; ac ſi a quibus poteſtatibus ipſos opprimi cernant, eas Sacerdotali admonitione redarguant (4), ac pervicaces prohibeant communione ſacrorum (5)? Quanti porro Pontificis Maximi dignitati, auctoritatique tribuerit, ex Cap. VI. perſpicitur, quo quidem Capite declarat: in re implicata, de qua variæ ſint, diffidenteſque ſententiae, ſtandum præceptis Apoſtolicæ Sedis eſſe. Sic autem habet: „ Quid a nobis in hac Sacramenti



„ di-

(1) *Ibid. pag.* 714.
(2) *Cap. LXXV. p.* 594. *Tom. eod.*
(3) *Ibid. cap.* XXI. *pag.* 587.
(4) *Cap. XXXX. p.* 587.
(5) *Cap. LV. pag.* 590.

„ diverſitate finiendum ſit , Apoſtolicae „ Sedis informemur praeceptis , non no- „ ſtram , ſed paternam inſtitutionem ſe- „ quentes (1) „. Qua de re conſuli etiam volo Synodi Toletanæ Sextae decreta (2), Epiſtolaſque Martini Papæ I. ad Johannem Epiſcopum Philadelphiae [3], & ad Antiochenam, ac Hieroſolymitanam Eccleſias (4). Con-

(1) *Ibid. pag.* 581.

(2) *Cap.VIII. p.604. & IX. ſqq. p.605.*

(3) *Ibid. pag. 639.* quo loco Johanni eidem , ut vicem ſuam in Orientis regionibus impleat hortatur ἐν πᾶσι τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς κεφαλαίοις *in omnibus Eccleſiaſticis capitibus* : „ ad omne vitium expugnan- „ dum .. ut ſic , quæ deſunt , corrigat , & conſtituat „ per omnem civitatem earum , quæ Sedi tum Hie- „ roſolymitanæ , tum Antiochenae ſubſunt , Epiſco- „ pos , & Presbyteros , & Diaconos „ : additque : „ Hoc tibi omni modo facere NOBIS προστασσόντων „ ἡμῶν ἐξ ἀποστολικῆς αὐθεντίας τῆς κεχαρισμένης ἡμῖν „ παρὰ κυρίου διὰ τοῦ πέτρου τοῦ παναγίου καὶ κορυ- „ φαίου τῶν αποστόλων : PRÆCIPIENTIBUS NOBIS EX „ APOSTOLICA AUCTORITATE , QUÆ DONATA EST NO- „ BIS A DOMINO PER PETRUM SANCTISSIMUM , ET „ PRINCIPEM APOSTOLORUM &c „.

(4) *Epiſt.XI. pag. 659.* Poſt ubi ſucceſſionis legitimæ meminit Pontifex , tum : „ Catholicam , *inquit* , & Apoſtolicam Eccleſiam aedificare , prope- „ rantes in Spiritu Sancto , ad majorem ejus ſtabilita- „ tem , convenienter ſtuduimus in præſenti προστάξαι „ κατὰ τὴν ἐν χάριτι παρὰ τοῦ κυρίου δοθεῖσαν ἡμῖν ἐξου-

„ σίαν

Conferri praeterea cuperem Acta Synodorum Cabilonenſis an. 650. (1), ac Toletanae VIII. an. 653. (2), cujus eſt præclara ſententia de Epiſcoporum ligandi, ſolvendique divinitus accepta poteſtate. An. 664. *Conlatio Farenſis* in Britannia habita de Paſchate eſt, praeſente Rege. In ea Colmanus Scotus Epiſcopus cum Wilfrido Presbytero diſputans victus eſt auctoritate Apoſtolicæ Sedis eo uno nomine, quo negari ab



---

„ *σίαν διὰ πέτρου τοῦ παναγίου, καὶ κορυφαίου τῶν*
„ *ἀποστόλων* PRÆCIPERE, SECUNDUM EAM, QUÆ IN
„ GRATIA A DOMINO DATA EST NOBIS, POTESTATEM
„ PER PETRUM SANCTISSIMUM, & CORYPHAEUM APO-
„ STOLORUM, Johanni dilecto Fratri noſtro Epiſcopo
„ Philadelphenſium Civitatis, ut locum noſtrum in
„ omnibus Eccleſiaſticis articulis in partibus orientis
„ ſuppleat, *καὶ χειροτονήσῃ κατὰ πασαν πόλιν*, ET OR-
„ DINET PER OMNEM CIVITATEM earum, quæ An-
„ tiochenæ Sedi, quæque Hieroſolymitanæ ſacerdo-
„ taliter ſubſunt, EPISCOPOS, & Presbyteros, & Dia-
„ conos &c. „

(1) *Cap. VIII. Tom. eod. pag. 949. & Cap. XIV. pag. 950.*

(2) *Cap. VII. ibid. pag. 963.* „ Haec a nullo altero conferri, quam a ſolis Pontificibus novit, a quibus nec ligata ſolvi, nec ſoluta poſſunt ab aliquo religari: ſic enim ad Petrum veritas ait: *Quodcumque ligaveris &c* „. Conſule præterea Synodi X. Toletanæ *Decretum pro Potamio*, ex quo Decreto intelligitur, non omnibus collectim Eccleſiæ membris datum eſſe, ut Epiſcopos deligant: *ibid. p. 983. ſq.*

ſe non poſſe confeſſus ſit, Petro Apoſtolo a Chriſto Servatore fuiſſe attributas claves (1). Equidem ſi cui ante id tempus tuae ſententiae veniſſet in mentem; mirarer, negligi eam a Colmano potuiſſe, qua ſi eſſet uſus, vim argumenti, etſi non fregiſſet, at retundi tamen ab ſe, eludique poſſe duxiſſet. Jam de paſcendarum ovium poteſtate praecipua ratione a Chriſto conceſſa Petro, praeclarum extat teſtimonium Agathonis Papae in iis Litteris, quas ad Conſtantinum Pogonatum dedit; quæque lectae fuerunt, Patrum nemine repugnante, in

(1) *Tom. eod. Concilior. pag. 996.* „ Si ſanctus „ erit (*inquit Wilfridus Presbyter Colmano Quartadecimano*) Columbau veſter; immo & noſter, ſi „ Chriſti erat, num præferri potuit Beatiſſimo Apoſtolorum Principi, cui Dominus ait, *tu es Petrus* „ *&c.* „ Hæc perorante Wilfrido, dixit Rex: vere ne Colmane, hæc illi Petro dicta ſunt a Domino? Qui „ ait: vere Rex. At ille: habetis, *inquit*, vos proferre aliquid tantæ poteſtatis Veſtro Columban datum? At ille ait: nihil. Rurſum autem Rex: Si „ utrique veſtrum, *inquit*, in hoc ſine ulla controverſia conſentiunt, quod ei PRINCIPALITER PETRO „ DICTA, ET EI CLAVES REGNI CAELORUM SUNT DATÆ A DOMINO? Reſponderunt: Etiam utrique &c. „ & paullo ante Wilfridus Colmano dixerat. „ Tu & ſocii tui, ſi audita Decreta Sedis Apoſtolicae, immo „ univerſalis Eccleſiæ.. ſequi contemnitis, abſque „ ulla dubietate peccatis „.

in Sexto Concilio (1). Quin etiam ejuſdem Concilii Patres [ne quid de Agathone Pontifice querare] Concilii, *inquam*, Sexti Patres in Synodicis ſuis ad Pontificem illum litteris: „ Tibi, *inquiunt*, ὡς „ πρωτοθρόνῳ οἰκουμενικῆς ἐκκλησίας, *ut primæ Sedis* „ *Oecumenicae Ecclesiæ Antiſtiti*, quid agen„ dum ſit, relinquimus, ἐπὶ τὴν στερέαν πέτραν „ ἑστῶτι τῆς πίστεως *ſtanti ſupra firmam fidei pe*„ *tram* libenter acquieſcentes, verae con„ feſſionis litteris a Veſtra paterna Beati„ tudine ad pientiſſimum Imperatorem miſ„ ſis, quas καὶ ὡς ἀπὸ τῆς κορυφαίας τῶν ἀποστό„ λων ἀκρότητος, *ut a ſummo Apoſtolorum ver*„ *tice* divine perſcriptas agnoſcimus [2] „: Mitto de Gregorio II. [3], de Zacharia [4],



(1) *Syn.VI. Act. IV. pag.* 1074.*ſqq. Tom.eod.*

(2) *Act.XVIII. pag.*1438.

(3) Epiſt. ad Bonifacium *Tom. eod. pag.* 1857. *ſq. & Epiſt.II. ad Leonem* Iſauricum *Tom.IV.Concilior. pag.*17.*ſq.Edit.Pariſ.an.*1714. „ Nos, *inquit*, culpam „ peccati recipimus, λαβόντες παρὰ κυρίου τὴν ἐξουσίαν, „ καὶ αὐθεντίαν λύειν, καὶ δεσμεῖν τὰ ἐπίγεια, καὶ „ ἐπουράνια, *qui receperimus a Domino poteſtatem, &* „ *auctoritatem ligandi, atque ſolvendi terrena, & ſu*„ *percæleſtia* „. Confer etiam quæ de diſtinctione poteſtatis Pontificum, & Regum ſcribit *ibid. p.*15.

(4) Confer hujus Epiſtolam II. ad Burchardum Wircemburgenſem *Tom.III. Concilior. Edit.ejuſd. pag.* 1884.

de Paulo I. [1], de Hadriano I. [2] Pontificibus, de Conſtantino Caeſare [3], de Tharaſio Patriarcha [4] Conſtantinopolitano, deque multis aliis ſeculi VIII. Scriptoribus dicere. Ad Bedam enim venire malo, cujus te teſtimoniis abuti video. Atque tu quidem ſi, cum de hoc Scriptore diſſereres, legiſſes noſtra, non in unius te, credo, Launoii permiſiſſes (5) fidem. Sic autem ſcito

---

(1) *In Conſtituto de Monaſteriis &c.* cui XIX. Epiſcopi ſubſcripſere *ibid. p.*2002. *ſq.*

(2) Epiſt.I. ad Carolum Magnum *ibid. p.*2018. *& Epiſt.II. p.*2023., *& Epiſt. ad Conſtantinum, & Irenen*, quæ *Act.II. Synodi Nicaenæ Secundæ* continetur. *Tom.IV. Concilior. Edit. ejuſd. pag.*82.

(3) Conſtantinus, & Irene *in Divali Sacra ad Hadrianum*, *Act. Concil. Nicaen. II. ibid. pag.* 22.

(4) Action.VIII. Synodi II. Nicaenæ pag. 510. & 514.

(5) Sic habet Febronius *Tom.I. cap.*1. *§.VI.n.*2. *pag.*26. „ Ven. Beda in cap.XIX. Matthæi *claves regni caelorum Petrus tamquam perſonam gerens ipſius* „ *unitatis accepit*. Et in cap. XXI. *Eccleſia ergo in Petro claves regni caelorum accepit*. Denique in „ Homilia de S. Petro: *Omni igitur electorum* ECCLESIÆ, *juxta modum culparum, vel poenitentiæ, ligandi, atque ſolvendi datur* AUCTORITAS „. Provocat inde Febronius ad Launojum, a quo afferri ait plurima PP. loca &c. quæ tamen a nobis accurate explicata ſunt, nulla ut ſit de Patribus ipſis dubitandi cauſſa. Mutuatus autem hæc eadem Bedæ loca Febronius ab Lau-

ſcito de illo ſcripſiſſe me in *IV. Antiquitatum Chriſtianarum Libro* [1]. „ Ecquis eſt „ Bedæ locus de *Petro figura Eccleſiae*, non „ ex Auguſtino (2)? Quum autem multa „ de Auguſtini ſententia ſupra diſputata „ ſint; non eſt cur eſſe copioſe de Beda „ diſputandum videatur. Quamobrem ut „ Adverſariis ſatisfaciam, explicabo hujus „ etiam Scriptoris dicta, ſed breviter. Igitur quibus in locis Beda, áut *accepiſſe Eccleſiam regni caelorum claves in Petro* (3): „ aut *officium ligandi ſolvendique Epiſcopis*, „ *Presbyteris*, & *omni Eccleſiae commiſſum* (4): „ aut

---

Launoio eſt, ſed ita tamen ut cum *Capp. XIX. & XXI.* Evang. *Johannis* Launoius indicet; pro *Johannis*, Febronius *Matthæi* ſcripſerit. At *Johannis* ſcribendum erat, ut ex *Tom. V. Opp. Bedae Edit. Colon. an.* 1612. liquet. Qua ex re intelligitur, quam diligens inveſtigator locorum Patrum, ceterorumque Scriptorum Febronius ſit habendus.

(1) *Tom. V. P. I. pag.* 271. *ſqq.*

(2) Vide Epiſtolam Gaufridi Bouſſardi Coenomani, quæ extat *T. VI. Opp. Bedae Edit. Baſil an.* 1563. *pag.* 1177. ubi hæc habentur: *Auguſtinus egit*, *Beda compegit*: *Auguſtinus texuit*, *Beda contexuit*.

(3) Beda in Cap. XXI. *Johan. p.* 622. *T. V. Opp. Edit. Colon. an.* 1612.

(4) Beda *in Cap. XVI. Evang. Matth. pag.* 52. *Tom. eod.* „ Hæc poteſtas ſine dubio cunctis datur Apo„ ſtolis, quibus ab eo poſt reſurrectionem dicitur gene„ raliter *accipite Spiritum Sanctum &c.* nec non Epi„ ſcopis,

„ aut *hoc fuiſſe ceteros Apoſtolos , quod erat*
„ *Petrus* , adeoque *paſci ab eorum Succeſſo-*
„ *ribus gregem* (1) : aut *denique omni electo-*
„ *rum Eccleſiae dimittendorum , retinendorum-*
„ *que ſcelerum auctoritatem tributam* (2) ,
„ ſcripſit ; non ita profecto ſcripſit , quaſi
„ in univerſa Chriſtianorum Republica ,
„ quam quique orthodoxi conſtituunt, cla-
„ vium poteſtatem ineſſe putaret ; ſed ita ,
„ ut eam ( cum in Petro maxime,tum in ce-
„ teris Apoſtolis fuerit , indeque in Suc-
„ ceſſores potiſſimum Petri Romanos Pon-
„ tifices ; atque , etſi non tam late patens ,
„ in reliquos tamen Praeſides Sacrorum ,
„ qui partes ſunt potiores Eccleſiae , ſum-
„ ma Eccleſiae ejuſdem utilitate , traducta
„ ſit )

---

„ ſcopis , & Presbyteris , & omni Eccleſiae idem
„ officium committitur &c. „ .

(1) Idem *Serm. in Vigil. Petri , & Pauli Apoſtolor. T. VII. Opp. pag.* 100. *Edit. ejuſd.* „ *Paſce oves meas* , omnibus dictum eſt . Hoc namque erant ceteri Apoſtoli , quod fuit Petrus , ſed Primatus Petro datur , ut unitas Eccleſiae commendetur . Paſtores ſunt omnes , ſed grex unus oſtenditur , qui & ab Apoſtolis omnibus, qui tunc unanimi conſenſione paſcebatur ; & deinceps a Succeſſoribus eorum communi cura paſcitur „ .

(2) *Homil. in die ſancto BB. Petri , & Pauli Apoſtolor. pag.* 112. „ Omni electorum Eccleſiae,juxta modum culparum , & poenitentiae , ligandi , & ſolvendi datur auctoritas „ .

„ ſit ) acceptam ab Eccleſia commode dici „ poſſe arbitraretur . Quare ut quae ſua „ eſſet de hac tanta , quam Eccleſia obti„ net , poteſtate , ſententia intelligere„ tur ; non Eccleſiam in ſe , ſed Eccleſiam „ in Epiſcopis , Presbyteriſque clavium au„ ctoritatem accepiſſe dixit (1) ; propterea „ quod auctoritas Praeſidibus Sacrorum „ tributa in Eccleſiae ſcilicet utilitatem , „ ſalutemque tota redundet . Quamquam „ non ita fuit animo inſtitutus , ut aeque „ omnibus Praeſulibus fuiſſe datam defen„ deret . Prae ceteris namque Sancto Pe„ tro (2) , ejuſque Succeſſoribus Romanis „ Pon-

(1) *Ibid.* „ Quæ ſolvendi, atque ligandi poteſtas „ quamvis ſoli Petro videatur a Domino data; abſque „ ulla tamen dubietate noſcendum eſt , quia & cete„ ris Apoſtolis datur , ipſo teſte , qui poſt paſſionis , „ reſurrectioniſque ſuae triumphum apparens eis in„ ſufflavit , & dixit eis : *Accipite Spiritum Sanctum* „ *&c.* nec non etiam nunc IN EPISCOPIS , ac PRESBY„ TERIS OMNI ECCLESIAE officium idem committitur , „ ut videlicet agnitis peccantium cauſſis , quoſcumque „ humiles , ac vere poenitentes aſpexerit , hos jam „ a timore perpetuæ mortis miſerans abſolvat ; quos „ vero in peccatis , quæ egerint , perſiſtere cognove„ rit ; illos perennibus ſuppliciis obligandos inſinuet „.

(2) *Ibid.* „ Merito PRÆ CETERIS ipſe collatis „ clavibus regni caeleſtis , donatus eſt &c. „ Et paullo poſt : „ Sed ideo B. Petrus SPECIALITER claves re„ gni caelorum , & PRINCIPATUM JUDICIARIÆ POTE„ STA-

„ Pontificibus (1) id eſſe juris tributum „ animadvertit. Quibus ex rebus perſpici „ facile poterit, Adverſarios fide agere non „ bona, qui cum Patrum opera plena eſ- „ ſe eorum, quae ad auctoritatem clavium „ Summo in primis Pontifici, deinde ce- „ teris Præſidibus Sacrorum tributam per- „ tinent, videant; tum ut (ſe) ab erro- „ ris invidia liberent, implicata quaedam „ conſectentur, quae tamen a Majoribus „ ipſis iiſdem in locis, quibus ipſi Adver- „ ſarii abuti conſueverunt, explicata ſint „. Haec ego in *V. Antiquitatum Chriſtianarum Volumine* ſcripſeram, quae ſatis oſtendunt, quam longe a tua fuerit ſententia Bedae diſcrepans. Ac fidem equidem rurſum tuam, diligentiamque deſidero. Nam cum ex Bedae *Homilia de Sancto Petro* hæc attuleris: *Omni igitur electorum Eccleſiae, juxta modum* cul-

„ STATIS ACCEPIT, ut omnes per orbem credentes „ intelligant, quia quicumque ab unitate fidei, vel „ ſocietatis illius quolibet modo ſemetipſos ſegregant, „ tales nec vinculis peccatorum abſolvi, nec januam „ poſſint regni caeleſtis ingredi „. Hinc ratio Launoii, „ & Conditoris *Hexaplorum* perſpicitur, qui cum ob- „ ſcuriora Bedae verba diligenter deſcripſerint; tum „ hæc, quæ ſunt de Petro (dolo ne, an inconſideran- „ tia, ipſi viderint) prætermiſerunt „.

(1) Confer Bedae *I. Librum Hiſtoriæ Gentis Anglorum. Cap.* XXVII. *pag.* 18. *ſqq. T. III. Opp. Edit. ejuſd.*

*culparum*, vel *poenitentiae*, *ligandi*, *atque ſolvendi datur auctoritas*; tum ea ſupprimenda putaſti, quæ idem adjungit de datis *Eccleſiae clavibus*, ſed IN EPISCOPIS, ac PRESBYTERIS; ac rurſum de clavibus iiſdem datis SPECIALITER; & de JUDICIARIA POTESTATE tradita PRINCIPALITER PETRO, qua quidem ſententia funditus quidquid eſt doctrinæ hac de re tuæ convellitur. Illud autem cogites vehementer velim: Bedam, ſi electis omnibus *ἰδίως proprie* poteſtatem ineſſe ligandi, ſolvendique, hoc eſt retinendi, remittendique peccata cenſuiſſet; praecurſorem fuiſſe futurum Calvinianorum. Simul & illud quæſo, conſideres: ſi electis ea fuiſſet a Chriſto poteſtas data; multos Sacerdotes futuros in Eccleſia fuiſſe, qui ea carerent; cum multos eſſe, ac fuiſſe *non electos*, Scriptura, atque Traditio doceat. Qua ex re fieret, ut Beda, ſi modo electis tantum claves datas exiſtimaſſet, in errorem inciderit Wicleſianorum (1). Poſtremo fac, illud quoque tibi veniat in mentem: Bedam, ſi *electis* clavium poteſtatem conceſſam fuiſſe putaſſet, eo denique ſe fuiſſe præcipitem acturum, ut, cum ignoremus, qui-

(1) Confer *Propoſit. IV. & VIII. Wicleſi* damnatas a Concilio Conſtantienſi *Seſſ. VIII. pag. 299. Tom. VIII. Concilior. Edit. Pariſ. an.* 1714.

quinam ſint electi, ignorari cenſeret, quinam in Eccleſia ſolvendi, ligandique vi polleant. Eum vero tam fuiſſe aut improbum, aut imperitum dogmatum catholicorum, ut hæc tam abſurda, tamque ab orthodoxa fide aliena defenderet, quis credat? Quid reſtat igitur, niſi ut (cum Auguſtinum ille ſequutus auctorem fuerit) ita prorſus ſit ejus intelligenda, ut intelligi debet Auguſtini ſententia? De qua cum copioſe ſupra demonſtratum ſit (1), nihil eſt neceſſe, cur eſſe rurſus quidquam dicendum putem:

De Bonifacio Moguntino quid ſit ſtatuendum paucis accipe. Is in *Indiculo Sacramenti, quod edidit, cum Epiſcopus ordinaretur* (2), B. Petro a Domino poteſtatem ligandi, ſolvendique datam agnoſcit. „ Fidem, *inquit*, & puritatem meam, atque „ concurſum Tibi (*B. Petro*) & utilitatibus „ Eccleſiæ tuæ, cui a Domino Deo poteſtas „ ligandi ſolvendique data eſt, & prædicto Vicario tuo (Gregorio) atque Succeſſoribus ejus per omnia exhibere „. Mirum, quam hæc diſtorquere Launoius conetur! Nam ſtatuit τὸ *cui* de Eccleſia non de Petro intelligi oportere. Poſt enim ubi eum-

(1) *Pag.* hujus Vol. 304. *ſqq.*
(2) *Tom.III. Concilior. Edit.ejuſd. p.*1858.

eumdem Bonifacii deſcripſit locum : *ſic*, inquit, *Eccleſiæ datur ligandi, ac ſolvendi poteſtas* (1). Ego vero etſi Eccleſiæ datas claves non modo non negem; ſed plane etiam concedam, eo ſcilicet ſenſu, quo datas ſibi ipſa docet Eccleſia, nempe, ut poteſtas ſacerdotum exercenda ſit ad membrorum omnium Eccleſiæ utilitatem: etſi, inquam, id concedam lubens; tamen, *τὸ cui* a *Domino data ſunt claves*, quod Bonifacius ſcribit, in Eccleſiam, non in PETRUM cadere, vehementer nego. Nam cum Bonifacius Eccleſiæ Romanæ utilitatum obiter meminerit, ex inſtituto vero de Petro (2) agat, cui promittit, & ad quem ſuam dirigit orationem; Petrum certe claves obtinuiſſe judicarit, neceſſe eſt. Atque *auctoritatem* ille Sancti Petri nominat (3). Aucto-

(1) Epiſt. V. *ad Hadr. Vallantium. Lib. II.num.* XXIII. *pag.*226. *Tom.V.Opp. T.I.Edit.Colon.Allobrog. an.* 1731.

(2) Petro Apoſtolo *ibid.* Bonifacius promittit, & Succeſſori Gregorio II. ſe in unitate futurum. Si autem non Petri cauſſa fuiſſet auctoritas in Eccleſia Romana, ſed contra; promiſiſſet ille Eccleſiae, non Petro, neque Succeſſoribus; quibus ſi quid ineſſet poteſtatis, ineſſet commiſſione Eccleſiæ.

(3) Epiſt. ad Zachar. Pont. *ibid. pag.*1877.*ſqq.* „ Sicut, *inquit*, Prædeceſſorum Veſtrorum pro AU„ CTORITATE S. PETRI ſervi devoti, & ſubditi diſci„ puli

Auctoritatem autem ejus Apoſtoli, undenam, quæſo, potuit Bonifacius repetere, quam ex clavium ipſi Petro a Chriſto data poteſtate? Quid? Si Eccleſiæ Romanæ vocabulo Pontifices, Bonifacius idem intelligat? Nam ab Eccleſia Romana (1) ſe miſſum, Evangelii promulgandi gratia dicit; cum tamen ab uno miſſus fuiſſet Gregorio II. Eccleſiæ ejuſdem capite.

Huic Bonifacii, quod Launoius pervertit, ρητῷ ſimile illud eſt, quod an. 791. Synodus Forojulienſis de Petro eodem Apoſtolorum Principe docuit: „ Sancta Eccleſia inviolabiliter fundata ſuper eam conſiſtit Petram, quam BEATUS PETRUS non carne, & ſanguine; ſed Patre, qui in cælis eſt revelante ſibi, confeſſus eſt; & illius fide regitur, & gubernatur omnis Eccleſia, CUIQUE SPECIALITER DICTUM EST: *Tu es Petrus &c.* ubi eſt, inquam, illa regula veritatis, quam GENERALITER ſuis poſt reſurrectionem Dominus Apoſtolis commendavit, quorumque PRINCIPATUM IDEM Beatus gerebat Petrus Apoſto- „ lus

---

„ puli fuimus, ſic & Veſtræ Pietati „. En quæ ratio fuerit, cur Eccleſiæ Romanæ, futurum ſe in unitate, pollicitus Bonifacius fuerit.

(1) Epiſt. VIII. ad Ecbert. *T. XIII. Biblioth. PP. pag. 73. Edit. Lugdun. an. 1677.*

„ lus (1) „. An *τὸ cuique* ad *Eccleſiam* referri Launoius dicet? Faciat periculum. Concilium, *Eccleſiam* fundatam in *petra*, docet, quam *Petrus* confeſſus eſt. Eccleſiam porro *regi fide illius*. Cujuſnam *illius*, obſecro? *Petri* ne, an *Fidei*, quam confeſſus eſt Petrus? *Si fidei*, Concilium dixiſſet; ergo *fide fidei* Eccleſiam regi affirmaſſet, quod dictu nugatorium eſt. *Fide* igitur *Petri*, Synodus intellexerit, neceſſe eſt. Quare pergit: *cuique ſpecialiter, quaſi primo Paſtori dictum eſt: Tu es Petrus*. Itaque id in Petrum *ſpeciali* ratione cadit; *generaliter* autem deinceps (ut eadem adjungit Synodus) *Apoſtolis* illud dictum eſt: *Euntes docete* &c. Quare eſt eadem, atque ſuperiorum Patrum, Conciliorumque, Synodi etiam Forojulienſis de clavibus Apoſtolis, non vero omnibus Eccleſiæ membris collectim, datis ſententia. Accedit auctoritas Germani Patriarchæ Conſtantinopolitani (2); Collectoris Monumentorum, quæ libro Diurno Romanorum Pon-

B b tifi-

(1) *Tom. IV., Concilior. pag.* 851. *Edit. Pariſ. an.* 1714.

(2) Is in Theoria Myſtagogica *Tom. II. Biblioth. veter. PP. Edit. Pariſ. an.* 1624. *pag.* 135. hæc habet: οἱ δόδεκα λίθοι ἀπόστολοι. ἡ πέτρα ὁ ἀπόστολος ἀρχιεράρχης τοῦ χριστοῦ &c. „ Duodecim lapides Apo„ ſtoli; Petra eſt Apoſtolus princeps Sacerdotum Chri„ ſti „. Haec ille de Petro.

tificum continentur (1), Johannis Damaſceni (2), Synodi Francfordienſis habitæ an. 794. [3], Alcuini, ſeu Albini Flacci (4) Eliæ

---

(1) In *IndiculoPontificis p.26. Edit. Pariſ. Garnerii an.* 1680. „ Profiteor Beate Petre Apoſtolorum „ Princeps, cui claves regni caelorum ad ligandum, „ atque ſolvendum in caelo, & in terra Creator, „ atque Redemptor omnium Dominus Jeſus Chriſtus „ tradidit, inquiens: *quæcumque ligaveris &c.* „

(2) Joh. Damaſc. *Lib. deRecta ſententia Tom. I. Opp. Edit. Pariſ. Lequienii an.* 1712. *n.* IV. *pag.* 394. „ Ipſum Petrus Dei Filium ſalutavit: idcirco etiam „ audivit = *Beatus es Simon &c.* Tu es Petrus, ET SU„ PER HANC PETRAM ECCLESIA FIRMITER AEDIFICA„ TA EST „. Hinc in *Lib.adverſus Neſtorianos. n.* XIX. *pag.* 559. *ſq. Petrum verticem Apoſtolorum ſupremum* κορυφάιαν τῶν ἀποστόλων ἀκρότητα conſtitutum dicit, quod confeſſus audiverit: *Beatus es Simon-Bar-Jona&c.* Confer præterea, quæ idem ſcribit in *Homil. de Transfigurat. Domini pag.* 191. *ſeqq.* Tom. II. & in *Parallelis pag.* 591.

(3) Tom. IV. Concilior. *Edit. Pariſ. an.* 1714. *pag.* 867. hæc Synodus, *Petrum primum Paſtorem Eccleſiæ* conſtitutum ait, additque: „ Hujus immobilis fun„ damenti ſoliditatem Beatus Petrus confitendam „ declaravit ... cum teſtimonium fidei perhibuit di„ cens: *Tu es Chriſtus* &c. qui mox confeſſionis PRE„ MIUM nulla interveniente mora ADEPTUS EST, CAE„ LI JANITOR, & LIGANDI SOLVENDIQUE ARBITER „ FACTUS EST ANIMARUM.

(4) *Commentar.* in Joh. *Evang. lib. VII. pag.* 679. *Edit. Opp. an.* 1617. & *Poemat. IV.* de S. Petro pag. 1677. ubi ſic habet.

„ Hanc

Eliæ Cretenſis(1), IſaaciiTheophanisConfeſſoris (2), ac Theodulphi Aurelianenſis (3).

Initio Seculi IX. S. Theodorus Studites vir doctrinæ laude ſingulari (4), deincepſque Ignatius Sanctiſſimus Patriarcha Conſtantinopoleos (5), Nicolaus I. Pontifex Maxi-



„ Hanc Petrus abſidam Sanctorum ſorte coronat,
„ Claviger æthereus, qui portam pandit in æthra,
„ Janitor æternæ recludens limina vitæ „.

Et *Carm.* LXI. *pag.* 1690.

„ Petrus Apoſtolicus Princeps, Páſtorque fidelis
„ Jam gregis ætherei, jam decus Eccleſiæ,
„ Qui tenet æterni claves per ſecula regni,
„ Solvere vel ſola, voce ligare potens „.

Confer etiam ejus *Epiſt.* XI. *pag.* 1502. & *Epiſt.* LXXXIV. *pag.* 612. *ſeqq.*

(1) In *Orat. I. Gregor. Nazianz. pag.* 33. *Tom.* II. *Edit. Colon. an.* 1690.

(2) *Chronograph. pag.* 342. *Edit. Pariſ. Goarii an.* 1655.

(3) *Lib.* VI. *Carm.* XVIII. *pag.* 874. *Edit. Opp. Sirmondi Venetæ an.* 1728. *Tom.* II.

(4) *Epiſt.* LXXXVI. *lib.* II. *ad Michaelem Imperatorem pag.* 414. *Tom.* V. *Opp. Sirmondi, Edit. Venetæ an.* 1728. „ Jubete a vetere Roma ſuſcipi declarationem „ prout olim, & ab initio paterna traditione tranſmiſſus mos fuit. Hæc enim ſuprema eſt Eccleſiarum Dei, in qua Petrus Sedem primus tenuit, ad „ quem Dominus dixit: Tu *es Petrus*: Et *Epiſt.* I. „ *lib.* II. *pag.* 295. „ Supra Sedem illam conſiſtimus, „ de qua Chriſtus ait: *tu es Petrus &c.* „ Sed de Theodoro alias.

(5) In litteris ad Nicolaum Papam, quæ quidem litte-

mus (1), Synodi Romanæ Patres celebratæ ſub

---

litteræ extant in *Act.* VIII. Synodi *Conſtantinop.* IV. quæ eſt VIII. Oecumenica, *Tom.* V. *Concilior. pag.* 103. *Edit. Pariſ. an.* 1714. „ In membris Chriſti Salvatoris „ omnium Capitis, ac Sponſi Catholicæ, & Apo„ ſtolicæ Eccleſiæ, unum tantum, ac ſolum ſelectum, „ ac univerſaliſſimum medicum, TUAM nempe FRA„ TERNAM, PATERNAMQUE SANCTITATEM, ſupremum, „ & fortiſſimum DEI VERBUM CONSTITUIT, cum *πέτρῳ* „ *τῷ τιμιωτάτῳ, καὶ κορυφαιοτάτῳ τῶν ἀποστόλων* PE„ TRO HONORATISSIMO, & SUPREMO APOSTOLORUM „ VERTICI dixit = *tu es Petrus &c.* Hujuſcemodi e„ nim beatas voces NON SOLI APOSTOLORUM PRINCIPI „ *οὐ τῷ κορυφαίῳ μόνῳ* PRIVATA QUADAM SORTE CIR„ CUMSCRIPSIT *κατά τινα πάντως ἀποκλήρωσιν*, SED „ PER IPSUM AD OMNES ANTIQUÆ ROMÆ SEDIS PONTI„ FICES ILLI ſucceſſores tranſmiſit: *ἀλλὰ δι' αὐτὸν* „ *καὶ πρὸς πάντας τοὺς κατ' ἐκεῖνον ἱεράρχας πρεσβυτέρας* „ *ῥώμης παρέπεμψε.*

(1) *In I. Epiſtola*, quam *ad Univerſos Catholicos dedit*, *Tom.* IX. *Concilior. Edit. Venetæ pag.* 1289. „ Cunctarum Chriſti ovium cura conſtringimur, cum „ vices ipſius gerimus, cui ſpecialiter divinitus dici„ tur: *paſce oves meas* &c. Et *Epiſt.* II. quæ eſt ad „ *Michaelem Imperatorem, ibid. pag.* 1291. „ Princi„ patum Divinæ poteſtatis, quem omnium Conditor „ electis ſuis Apoſtolis largitus eſt, ſuper ſolidam fidem „ Apoſtolorum Principis, PETRI videlicet, SOLIDITA„ TEM conſtituens, EJUS EGREGIAM, ideſt primam Se„ dem deliberavit. Nam voce Dominica ipſi dictum „ fuerat: *tu es Petrus &c.* „ *Epiſt. VI. ibid. p.* 1303. „ Poſtquam B. Petro Principi Apoſtolorum Dominus, „ ac Redemptor noſter Jeſus Chriſtus.. ligandi, & „ ſol-

ſub Hadriano II. (1) quem tamen Launoius

 ſibi

,, ſolvendi in caelo, & in terra poteſtatem tribuit, ,, januas regni caeleſtis reſerandas conceſſit &c. ,, & in ead. *Epiſt. p.* 374. ,, Eccleſiæ Romanæ privilegia, Chri- ,, ſti ore in B. Petro firmata, in Eccleſia ipſa diſpo- ,, ſita . . divinitus radicata, atque plantata ſunt ,, . Vide etiam Ep. X. p. 1371.

(1) Acta hujus Synodi referuntur in *Actione VII. Synodi Conſtantinopolitanæ IV. p.* 1075. *ſqq. T. V. Concilior. Edit. Pariſ. an.* 1714. In hac Synodo damnatus fuit Photius, quod contra *ſummam Sedis Apoſtolicae auctoritatem*, hoc eſt contra Nicolaum I. & contra Hadrianum agere non dubitarit. Et Launoius tamen *l. c. n.* XXXI. Hadrianum, quaſi contra ſenſerit, teſtem citat, ejuſque hanc affert ſententiam ex *Epiſt. IX.* ad *Waldradam*: ,, Nemo plane dubitat, nullum facinus eſſe, quod Eccleſia, data ſibi divinitus poteſtate, ab eo deſiſtentibus non poſſit abſolvere, & poenitentibus relaxare, cui dicitur: *quæcumque dimiſeritis &c* ,,. Ubi vero hæc Launoius attulit; tum, quaſi magni quidpiam ſit conſequutus: *Pontifex*, inquit, *remittendorum, & retinendorum criminum poteſtatem Eccleſiæ divinitus conceſſam eſſe, affirmat*. At conceſſam Eccleſiæ, mi homo, quotus quiſque eſt noſtrum, qui neget? Quomodo autem conceſſam dixerit Eccleſiæ, id vero erat, quod abs te oſtendi debuerat ex Hadriani doctrina, id quod tamen prætermiſiſti, ut eum nolentem ad opinionem tuam pertraheres. Ac ſi Hadriani Epiſtolas ad Waldradam, atque ad alios ſcriptas legiſſes; claves Pontifici Romano in primis, tum Epiſcopis ceteris, inde Presbyteris datas agnoſſes ad Eccleſiæ utilitatem. Atque in *Epiſt. ad* Waldradam: *pietatis tibi viſcera*, inquit, *noveris* *Apo-*

ſibi præiviſſe jactat. Johannes VIII. (1), cujus fuerunt a Photio auctore Schiſmatis corruptæ

---

*Apoſtolicæ Sedis aperta*, *& jam vinculis anathematis exutam &c.* Confer *Epiſt.XI. ad Epiſcopos Germaniæ*, qua ſcribit = *abſolutam a ſe Waldradam ibid. p.* 705. *& Epiſt.IX. ad Lotharium Regem pag.*702.ubi „ Quia, „ *inquit*, Beato Petro Apoſtolorum Principi Dominus „ noſter OVES SUAS, TOTAM VIDELICET ECCLESIAM „ tertio commendavit dicens = *paſce oves meas*, *pa-* „ *ſce agnos meos* : nos vice utique Apoſtolatus illius, „ Domino in omnibus cooperante, fungentes, in vir- „ ga aequitatis, & juſtitiae gregem Domini in pabu- „ lo ſpiritalis vitæ paſcendum, & cura ſolerti cuſto- „ diendum, divina ſuſcepimus voluntate„. Et poſt pauca:„ Aurem cordis tui caeleſti clavigero B.Petro in no- „ bis loquenti aperias &c„. Mitto cetera ejusPontificis loca, cum hæc ſatis ſuperque ſint, ut pernoſcatur, quam longe Hadrianus ab ea abſfuerit opinione, quam illi adſcribere non verere.

(1) In Epiſt. ad *Baſilium*, *Leonem*, *& Alexandrum Auguſtos*, quam, etſi Photius vitiavit, non eſt tamen auſus ita pervertere, ut quæ in ea erant de Petri Apoſtoli, ejuſque Succeſſorum auctoritate, tolleret. Sic autem in ea lego: *Tom.V. Concilior. Edit. Pariſ. an.*1714. *pag.* 1172. „ A Principe Apoſtolorum „ Petro hæc nobis tradita ſunt, quem Caput omnium „ Eccleſiarum poſuit Chriſtus, cum ei dixit = *paſce* „ *oves meas* „. *Et p.* 1175. „ Sicut Apoſtolica Sedes „ haec λαβὼν τὰς κλεῖς τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν παρὰ „ τοῦ πρώτου, καὶ μεγάλου ἀρχιερέως ἰησοῦ χριστοῦ διὰ „ τοῦ κορυφαίου τῶν ἀποστόλων πέτρου, εἰπόντος πρὸς „ αὐτόν, σοὶ δώσω τὰς κλεῖς κ. τ. λ. RECIPIENS CLAVES „ REGNI CAELORUM A PRIMO, ET MAGNO PONTIFICE

„ JESU

ruptæ Epiſtolæ, Nicetas Paphlago (1), Gre-
 gorius

„ JESU CHRISTO PER PRINCIPEM APOSTOLORUM PE-
„ TRUM, CUI DIXIT : *tibi dabo claves* &c. ἔχει ἐξουσίαν
„ καθόλου δεσμεῖν HABET POTESTATEM UNIVERSALITER
„ LIGANDI, ET SOLVENDI. Ita & nos ejuſdem Princi-
„ pis Apoſtolorum Petri τῇ αὐθεντίᾳ AUCTORITATE
„ χρώμενοι UTENTES &c.

(1) *Orat. I. de SS. Apoſtolis Petro, & Paulo pag.* 327. apud *Combefis Auctar. Biblioth. SS. Patrum Edit. Pariſ. an.* 1672. *Part. I.* πέτρος, inquit, ἡ
„ ἀμετακίνητος τῆς ἐκκλησίας πέτρα: Petrus immobi-
„ lis Eccleſiæ Petra. & *pag.* 328. χαίροις πέτρε ὁ τῆς
„ τῶν οὐρανῶν βασιλείας τὰς κλεῖς πεπιστευμένος, ἐφ'
„ ᾧ τὴν ἰδίαν ὁ χριστὸς ἐκκλησίαν ἐστηρίξατο, ὃν καὶ
„ ποιμένα πρὸς τὸν ἑαυτοῦ πατέρα μεταβαίνων, ἐπὶ τῶν
„ αὐτοῦ προβάτων κατεστήσατο. „ Salve Petre, cui
„ claves regni cælorum creditæ ſunt, ſuper quem
„ Chriſtus firmavit Eccleſiam ſuam, quem ad Patrem
„ migraturus ſuis ovibus Paſtorem præfecit „. Abi Febroni, atque hunc ab Iſidoro Mercatore mutuatum hec fuiſſe, ſi potes, dicito. Verum cave, ne qui ſimile quidpiam dicenti tibi reſiſtant acriter, objiciantque, errare vehementer te, qui quod a Patribus acceptum ſit, id ab Iſidoro acceptum comminiſcare. Ac meminiſti eorum, quæ hactenus deſcripſi, locorum Sanctorum Veterum. Accipe nunc illud S. Aſterii Amaſeni *ex Homil. in Apoſtolor. Principes Petrum, & Paulum. Auctar. Bibl. PP. Edit. Combef. pag.* 127. *Edit. Pariſ. an.* 1648. „ Simili appellatione Salvator noſter
„ primum ſuum diſcipulum honeſtandum duxit, NO-
„ MINANS FIDEI PETRAM, πέτραν ὀνομάσας τῆς πίστεως.
„ PER PETRUM διὰ πέτρον verum, ac fidelem pietatis
„ Doctorem effectum, ECCLESIARUM STABILIS, IN-
„ FLE-

gorius IV. (1) Concilii Aquiſgranenſis II. Patres (2), Auctor vetus Actorum S. Viventii (3), Agobardus (4), Claudius Taurinenſis (5), Lupus Servatus(6) Ratramnus Corbejenſis(7), Freculphus (8), Walafridus Strabo (9), Chriſtianus Grammaticus [10], Regino (11), ceteri denique omnes eamdem doctrinam, quam a Majoribus acceperant, propugnarunt. Non diſſidet ab his Rabanus

„ FLEXAQUE FIRMITAS SERVATUR: *ἄπτο'τον, καὶ ακλινὲς* „ *τὸ τῶν ἐκκλησιῶν ἕδρασμα σώζεται*„. *Pag.* 130. „Spi„ ritu fervens, altaque memoria illud mandatum Do„ mini retinens, quo fuit dictum = *paſce agnos meos*„. Confer etiam, quæ ex Gregorio Nyſſeno, ex Baſilio Seleucienſi, ex Nilo S. Johannis Chryſoſtomi diſcipulo, exque aliis permultis Patribus attuli *Tom. V. P.I. Antiquitat.Chriſtianar. pag.*149.*ſq.* & *pag.*413.*ſqq.*

(1) Epiſt.I.ad *univerſos Epiſc.Tom.IV.Concilior. Edit.Pariſ. an.*1714. *pag.*1270.

(2) *Lib.I. Cap.X. ſqq. pag.* 1068. *ſq. tom. eod.*

(3) *Apud Bolland. Tom.I. Januar. pag.* 806.

(4) Vide Biblioth. *PP. Edit. Lugd. Tom. XIV. pag.*259. & 284.

(5) *Tom.eod. XIV. Bibl.PP.pag.*145.

(6) *Pag.*127. *ſqq. Edit. Balutii an.*1664.

(7) Confer *Spicileg. Dacherian. Tom.I. pag.*68. *edit. an.* 1723.

(8) Chronic. *Lib.I. cap.* xx. *tom. eod. Biblioth. PP. pag.* 1146. *ſq.*

(9) *Tom.XV. Bibl. PP. edit.ejuſd. pag.*233.

(10) *Tom.XV. Bibl.PP. Edit. ejuſd. pag.*117.

(11) *Pag.*197. *Edit.Pariſ. Balut.an.*1671.

nus (1). Neque vero locus, quem Launoius (2) ex Rabani ejuſdem lib.V. in Matthæum affert, quidquam nobis negotii exhibere poteſt, qui ultro concedimus, ut datam Apoſtolis, ita in Epiſcopos etiam eorum Succeſſores manaſſe clavium poteſtatem. A Rabano non diſcrepat Paſchaſius Radbertus (3). Nam cum tam per-

(1) Vide Tomum V. Opp.Rabani *edit.an.* 1626. *pag.* 704.*ſqq.*

(2) *Lib.V. in Matth. Cap.XVI.* „ Quæ ſolvendi, „ ligandique poteſtas, quamvis ſoli Petro data videa„ tur a Domino; abſque ulla dubietate tamen noſcen„ dum eſt, quod & ceteris Apoſtolis datur, ipſo te„ ſte, qui poſt paſſionis, reſurrectioniſque ſuae trium„ phum apparens eis inſufflavit, & dixit omnibus, ac„ cipite Spiritum Sanctum „. Vide Launoium *l. c. num.* XXVII.

(3) *Lib.VI. in Evang.Matth.Tom.XIV.Biblioth. PP. Edit. Ludg. an.* 1677. „ ( Petrus ) & ſpecialiter „ ſolus, & generaliter cum ceteris ( Apoſtolis ) ubi„ que præfertur. Solus quidem cum dicitur = *Tu es* „ *Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam* „ *meam* : & illud : *Ego pro te rogavi Petre* &c. Jure „ igitur in meritis primus æſtimatur, per quem, & „ in quo ad alios dona tranſmittuntur. ACCIPIUNT „ autem reliqui IN EO OMNES CLAVES REGNI CÆLORUM, „ cum ei a DOMINO SPECIALIUS COMMITTUNTUR. Un„ de & fundamenta per Prophetam dicuntur, cum „ & ipſi in petra, quæ Chriſtus eſt, ſolidantur. Ta„ men quod huic præſtatur quaſi ſoli, omnibus IN „ EO largitur; & ideo IN PETRO PRIOR VIVIT POTE„ STAS, PRÆCELLIT AUCTORITAS.

perſpicue hac de re agat, miror, quo tandem modo Launoius aliorſum pertrahere conetur (1). Nam Paſchaſium (quod alicubi dixerit, hanc *poteſtatem omni* item *Eccleſiæ eſſe conceſſam*) omnino putaſſe, ait, *per omnem Eccleſiam Paſtoribus* id poteſtatis genus *communicari*; ſtatuitque, niſi hoc modo, intelligi eum profecto commode non poſſe. At hujus ego Launoianæ interpretationis rationem aliquam e Paſchaſii operibus afferri cuperem. Sed nullam Launoius affert. Neque vero ulla revera eſt, quam afferre poſſit. Atque *per Petrum*, & *in Petro* ad *alios* Apoſtolos, Paſtoreſque *dona tranſmitti*, ideoque in *Petro* ipſo *priorem vivere*, *poteſtatem*, *auctoritatemque* præcellere, ſcribi a Paſchaſio video interdum (2); *per Eccleſiam* autem *omnem communicari* Paſtoribus ipſis

(1) *Lib. VIII. in Cap. XVI. Matthæi pag.* 550. *tom. ejuſd.* „ Quæſo unuſquiſque circumſtantiam lectio„ nis hujus diligenter intendat, maxime tamen Epiſco„ pi, quibus videtur cum Petro, & cum omnibus Apo„ ſtolis hæc poteſtas ſpecialius a Domino attributa; & „ licet Eccleſiae eadem ſit conceſſa „. Hunc locum ſic adducit Launojus; tum addit: *Sic de Clavium poteſtate loquitur Paſchaſius, quae primum ipſi Eccleſiae data ſit, & per Eccleſiam Paſtoribus communicata, atque, niſi hoc modo intelligatur, commode, intelligi non poteſt.*

(2) Vide *Adnot. ſuperiorem*.

ipſis illud poteſtatis genus, plane numquam. Paſchaſio autem attribuere, quod numquam ſcribit; negare vero contra, quod tam dilucide, diſtinctèque interdum ſcribit, quae demum ars critica patietur? Jam vero cum Paſchaſius mutuatus ab Auguſtino, ac Beda fuerit, quæ de omni Eccleſia tradidit, quid impediet, quin ejus dicendi ratio eo ſenſu intelligenda ſit, quo demonſtratum eſt, intelligi Auguſtini, Bedaeque ſententiam oportere? Profecto cum in Sacerdotibus *poteſtatem* ligandi, ſolvendique (1) *manere* Paſchaſius ſemper affirmet; in ceteris autem, quos ovium habet numero, non item affirmet; ſi alicubi de *omni Eccleſia* diſſerit, non eo illius verba detorquenda ſunt, ut in *omnibus* collectim Eccleſiæ membris poteſtas eadem, ipſo auctore, reſideat; alioqui παράδοξον illud, ſeu *abſurdum*, plenumque erroris dogma probaſſet: ineſſe nempe etiam *collectioni* Laicorum miniſterii Eccleſiaſtici, ſeu ligandi, ſolvendique auctoritatem. Nihil de Cloveſhoenſibus Conciliis [2], deque aliis pluribus ejuſdem aetatis

---

(1) Lib. VIII. in *Cap. XVI. Evang. Matthæi pag* 550. *Tom. XIV. Bibl. PP*

(2) *Ann.* 800. Vide ſi placet, *Tom. IV. Concilior. pag.* 933. *ſq. Edit. Pariſ. an.* 1714. & *pag.* 967.

tatis monumentis (1) dico. Illud dicam: mirari me, quod Launoius ad ſecundam Cabilonenſem Synodum provocet. Nam cum hæc tantam in Epiſcopis agnoſcat auctoritatem, ut populos ſuarum Dioeceſeon ipſis eſſe *ſubditos* fateatur (2); quo demum modo in *collectione populorum* jus clavium conſtituiſſet, quaſi juris ejuſdem uſus Epiſcopis ipſis *ab omnibus collectim fidelibus committatur*? At hæc ipſa Synodus (inquit Launoius) *clementer agi a Prælatis* oportere docet. Eſt ita plane. Verum quid inde erit oonſequens, quod eſſe praeſidio eidem Launoio poſſit? Verum addit: Epiſcopos *eorum*, quibus præſunt, *fratres* eſſe, *unumque habere Patrem Deum*. Cur non? Hinc autem ecquid tu extundes, quod evincat, *committi* Epiſcopis *ab omnibus collectim Eccleſiæ membris poteſtatis ligandi, ſolvendique uſum*? Sed adjungit: *Unam omnium eſſe Matrem Eccleſiam*, quæ Preſules etiam ipſos *ſacri fontis utero genuit*. Quis hoc neget? Renatos enim & Præ-

(1) Confer *Concil. Arelat. VI. ibid. pag.* 1002. *ſqq. Remenſe II. cap.* x. *pag.* 1019. *Turonenſe* III. *in Præf. &* c. III., IV. *&c. pag.* 1023. *ſqq.* ut alia mittam, quorum longam ſeriem poſſem texere.

(2) Haec Synodus habita fuit *an.* 813. Vide ejus *cap.* I. *&* II. *pag.* 1032. Quid ſi Præſides Sacrorum eademSynodus Eccleſiae indicet nomine, *cap.* VI. *p.* 1033.

& Prælatos, & Subditos in ſinu[1], hoc eſt in *unitate* Eccleſiæ, Catholici quique & agnoſcunt, & gaudent; at non vident, quibus gradibus deſcendere hinc poſſis ad concludendum, clavium poteſtatem non in ſacrorum Præſidibus tantum, ſed in omnibus collectim membris Eccleſiæ reſidere. Immo illud

---

(1) Locus, quo abutitur Launoius, extat in *c.* LI. *p.* 1040. eſtque hujuſmodi: „ Quia conſtat, in Eccleſia „ diverſarum conditionum homines eſſe, ut ſint nobiles, & ignobiles, ſervi, coloni, inquilini, & cetera hujuſcemodi nomina; oportet, ut quicumque „ eis prælati ſunt, Clerici, atque Laici, clementer „ erga eos agant, & miſericorditer eos tractent, ſive in exigendis ab eis operibus, ſive in accipiendis „ tributis & quibuſdam debitis, ſciantque eos ſuos „ fratres eſſe, & unum ſecum habere Patrem Deum, „ cui clamant: *Pater noſter, qui es in caelis*; & unam matrem ſanctam Eccleſiam, quæ eos intemerato ſacri fontis utero genuit. Diſciplina igitur eis „ miſericordioſiſſima, & gubernatio opportuna adhibenda eſt: & diſciplina, ne indiſciplinate vivendo, „ auctorem ſuum offendant; & gubernatio, ne in „ quotidianis vitae commeatibus prælatorum adminiculo deſtituti fatiſcant „. Synodus non de ſacris Præſulibus modo, ſed de Laicis etiam, qui poteſtatem in Republica obtinent, agit. Fac autem, verum ſit, quod Febronius vellet, poteſtatem regendi in omnibus collectim membris eſſe; annon inde ſequeretur, omnia membra Reipublicæ poteſtatem obtinere in Reges? Hoc vero conſtituto, quæ, quamque graves perturbationes in Regnis metuendae eſſent?

illud contra plane vident: conſequens inde eſſe, ut Praelatis clavium, hoc eſt gubernandi ceteros jus inſit, quamquam ita, ut eo abuti non debeant. Quis enim tam abſurdo ingenio eſt, ut SUBDITOS *collectim* cum aliis item SUBDITIS valere gubernandi jure, arbitretur; cum gubernandi ipſi ſint ab iis, qui divina inſtitutione *poſiti ſunt regere Eccleſiam Chriſti* (1)?

Nihil plus proficies Ambroſii Autperti, quas Launojus (2) collegit, ſententiis. Atque ea quidem, quam ille priore loco opponit, ad rem non pertinet. Hoc enim ipſa unum poſtulat, ut Petrus Eccleſiam *repraeſentarit* (3). Id vero nemo eſt noſtrum, quin concedat libens. Quæro autem ex te, quibus tandem machinis hinc te effecturum ſperes, *omnibus collectim membris Eccleſiæ* poteſtatem ligandi, ſolvendique fuiſſe tributam; non autem ſolis Miniſtris Sacrorum ad omnium Eccleſiæ membrorum utilitatem? Certe, quod ſecundo loco Launoius objicit (4), illud efficit, quod nos volumus; quod vero

(1) Vide Acta Apoſtolor. *cap.xx. v.28.*

(2) Launoius *ibid. n.xxiv. pag.226.*

(3) *Ex lib.IV. in Apocalypſim:* „ Petro typum „ gerenti Eccleſiæ dicit: *quodcumque ligaveris &c.*

(4) *Ex lib.V.* „ Quod vero Petro dicitur: *Tibi* „ *dabo &c.* Illud quod ſimili locutione ad XII. Apo„ ſto-

vero contra tu cuperes, nullo modo. Jam vero ferenda non eſt Launoi tam fidenter ſtatuendi ratio, qui cum locum afferat nullum, quo explicari teſtimonia poſſint, quæ idem ex Autperto deſcripſerat, tum: *Hic auctor*, inquit, *quid ſit Petrum Eccleſiae figuram, ſeu typum gerere, perſpicuis verbis interpretatur*. Quaſi vero is non aperte [ ſecus atque vobis videatur ] ſcripſerit.. Nam Autpertus in *IV.* *Libro* (1), *Eccleſiæ prædicanti* ligandi, ſol-

---

„ ſtolos: *quæcumque alligaveritis &c.* ſpecialiter illis, & generaliter omnibus rectæ fidei, rectæque „ operationis doctoribus aptatur „. Sacerdotes heic Autpertus indicat *Doctorum* vocabulo. *Ex lib. VIII.* hunc denique affert Launoius locum: „ Hinc Petro „ hujus (Eccleſiæ) typum gerenti dicitur: *tibi dabo &c.*„.

(1) *Autp. Lib.IV. pag.*505. *Tom.XIII. Bibl. Patrum Edit.Lugdun. an.* 1677. „ Quem alium in uno e „ cornibus altaris, niſi Principem PRÆDICATORUM „ intelligimus, id eſt Mediatorem Dei, & hominnm „ hominem Jeſum Chriſtum, qui ſexto Angelo tubam habenti, id eſt ECCLESIÆ PRÆDICANTI jubet, „ ut quatuor Angelos ſolvat? Ipſa enim in Angelo, „ ipſa & in ALTARI ſignificatur, & cum ad Angelum „ cornu altaris loquitur, ipſum procul dubio altare „ affatur. Ipſi, inquam, ut quatuor Angelos ſolvat, „ injungit, quia videlicet poteſtatem ei ligandi, atque „ ſolvendi in caelis, & in terris tribuit, cum ei in perſona Apoſtoli Petri dicit, *quodcumque ligaveris* &c. „ Sed hanc poteſtatem non in ſe, ſed in Capite poſ- „ ſideut

ſolvendique jus poteſtatem collatam affirmat; *Prædicantem* autem Eccleſiam, quam demum, niſi Sacerdotes, Gregorium imitatus, vocat; quos quidem Sacerdotes in *V. Libro* (1) *Doctorum* etiam appellat nomine (2)?

Quo S. Auguſtini, eodem plane Dungali Dia.

---

„ ſident membra, quæ in uno, & per unum Caput „ ſolvunt, & ligant „.

(1) *Lib. V. pag.* 515. „ Nil congruentius in pe„ dibus Angeli, quam Prædicatores accipimus. Iſtis „ enim pedibus totum (ut ita dixerim) mundum in„ carnata Dei Sapientia perambulavit, ſicut ſcriptum „ eſt: *Illi autem profecti, prædicaverunt ubique* &c. Confer *etiam pag.* 526.

(2) „ Doctores Eccleſiæ & Sacerdotes, & „ Angeli ſunt. Sacerdotes, quia ſpirituales hoſtias „ immolant; Angeli, quia ventura quæque annunciant „, *lib.* IV. pag. 497. Ac *doctoribus* proinde aptat Autpectus *lib.* V. *pag.* 519. .*ó quæcumque alligaveritis*, ut paulo ante oſtenſum ejus teſtimonio eſt, allato a Launoio. Non ergo omnibus collectim membris Eccleſiæ. In VII. *autem libro p.* 569. „ Unde, *inquit*, & prio„ ribus Eccleſiæ PRÆDICATORIBUS dicitur: *Ite in Orbem Univerſum &c.* Hinc Petro hujus typum geren„ ti dicitur = *tibi dabo claves &c.* Hinc rurſum o„ mnibus Apoſtolis, immo Eccleſiæ dicitur in Apoſto„ lis = *Accipite Spiritum Sanctum* „. Non quæram, cur de Petro agens, non addat: *immo Eccleſiæ* dicitur; addat vero, cum de Apoſtolis diſſerit. Illud quæram, quam hic Eccleſiam nominet, niſi eam, quam *Prædicantem* vocari ab eo vidimus, hoc eſt *Doctorum*, ſeu Sacerdotum, quibus *generaliter* verba: *quæcumque alligaveritis &c.* aptari animadvertit?

Diaconi adverſus Claudium Taurinenſem diſputantis ſententia recidit. Quare cum, Auguſtini quæ ſit de clavium poteſtate doctrina, oſtenſum jam fuerit, non eſt opus, ut rurſus, Dungali cauſſa, demonſtretur (1).


(1) Dungali ex libro *contra Claudium Taurinenſem* hæc loca affert Launoius: „ Sed quando ei (Petro) „ dictum eſt: *Tibi dabo* &c. univerſam ſignificat Ec- „ cleſiam, quae in hoc ſeculo diverſis tentationibus, „ velut imbribus & quatitur, & non cadit „ : & quibuſdam interpoſitis „. Eccleſia ergo, quæ fundatur: „ in Chriſto, claves ab eo regni caelorum accepit in „ Petro, ideſt poteſtatem ligandi, ſolvendique pec- „ cata. Quod enim Chriſtus eſt per proprietatem in „ Eccleſia, hoc eſt per ſignificationem Petrus in Pe- „ tra. Qua ſignificatione intelligitur Chriſtus petra, „ Petrus Eccleſia „. Sed hæc prætermitti debuerant, cum Auguſtini ſint, de quo egerat ante Launoius, & nos ſupra loquuti ſumus. Afferre autem debuerat, quæ Dungali ſunt; ſed ea ſuppreſſit. Sic autem habent = *Tom. XIV. Biblioth. SS. Patrum edit. ejuſd.* „ Sicut nomen, honor, dignitas &c. ab Johan- „ ne non tollitur, .. ita nec Petrus primatum Eccle- „ ſiæ, & poteſtatem ſolvendi in ea, ac ligandi, SIBI „ A DOMINO, OB INDUBITATÆ REMUNERATIONEM FIDEI „ PRINCIPALITER TRADITAM, AMITTIT „: Refellens paullo poſt Dungalus Claudium, qui eo inſaniæ devenerat, ut in paucis ſui ſimilibus coarctare ligandi, ſolvendique poteſtatem videretur; eumque ſuperbiæ accuſans, exagitat S. Gregorii teſtimonio ajentis: „ Diſcipuli ad tanta onera humilitatis vocati, ad quan- „ tum culmen gloriæ ſunt perducti! Ecce non ſolum

„ da

Quod ex Odone Cluniacenſi Launoius profert, nobis ſuffragio eſt. Sic enim habet „: „ Chriſtus ejuſdem (Eccleſiæ) Rectoribus „ poteſtatem ligandi, atque ſolvendi in B. „ Petri perſona conceſſit „. Scilicet hoc teneo: Rectoribus in B. Petro conceſſas claves. Non quæram, quomodo. Erit fortaſſe hac de re alibi opportunior dicendi locus. Hoc nunc uno contentus ero: *Rectores* tantum ab Odone commemorari; non vero *omnia collectim membra Eccleſiæ*. Qua vero arte hinc tu concludes, poteſtatis clavium *exercitium* committi Rectoribus ab omnibus collectim membris Eccleſiæ; cum Odo eam poteſtatem Rectoribus, non *membris omnibus* conceſſam a Chriſto dicat? An quod conceſſum

---

„ de ſemetipſis ſecuri fiunt; ſed etiam alienae obli„ gationis poteſtatem, relaxationiſqne accipiunt. „ Principatum Divini judicii ſortiuntur, ut vice Dei „ quibuſdam peccata retineant, quibuſdam relaxent „ &c. Horum profecto nunc in Eccleſia Epiſcopi lo„ cum tenent. Solvendi, ac ligandi auctoritatem ſu„ ſcipiunt, qui gradum regiminis ſortiuntur. Grandis „ honor, ſed grave pondus iſtius eſt honoris &c. „ Agit mox de Presbyteris Dungalus, ut plane liqueat, quibus in Eccleſia poteſtas inſit ligandi, ſolvendique aliorum peccata. Et Febronius tamen Launoio, quæ ſibi non placeant, ſupprimenti, aſſentiri non dubitat, ſperatque nihilominus, his ſe ſubſidiis Eccleſiae doctrinam depulſurum.

ſum cuiquam non eſt, id ille alteri *committet*? Quo autem modo is committat exercitium ejus poteſtatis, qua careat?

Extremum eſt, ut de Hincmaro Remenſi doceam. Hujus, quæ proferuntur, loca deſcripta ex Auguſtino, ac Beda ſunt, quod ne Launoius quidem negat. Jam Auguſtini, ac Bedæ teſtimonia, quæ obſcura videri poterant, ſatis ſupra explicata ſunt. Itaque non eſt opus, ut eadem rurſum explicem; alioqui actum agerem, eſſemque moleſtus tibi: quorum certe alterutrum a me fieri, numquam patiar. Hoc, rogo, feras, ut ex te ſciſciter, cur tu hæc minus clara, non vero alia aperta, atque illuſtria ab Hincmaro ſcripta conſectere? Nam perſpicua hæc apud eum Scriptorem lego, quorum neque a te ipſo, neque ab Launoio ulla fit mentio, etſi in ea extent Epiſtola [1], quam Launoius idem ſibi præſidio eſſe jactat. „ Sic univerſales Synodi SPECIALITER Apoſtolicæ Sedis AUCTORITATE convocantur; & æque Provinciales Canonicæ Synodi, DECRETO SEDIS APOSTOLICÆ, a Metropolitanis, & Provinciarum „ Primatibus convocantur. Sicut de CONLATIS CLAVIBUS REGNI CÆLORUM, ideſt LI-

 „ GAN-

(1) In *Epiſt. ſeu lib.* ad *Hincmarum Laudun*, *cap.* XX. *Tom.* 11. *Opp.* pag. 459. *Edit. Pariſ. an.* 1645.

„ CANDI, & SOLVENDI PONTIFICIO SPECIA-
„ LITER SANCTO PETRO DATO, & ſimul o-
„ mnibus Apoſtolis, & in eis CATHOLICIS
„ EPISCOPIS conlato, SANCTA, & UNIVER-
„ SALIS TENET ECCLESIA. Unde B. Leo in
„ Sermone ſui Natalis inter cetera dicit:
„ quod dicitur Beatiſſimo Petro: Tibi da-
„ bo claves &c. *tranſivit quidem etiam in*
„ ALIOS APOSTOLOS *jus iſtius poteſtatis*, &
„ AD OMNES ECCLESIÆ PRINCIPES; *ſed non*
„ *fruſtra uni commendatur, quod omnibus*
„ *intimatur*. PETRO *enim ideo hoc ſingulari-*
„ *ter creditur, quia cunctis Eccleſiæ Rectori-*
„ *bus Petri forma proponitur. Manet ergo*
„ PETRI PRIVILEGIUM, *ubicumque ex ipſius*
„ *fertur æquitate judicium*: nec *nimia eſt*
„ vel *ſeveritas*, vel *remiſſio*, UBI NIHIL EST
„ LIGATUM *aut Solutum*, NISI QUOD B. PE-
„ TRUS AUT LIGARIT, AUT SOLVERIT. Qui
„ Regem cælorum, ut Auguſtinus, & ce-
„ teri Doctores exponunt, majori quam
„ ceteri devotione confeſſus eſt, MERITO
„ PRÆ CETERIS CONLATIS CLAVIBUS REGNI CÆ-
„ LESTIS MUNERE DONATUS EST, ut conſtaret
„ omnibus, quia abſque ea confeſſione,
„ ac fide regnum cælorum nullus poſſit
„ intrare „. Jam ne vides, Febroni, unde-
nam Sedis Apoſtolicæ præcipuam auctori-
tatem Hincmarus repetat? Jamne intelligis
SPECIALITER B. Petro a Chriſto traditam li-
gan-

gandi, ſolvendique poteſtatem? Jamne ſentis, quid ceteris Apoſtolis, indeque ſuccedentibus Præſidibus Sacrorum, tributum juris ſit, quod jus PRÆ CETERIS fuerit tributum Petro? Ubinam, vero Hincmarus membrorum Eccleſiæ omnium aut collectim, aut ſejunctim meminit? Nuſquam ſane. Solos enim Eccleſiarum Rectores nominat, atque ita *Sanctam*, & *Univerſalem Eccleſiam* tenere animadvertit. Quod autem Sancta Univerſalis Eccleſia tenet, quo quis ore pervertere audebit ita, ut ad omnia collectim Eccleſiæ membra eam poteſtatem *extendendam*, ex Hincmari ſententia, pugnet, quod certe Hincmarus non modo non dixit, ſed ne ſomniavit quidem?

Atenim, *inquies*, Hincmarus *omni Eccleſiæ* id *officium ligandi, ſolvendique commiſſum*, ait. Sic enim Launoius illius Remenſis Antiſtitis ſententiam effert: *nec non etiam nunc Epiſcopis*, & *Presbyteris*, & *omni Eccleſiæ officium idem committitur* (1). Itane vero? Sed qua fide? Habe tibi locum Hincmari, ut eſt in Editione Pariſienſi an. 1645. (2). „ Quæ ſolvendi, ac li„ gandi poteſtas, quamvis ſoli Petro data „ videatur a Domino, abſque ulla tamen „ dubie-



(1) Laun. *Ibid. n.* XXX. *pag.* 227.
(2) Hincm. *Ibid. pag.* 460.

„ dubietate noſcendum eſt, quia & cete-
„ ris Apoſtolis datur, ipſo teſte, qui poſt
„ paſſionis, reſurrectioniſque ſuæ trium-
„ phum apparens eis inſufflavit, & dixit
„ omnibus: *accipite Spiritum Sanctum, quo-*
„ *rum remiſeritis peccata, remittuntur eis*
„ &c. Nec non etiam nunc IN EPISCOPIS, AC
„ PRESBYTERIS OMNI ECCLESIÆ OFFICIUM IDEM
„ COMMITTITUR, ut videlicet agnitis pec-
„ cantium cauſſis, quoſcumque humiles,
„ ac vere pœnitentes aſpexerit, hos jam
„ a timore perpetuæ mortis miſerans ab-
„ ſolvat„. Audiſne, *Eccleſiæ committi officium abſolvendi* &c. ſed *in* EPISCOPIS, AC PRÆSBYTERIS? Et Launoio tamen aſſentieris, qui particulam *&* de ſuo addiderit, atque ita proinde doctrinam Hincmari extulerit, quaſi is, conſiderata ſejunctim ab Epiſcopis, Presbyteriſque Eccleſia, non illis ſolum, ſed etiam *omni* eidem *Eccleſiæ clavium poteſtatem* fuiſſe datam ſtatuerit. Progreditur Hincmarus, ac: „ Unde, *inquit*, alias Dominus de correpto
„ pto ſemel, & iterum, ac tertio, ſed non
„ pœnitente Fratre præcipit dicens: *ſi*
„ *autem Eccleſiam non audierit* &c. Et ne
„ leve quiſque putaret, Eccleſiæ ſe judicio
„ condemnari, mox terribiliter adjunxit:
„ *Amen dico vobis, quæcumque alligaveritis*
„ *ſuper terram* &c „. Atque hæc ille, ut eſt demonſtratum, de Eccleſia IN EPISCOPIS,

PIS, AC PRÆSBYTERIS, non in *omnibus* collectim ejus membris, docet. Sed adjungi mox ab Hincmaro, inquies: *Omni igitur electorum Eccleſiæ* „ juxta modum culparum, „ vel pœnitentiæ, ligandi, ac ſolvendi da- „ tur auctoritas „. Jam hæc animadverſa, uncialibuſque litteris expreſſa ab Launoio fuiſſe noveram. Verum patere, obſecro, ut abs te petam, mihi ut explices, quoſnam Hincmarus *electorum* vocabulo indicet? Eoſne qui prædeſtinati ad vitam ſempiternam ſunt; an eos, qui ad Sacerdotium ſunt electi, impoſitioneque manuum, divinitus ſacrum aſſequuti ſunt miniſterium? Si primum, aſſentiens, dixeris, incides in errorem Wiclefianorum, nonniſi Prædeſtinatis poteſtatem ligandi, ſolvendique datam pugnantium. Sin electis ad Sacerdotium, auctiſque poteſtate per manuum impoſitionem; cum id non negemus, quid erat cauſſæ, cur Launoio fideres, qui fruſtra idipſum magnis litterarum formis excudi fecit? Ego vero cum apud Hincmarum paullo ante, *in Epiſcopis, Presbyteriſque, Eccleſiæ* a Chriſto *commiſſum officium* ligandi, ſolvendique legerim; idque officium *electis* conceſſum, ab eodem ſcribi nunc videam; facere minus non poſſum, quam ut credam: *electorum* nomine ab Hincmaro *Epiſcopos*, *Presbyteroſque* ſignificari. Atque heic fidem ego rurſum Launoi

requiro. Nam quæ de *electis* Hincmarus dicit, ea ille confeſtim deſcribit cupide; quæ vero de Petro, hæc diſſimulans prætermittit. Hincmari autem hæc ſunt verba: „ Sed ideo B. Petrus, qui Chriſtum vera „ fide confeſſus, vero eſt amore ſequutus, „ SPECIALITER CLAVES regni cælorum, & „ PRINCIPATUM JUDICIARIAE POTESTATIS ACCEPIT, UT OMNES PER ORBEM CREDENTES „ INTELLIGANT, QUIA QUICUMQUE AB UNITATE „ FIDEI, VEL SOCIETATIS ILLIUS QUOLIBET „ MODO SEMETIPSOS SEGREGANT, TALES NEC „ VINCULO PECCATI ABSOLVI, NEC JANUAM „ POSSINT REGNI CÆLESTIS INGREDI „. Rurſum S. Leonis I. Pontificis ex Epiſtola ad Anaſtaſium Theſſalonicenſem locum probans: „ Etſi ordo, *inquit*, generalis eſt „ omnibus Sacerdotibus; non tamen COMMUNIS eſt DIGNITAS OMNIBUS, quia & in„ ter beatiſſimos Apoſtolos in ſimilitudine „ honoris FUIT QUÆDAM DISCRETIO POTE„ STATIS; cum omnium par eſſet electio, „ uni tamen datum eſt, ut ceteris præemi„ neret(1)„. Præterea S.Gregorio aſſenſus: „ Quis neſciat, *inquit*, Sanctam Eccleſiam „ in Apoſtolorum Principis ſoliditate con„ firmatam, qui firmitatem mentis traxit „ in nomine, ut Petrus a Petra vocare„ tur,

(1) *Ibid. cap.* XIII. *p.* 423.

„ tur, cui veritatis voce dicitur: *Tibi da-*
„ *bo claves* &c. & iterum: *Simon Johannis*
„ *amas me paſce oves meas* &c. (1) „. Ac de Hincmaro quidem hactenus, de quo erit nobis alio loco, cum de auctoritate Pontificis maximi inſtituetur quæſtio, copioſius differendum. Interea hoc tenebo: ut Patres ſuperiorum ſeculorum, Scriptoreſque omnes noni ſeculi, ita Hincmarum Remenſem, quo patrono gloriamini, a novo veſtro dogmate diſſidere.

De monumentis Eccleſiae) quibus item traditionem contineri animadverti) memini plura dixiſſe me ſ. ſuperiore *pag.* 179. *ſeq.* Accipe nunc cetera. *Profeſſione Fidei*, quam ii, qui creandi Pontifices, Cardinaleſve erant, recitare conſueverant; quamque ex Codice Antonii Auguſtini deſcriptam, Cardinalis Baronius tranſtulit in X. Annalium Eccleſiaſticorum volumen (2); ea, inquam, *Fidei Profeſſione*, polliceri ſe, teſtabantur, *B. Petro Principi Apoſtolorum, cui claves regni Cæleſtis ad ligandum, & ſolvendum in caelo, & in terra Creator, & Redemptor Dominus noſter tradidit*, numquam ſe deſerturos ejus Eccleſiam &c. *In Codice Sacramentorum Sanctae Romanae Eccleſiae*, quem Leonianum vocant

(1) *Cap.* XVI *pag.* 434. *vide & pag.* 437.
(2) Ad *an.* 869. *n.* LIX.

canť (1), hæc leguntur (2): *Vere dignum, qui ut hanc ſedem* REGIMEN *Eccleſiae totius* EFFICERES, *& quod haec* PRÆDICASSET, OSTENDERES UBIQUE SERVANDUM, *ſimul in ea*, & APOSTOLICÆ PRINCIPEM DIGNITATIS, ET MAGISTRUM GENTIUM COLLOCASTI. Et in *Commemorat. ad d. XXX. Jun. Deus qui B. Petro Apoſtolo tuo, collatis clavibus regni Caeleſtis, ligandi, atque ſolvendi Pontificium tradidiſti*. Vetus *Sacramentarium Gallicanum ad d. feſtum Cathedrae S. Petri* (3): „ Beatiſſimi Petri Apoſtoli ſolemniſſimum „ diem . quem diem ipſa Divinitas con- „ ſecravit delegando caelorum claves, vel „ Pontificalis Cathedræ contulit dignita- „ tem, exultantes in Domino celebramus, „ deprecantes ejus miſericordiam, ut ſicut „ Beato Petro Apoſtolo principalia mune- „ ra contulit, ita & nobis peccatorum „ commiſſa concedat „ : Et in *poſt nomina ad eumdem diem* (4) „ Deum, qui B. Pe- „ tro tantam poteſtatem diſcipulo contu- „ lit,

(1) Hunc Codicem Gelaſio attribuit Card. Orſius, in Epiſt. ad Joſephum Blanchinum, quam idem Blanchinus laudat initio fere Tomi IV. Anaſt. Biblioth. *Vit. Rom. Pontif. Edit. Romanæ Salvioni an.* 1735.

(2) Vide pag. xxx. *Tom. ejuſd. Anaſtaſ. &c.*

(3) Pag. 297. *Tom.* 1. *Muſæi Italici. Mabillonian. Edit. Pariſ. an.* 1724.

(4) *Ibid.*

„ lit, ut ſi ipſe ligaverit, non ſit alter;
„ qui ſolveret &c. In Græcorum Euchologio (1): „ Miſericors Domine Jeſu Chriſte
„ Deus noſter, qui Principi tuorum diſci-
„ pulorum, & Apoſtolorum Petro τὰς κλεῖς
„ δοὺς τῆς τῶν οὐρανῶν βασιλείας, *claves dediſti re-*
„ *gni caelorum* „. In Liturgia S. Baſilii (2):
„ Dominator Domine Pater omnipotens
„ . . tu es qui præcepiſti Petro Princi-
„ pi tuorum Diſcipulorum, & Apoſtolo-
„ rum ex ore Unigeniti Filii tui Domini
„ Dei, & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti di-
„ centis ei: *Tu es Petrus, & ſuper hanc*
„ *Petram* &c. „. *In libro Miſſali Coptitarum*:
„ Tu, qui dixiſti Patri noſtro Petro . . per
„ os Filii tui: *tu es Petrus &c.* (3) „. Sed omnia generis ejuſdem perſequi, pene infinitum eſſet. Itaque faciam eorum deſcribendorum modum. Quod ſi plura deſideras, noſtrum, quæſo, *Antiquitatum Chriſtianarum Volumen quintum* [4] conſulito.

De Conciliis ( quibus item ad nos *traditio-*

---

(1) *Euch’olog. Græc. Edit. Goarii Venetæ an.* 1730. *pag.* 546.

(2) *Tom.* II. *Opp. S. Baſilii in Append. pag.* 683. *Edit. Pariſ. Garnerii an.* 1722.

(3) Apud Aloyſ. Aſſemanum = *Cod. Liturg. Eccl. Univerſæ lib.* IV. *T.* IV. *pag.* 75. *Edit. Rom. an.* 1754.

(4) Parte II. *pag.* 153. *ſqq.*

*ditionem* dogmatum permanaſſe conſtat) actum ita in pluribus hujuſce Paragraphi locis eſt, ut ſi rurſum agere inſtituerem, plus mihi laboris aſſumerem; tibi autem, arbitror, nihil plus afferrem utilitatis. Hoc addam breve: Si poteſtas clavium, ſeu ſi regendi gregis auctoritas omnibus collectim Eccleſiæ membris data eſſet a Chriſto; atque ab iis collectim non ceteris Paſtoribus modo, ſed Pontifici etiam Maximo poteſtatis ejuſdem uſus, exercitiumve committeretur; non eſſet profecto, ut eſt perſpicuum, non eſſet, inquam, Pontifex ipſe *proximus*, & *immediatus Chriſti Vicarius*. Nam tunc *proxime*, & *immediate* vicaria poteſtas *membris* iiſdem *collectim omnibus* ineſſet; *mediate* vero Pontifici. Eſt autem eorum merito ab Synodo Conſtantienſi (1) damnata doctrina, qui dicerent = *Papam non eſſe proximum*, & *immediatum Vicarium Chriſti*. Qua ex re intelligitur, tuam item opinionem dignam eſſe cenſura, ut qui ſtatuas, *omnibus collectim membris* Eccleſiæ datam *immediate* poteſtatem clavium a Chriſto eſſe; ab iiſdemque

(1) Seſſ. VIII. *Cenſ. Prop. Wiclef.* XXXVII. *pag.* 301. *Tom.* VIII. *Concil. Edit. Pariſ. an.* 1714. & *pag.* 911. Eſt vero propoſitio illa damnata, hujuſmodi = *Eccleſia Romana eſt Synagoga Satanæ*, *nec* PAPA EST PROXIMUS, ET IMMEDIATUS VICARIUS CHRISTI, & *Apoſtolorum*.

que committi Epiſcopis, ac Pontifici Maximo ejus poteſtatis uſum.

Quid? Si *ſacro eodem approbante Concilio* Conſtantienſi, credendum ſit: *quod B. Petrus fuerit Vicarius Chriſti habens poteſtatem ligandi, & ſolvendi ſuper terram: & quod Papa canonice electus, qui pro tempore fuerit, ſit Succeſſor Beati Petri habens ſupremam auctoritatem in Eccleſia Dei.* (1)? Quod ſi credendum eſt, habuiſſe Sanctum Petrum *poteſtatem ligandi &c.* & *habere Pontificem auctoritatem ſupremam in Eccleſia*; ſane, qui ſtatuit *uſum, per collectionem commiſſum Petro*, & Succeſſoribus; *poteſtatem* vero *ligandi, auctoritatemque ſupremam eſſentialiter reſidere in omnibus collectim membris Eccleſiæ*; is ſtatuet adverſus doctrinam, quæ *credenda* eſt, adeoque merito erit ejus in erroribus numeranda opinio.

Peto nunc abs te, mi Febroni, vel potius precibus omnibus oro, atque obteſtor, ut [ poſt ubi hanc tibi propoſueris ſeriem Synodorum, Patrum, Scriptorum ] adſis animo, attendas, etiam atque etiam conſideres, quam vetus, quam late propagata, quam conſtans, quam perſeverans doctrina ſit de poteſtate clavium, quæ nonniſi

(1) Confer Bullam Martini V. editam *Sacro Conſtantienſi approbante Concilio Tom. eod. pag.* 915.

niſi Sacerdotibus (1) infit; utque inde pernoſcas, Majorum, qui ante Eccleſiæ Seculum decimum floruerunt, fuiſſe neminem, qui *collectim omnibus Eccleſiae membris* fuiſſe ligandi, ſolvendique poteſtatem tributam, aut affirmarit unquam, aut innuerit. Id vero ubi cognoris, rogo, te ut colligas, utque demum candide confiteare, tuum iſtud de clavium poteſtate *omnibus collectim Eccleſiae membris tributa*, commenticium, planeque novum doctrinae genus eſſe, atque adeo alienum a Catholico dogmate, ac jure propterea in errorum numerum rejiciendum.

## §. V.

*Monumenta X. & ſeqq. Seculorum, Scriptoreſque Galli, Hiſpani, Germani, Britanni, Itali, Graeci maximo numero, Febronianum dogma reprobant.*

Eorumdem Monumentorum, Scriptorumque multorum ſeries proponitur.

XII. Scriptores Galli qui poſt Seculum nonum floruerunt, haud ſecus cenſuerunt, atque a Patribus traditum fuiſſe vidimus. Conſulendi, qui Seculo decimo

(1) Major tamen eſt in Pontifice, quam in Epiſcopis; rurſumque Major in Epiſcopis quam in ſimplicibus Presbyteris, ut Patrum auctoritate liquet, utque

cimo floruere, Abbo Floriacenſis (1), Patres Synodi Troslejanae an. 909. (2). Aymonius in Vita S. Abbonis (3), Flodoardus (4), S. Oddo Cluniacenſis (5), Odilo (6): & qui Sec. xi. H. Turonenſis Archiepiſcopus, [7] Humbertus qui e Tullenſi Cœnobio Romam a Leone IX. accerſitus, creatuſque S. R. E. Cardinalis, & Epiſcopus Silvae Candidae (8) fuit, Ivo Carnotenſis (9), Patres Synodi Lemovicenſis habitæ an.

---

utque Martini V. Conſtitutio demonſtrat, edita *Sacro eodem Conſtantienſi approbante Concilio l. c. not. ſuperiore*

(1) *De Vitis Pontificum p.* 119. *Edit. an.* 1602

(2) *Cap. II. Tom. VI. P. I. Concilior. Edit. Pariſien. an.* 1714. *pag.* 507. *& Cap. V. pag.* 510. *ſqq.*

(3) *Vide Tom. VI. Conc. P. I. pag.* 738.

(4) *Hiſt. Remenſis lib. I. Cap. III. T. XVII. Bibl. PP. pag.* 405. *& Lib. II. Cap. XVII. p.* 541. *& Lib. III. Cap. XI. ſqq. pag.* 744. *ſqq. & Cap. XIII. pag.* 558.

(5) *Serm. IV. In Cathedr. S. Petri pag.* 259. *ſq. Tom. XVII. Bibl. PP. edit. Lugd. an.* 1677. De hoc non nihil diximus §. *Superiore*.

(6) *Serm. in Vigiliis Apoſtolor. Petr. & Pauli Ibid. pag.* 665.

(7) Inter *Opera* Fulberti Carnotenſis Epiſcopi, *Epiſt. CXVI. p.* 32. *Tom. XVIII. Bibl.* PP. *Edit. eiuſd.*

(8) In Opuſculo *contra Nicetam Pectoratum*, T. Eod. *Bibl. PP. pag.* 415.

(9) Parte *V. Decretor. Cap. VI. pag.* 137. *Edit.* 1647. & Epiſt. ad Urbanum II. Tom. VI. P. II. *Concil. pag.* 17. *edid. ejuſd.*

an.1031. (1) Johannes XVIII. P. M. in litteris ad Jordanum Lemovicenſem Epiſcopum, ceteroſque Epiſcopos Galliarum (2), Patres Synodi Remenſis an. 1049. [3] Anonymus editor Opuſculi de Berengarii Hæreſiarchæ damnatione multiplici (4), Zacharias Monachus Laudunenſis primum, tum Epiſcopus Chryſopolitanus (5), Anſelmus Burgundus Archiepiſcopus Cantuarienſis (6) Seculo XII. S. Bernardus Clarevallenſis (7). Arnulphus Lexovienſis (8). Petrus Lombardus Epiſcopus Pariſienſis (9), Hugo Victorinus (10), Petrus Cellenſis, & Goffridus Vin-

(1) *Tom. VI. Concilior. T. I. pag.* 874. *Edit. Pariſ. an.* 1614. *& pag.* 890. *ſq.*

(2) *Epiſt. I. pag.* 837. *Tom. ejuſdem*

(3) *Ibid. pag.* 1003.

(4) *Tom. eod. Conc. pag.* 104.

(5) *Lib. III. In Evang. To. XIX. Bibl. PP. p.* 834.

(6) *Homil. IV. in Evang. ſecundum Matth. pag.* 162. *edit. Opp. Pariſ. ann.* 1675.

(7) *Lib. II. de Conſiderat. ad Eugenium Cap. VIII. pag.* 187. *T. I. edit. Opp. Venetæ an.* 1765. *& Lib. ſeu Epiſt. XLII. ad Henricum Senonenſem Epiſcopum de Officio Epiſcopor. Cap. VIII. pag.* 210.

(8) *Epiſt. ad Alexandrum* III. *pag.* 1312. *Tom. XXIII. Bibl. PP. an.* 1677.

(9) Confer hujus Commentar. in Epiſt. ad Galat. Cap. II. pag. CXLV. Edit. an. 1535. & Lib. IV. Sententiar. Diſtinct. XVIII. Mirum certe, adeo fuiſſe confidentem Launoium, ut hunc pro ſe laudarit.

(10) Vide hujus locum, quem attuli ſupra *pag.* 162.

Vindocinenſis [1], Hildebertus (2) Turonenſis Epiſcopus, Hugo Rotomagenſis [3] Petrus Bleſenſis (4), Honorius Auguſtodunenſis (5) Patres Concilii Remenſis an. 1148. [6], Richardus a S. Victore, qui etſi Schotus Patria, tamen diu egit in Gallia. Sec. XIII. [7] Hugo Sanctæ Romanæ Eccle-

 ſiæ

162. *bujus Vol.* Quod is vero alicubi ait de Petro *typo* Eccleſiæ, deque datis Eccleſiæ clavibus, non tollit, quod idem dixit de poteſtate data ipſi Petro, deindeque Apoſtolis, Apoſtolorumque Succeſſoribus; ſed efficit, ut quoniam datæ claves fuerunt ad utilitatem omnium membrorum Eccleſiæ, datæ fuerint Petro Eccleſiam figuranti, vel datæ etiam dicantur Eccleſiæ. Quare non erat, cur hujus Scriptoris locum objiciendum nobis eſſe Launoius arbitraretur.

(1) *P.Cell.Serm. de Sancto Petro, ſeu Cathedra Petri Tom. XXIII. Bibl. PP. pag.*705. *ſq. & Sermone* I. *ex habitis in Synod. pag.*731. *ibid. & Serm.IV. pag.* 735. Confer etiam ejus Epiſtolas I. V. &c.Ibid. *p.*824. *ſqq. Goffrid. Vindoc.* Epiſt. ad Paſchalem Papam *To.* XXI. *Bibl.PP. p.*7. *& Epiſt. XXVI*I. *p.*22. & Epiſt. XXX. *pag.*23. *ſq.*

(2) *Serm. ad Paſtores ibid. pag.* 169.

(3) *Contra hæreticos ſui temporis Cap.* XIII. *pag.*1345. *Tom.*XXII. *Bibl. Patrum.*

(4) *Epiſt. CXLIV. pag.*1057. T. XXII. *Bibl. PP. & de Inſtit. Epiſc. ibid. pag.* 1182. *ſq.*

(5) *Lib.*I. *de Antiquo Ritu Miſſæ Cap. CXXXX*IX. *pag.*1071. T.*XX. Bibl. PP.*

(6) *Can.*I. *pag.*1301. T. *VI. Concil. P.*I. *edit. Pariſ. an.* 1714. *& pag.*1309. *ſq.*

(7) *Lib. de Clavib.Eccl. Cap.VI.ſqq. p.*419. *Edit. Colon. an.*1600.

ſiæ Cardinalis a Sancto Caro [1], Vincentius Beluacenſis [2], Guillelmus Peraldus, (3), Auctor Anonymus operis contra Catharos (4), Richardus de Media Villa (5), Guillelmus Arvernus Epiſcopus Pariſienſis (6), Guillelmus Autiſiodorenſis [7], Patres Synodi Pictavienſis (8): Sec. XIV. Herveus Natalis (9), Petrus Paludanus (10), Durandus a Sancto Porciano. Mitto ceteros, quos tamen ſi juſſeris numerabo: Seculo XV.

---

(1) *In Cap. XVI. Evang. Matth. pag.* 58. *ſq. Edit. Opp. Lugdun. an.* 1669.

(2) *Lib. III. Speculi Moralis Diſtinct. XI. Part. X. pag.* 1439. *Tom.* III. *Opp. Edit. Duac. an.* 1624

(3) *De Virtutib. III. Part. Tract. III. Cap.* XIII. *p.* 244.

(4) Cap. III. Apud *Martenium Theſauri Anecdotor. T. V. pag.* 1744. *ſq. Edit. Pariſien. an.* 1717.

(5) *In IV. Senten. Diſt.* XVIII. *Artic. I.. Qu. I. ſqq. pag.* 272. *ſqq. T.* IV. *Edit. Brix. an.* 1591.

(6) *Serm. I. & II.* de B. Petro *ad Vincula pag.* 439. *Tom. II. Opp. Edit. Pariſ. an.* 1674. *& de Sacram. Poen. Cap.* II. *ſq. p.* 458. *ſqq.*

(7) *In IV. Sententiar. pag.* CCLXXIX. *verſa ſqq. Pariſ. an.* 1500.

(8) *Cap.* V. *Tom.* VIII. *Conc. edit. Pariſienſ. an.* 1714. *p.* 851.

(9) *De Poteſtate Papæ p.* 374. *ſq. edit. Opp. Pariſ. an.* 1647

(10) *In IV. Sententiar. Diſt.* XIX. *q.* I. *fol.* 109. *edit. Pariſ. an.* 1614. Non diſcrepat a Paludano Durandus.

xv. Petrus de Alliaco (1), Johannes Gerſonius (2), Patres Synodi Narbonenſis (3), Johannes Capreolus (4): Seculo xvi. Genebrardus (5), Jacobus Almainus [6], Joahannes Major (7). Atque ita quidem Gallos ad Richerii uſque tempora



*Commentar. In* IV. *Sententiar. Diſt.* xix. *qu.* I. *p.*301. *edit. Lugd. an.*1558

(1) *De hoc diſſeram p.*424. *ſq.*

(2) *De Gerſone* ſeq. §. *diſſeremus*.

(3) *An.* 1430 *Tom.* IV. *Theſaur. Anecdotor. Marten. p.*352

(4) *In* IV. *Sent. Diſt.*xix.

(5) De Genebrardo §. inſequenti agam.

(6) Almainus *in lib. de Poteſt. Eccleſiaſtica, & Laica pag.* 8. *Tom. II. Opp. Richer. edit. Colon. an.* 1715. de exteriore juriſdictione agens: „ Non loquimur de Dominio, quod habent Eccleſiaſtici ſuper „ peccata in foro ſecreto, & poenitentiali, cujus „ Actus non poteſt exerceri in invitum; ſed loquimur „ de dominio, quod reſpicit forum exterius, & pu„ blicum, & eſt poteſtas immediate a Chriſto inſtituta „ ad coercendum fideles, ad videndum ſecundum le„ ges Evangelicas pro conſecutione felicitatis æternæ, „ & hæc poteſtas poteſt exerceri in invitum; con„ ſurgit TOTUM ORDINEM HIERARCHICUM SUAM POTE„ STATEM, & juriſdictionem, hoc eſt facultatem „ regendi Eccleſiam a Chriſto derivare „.

(7) In IV. *Sententiar. Diſt.* xix. Fol. CXCIII. Pote„ ſtas Eccleſiaſtica ſic definitur: Eſt poteſtas a Chriſto „ collata ſupernaturaliter, & ſpecialiter ſuis Apoſto„ lis, & Diſcipulis, & eorum Succeſſoribus legitimis, „ ſecundum leges Evangelicas „.

pora ſenſiſſe conſtat. Neque vero poſt mutavere ſententiam. Nam Eccleſiam Gallicanam in communi dogmate perſtare, multis eſt §. III. hujuſce Epiſtolæ demonſtratum [1]. Quod ſi negas, affer aut Cleri Gallicani Documentum ullum, ſi potis es; aut unum ſaltem aliquem nominato Gallum, qui ante Richerium ſecus ſenſerit, dixeritq; *omnibus collectim Eccleſiae membris poteſtatem ineſſe clavium*. Verumtamen vereor, ut nullum forte ſis, quem nomines, reperturus. Nam ſi eſſet ullus, ejus teſtimonio Launoius fuiſſet uſus, quo vix quiſquam aut ſtudioſior ſingularium opinionum inveſtigator; aut diligentior rariorum locorum venator fuit.

Nam quod ille ex Æduenſi libro Rituali edito an. 1523. opponit(2), non eſt ejuſmodi, ut movere quemquam poſſe videatur. Habet enim hoc modo: *Auctoritate Dei, & BB. Apoſtolorum Petri, & Pauli, & Sanctae Romanae Eccleſiae, & etiam Domini Noſtri Papae N. Summi Pontificis mihi in hac parte commiſſa, in quantum claves Sanctae Eccleſiae ſe extendunt, abſolvo te*. Jam plus millies hoc animadverti, oſtendendum fuiſſe ab Launoio,

(1) *Pag. 98. ſqq.*

(2) In laudata *Epiſt. ad Vallantiam, num.* LXVII. *p.* 238.

io, atque nunc abs te etiam oſtendi oportere ( *antequam* iſtinc quidquam concludas ) quo ſenſu *claves* dicantur eſſe *Sanctae Eccleſiae*. Nam *claves Eccleſiae* dici etiam poſſunt [ ita ut & ſaepe monui, & majorum efficit auctoritas, ] propterea quod ad ſalutem, utilitatemque totius Eccleſiae datae fuerint Apoſtolis; iiſque inde, qui Sacerdotes ſunt conſtituti. Si hoc ſenſu locus ille Æduenſis libri Ritualis intelligendus ſit, ut intelligi plane debet, niſi receſſiſſe a traditione majorum Eccleſiam Æduenſem velis; hoc, inquam, ſenſu ſi locus ille ſit intelligendus, quid inde tu capies commodi? Sin autem alio ſenſu intelligi ipſum oportere pugnes, is cujuſmodi ſit, exponito. Verum cave, ne quid efferras tuo arbitratu. Quidquid enim dixeris, aut Rituali eodem libro nitatur neceſſe eſt, aut communi doctrina Gallorum. Alioqui ſcito, te nihil actarum. Nihilo gravius eſt, quod Launoius ex Decreto Sacræ Facultatis Pariſienſis repetit, quod anno 1429. (1) in Johannem Sarrazinum editum eſt. Etenim eo Decreto hoc unum comprehendi video: *quandocumque in aliquo Concilio aliqua inſtituuntur, tota auctoritas, dans vigorem Statutis, reſidet, non in ſolo*



(1) *Launoius ibid. n.* LIII. *pag.* 232.

*Summo Pontifice*, *ſed principaliter in Spiritu Sancto*, *& Catholica Eccleſia*. Rurſum enim illud ante fixum ſit, oportet: quid ferat τό in *Eccleſia Catholica*? Nam ſi *unitatem* ſignificet, adeo ut Epiſcopis, qui in unitate ipſa *Eccleſiæ Catholicæ* ſint, conſtituendi in Synodis, judicandique jus plane inſit; contra vero, ſi forte ſint ab eadem unitate ſejuncti, jus idem non inſit; ſi hoc, inquam, modo *unitatem* ſignificet *Eccleſia Catholica*, id certe negari non poterit. Jam ut hoc modo ſignificet, fidenter negare, quî poteris, ſi quod alii item (1) Galli eruditionis, dignitatiſque laude præſtantes dixere, nihil obſtet. quin dicere etiam *Facultas Theologica Pariſienſis* potuerit? Sin autem Sacram Pariſienſem Facultatem, *Eccleſiæ Catholicæ* vocabulis, non Epiſcopos Catholicæ Eccleſiæ, ſed omnes *collectim Catholicos*, ſeu *omnia collectim membra Eccleſiæ* intellexiſſe pugnes, adeo ut *omnibus ijsdem membris* partes ſint communes in Synodis, juſque inſit dijudicandi, atque conſtituendi; tunc, te judice, non Epiſcoporum tantum definiendi poteſtas erit; neque excludi plebis, clericorumque minorum gentium colle-

(1) Vide Hugonis Rotomagenſis Epiſcopi *libros Dialogorum* apud Martenium T. V. *Theſauri Anecdotor.* p. 981. & 983.

collectio e numero eorum poterit, quibus poteſtas ſit data conveniendi in Synodos, ac de doctrina, atque diſciplina definiendi. Quod enim omnibus membris collectim competit, id ſi ejus collectionis numeroſioribus ordinibus adimatur, per ſummam certe injuriam adimetur. At ſine ulla injuria poteſtas de rebus Eccleſiaſticis judicandi, decidendique adimitur Ordinibus Clericorum minorum gentium, ac Laicorum, qui certe ſunt numeroſiores. Non ergo his iſtiuſmodi poteſtas competit. Adimi vero iis genus idem poteſtatis, quis aut Patrum fuit, aut nunc eſt orthodoxorum, qui neget? Immo una omnium vox eſt: errare eos, qui affirment, poſſe jure ſuo Laicos, Clericoſque minorum gentium legare e ſuis cœtibus ad Synodum aliquos, qui de re Eccleſiaſtica *collectim* una cnm Epiſcopis, dijudicent, ferantque ſententiam.

Scholamne Pariſienſem deflexiſſe a Patrum ſententia, ſecumque etiam ipſam pugnaſſe defendes? Non equidem arbitror. Jam quod de ſententia Patrum dico, ex ijs perſpicere facile poteris, quæ hactenus diſputata ſunt. Secum autem pugnaturam fuiſſe Sacram ipſam Pariſienſem Facultatem, quî neges? cum plane liqueat ann. 1389. hoc eſt ante annos XL.

 quam

quam Johannis Sarrazini doctrina proſcripta eſſet, eamdem Facultatem agentem apud Pontificem Maximum adverſus Johannem de Monteſono, agnoviſſe: *Ad Sanctam Sedem Apoſtolicam pertinere, auctoritate judiciali Suprema circa ea, quæ ſunt fidei, judicialiter definire* (1); & *ad Epiſcopos Catholicos pertinere, auctoritate inferiori, & ſubordinata circa ea, quæ ſunt fidei, judicialiter definire* (2); ad ceteros autem non pertinere *judicialiter*, ſed tantummodo ſi *Doctores Theologi ſint, poſſe eos determinatione doctrinali, & Scholaſtica, circa ea, quæ ſunt fidei doctrinaliter definire* (3). Non ergo, cuiquam, præterquam Pontifici, Epiſcopiſque auctoritatem ineſſe *judicialiter definiendi*, cenſuit. Eam vero ob cauſam ſic cenſuit, quod plane ſciret ijs de fidei doctrina decernendi jus eſſe, quibus data eſt a Spiritu Sancto regendarum Eccleſiarum auctoritas. (4) Epiſcopos autem

---

(1) Vide Tr*actatum ex parte Univerſitatis Studii Pariſ. pro cauſa Fidei contra F. J. de Monteſono editum a Petro de Alliaco*, apud *Carolum du Pleſſis d'Argentrèe Collect. judicior. T. I. P. II. p. 76. ſq.*

(2) *Ibid.*

(3) *Ibid. p. 77.*

(4) *Ibid. Concl.* II. *pag. 76.* „ Ad eos pertinet „ auctoritate judiciali inferiori, & ſubordinata in „ fide definire, ad quos pertinet conſimili auctorita- „ te

autem divino jure, atque *immediate* a Deo poſitos *regere Eccleſiam Dei*, exiſtimavit. At ſi *immediate a Deo* (1), non igitur *commiſſione omnium collectim membrorum Eccleſiæ*. Alioquin *immediate* ea poteſtas *collectim omnibus Eccleſiæ membris* conceſſa eſſet; adeoque *mediate*, hoc eſt per *omnia collectim Eccleſiæ membra* in Sacrorum Præſides poteſtas ipſa derivaretur. Quodſi & *immediate a Deo*, & *mediis omnibus collectim Eccleſiæ membris* voles; hoc ſane voles, ut Sacra Theologica Pariſienſis Facultas & *immediate a Deo*, & *non immediate* poteſtatem regendi, judicandique defluxiſſe in Epiſcopos dixerit; quod pu-

---

„ te Eccleſiam regere. Sed ad Epiſcopos CATHOLICOS (ſeu qui in unitate Eccleſiæ Catholicæ ſunt) pertinet ſecundum. Ergo & primum. Major patet, quia ECCLESIÆ REGIMEN MAXIME CONCERNIT FIDEM, & ideo cui JURE DIVINO COMMITTITUR ECCLESIAM REGERE, & EODEM JURE COMMITTITUR DE FIDE COGNOSCERE, & JUDICARE. Sed minor probatur auctoritate Pauli = *Act.* XX. *Cap.* ubi dixit: *Attendite Vobis, & univerſo Gregi, in quo vos Spiritus Sanctus poſuit Epiſcopos regere Eccleſiam Dei*. Unde probatur, quod jure Divino, & auctoritate Spiritus Sancti, Epiſcopi poſiti ſunt ad regimen Eccleſiæ Dei. Regimen autem importat judiciariam auctoritatem &c.

(1) Vide Propoſit. IV. Iohannis Sarrazini rejectam ab ea *Facultate*, & doctrinam ei propoſitioni oppo-

pugnans eſt. Ac ne ſuſpicari quidem poſſumus, qua tandem ratione ii, qui regendi, judicandique ſint ab Antiſtitibus; quos Antiſtites Spiritus Sanctus ad regendum, judicandumque poſuit; qua inquam, ratione ij, quos regi oporteat, ſi cum aliis jungantur, poſſint committere ejus poteſtatis, qua careant, uſum Antiſtitibus ipſis, qui poteſtate eadem Spiritus Sancti conceſſione potiuntur. Atque, ni ſecum pugnaſſe Sacram Theologicam Facultatem Pariſienſem velis; fateare neceſſe eſt: eam, *Eccleſiæ Catholicæ* vocibus, aut *Epiſcopos*, ſeu *Eccleſiam docentem* intellexiſſe(1); aut Cœtum Epiſcoporum, qui ſejuncti non ſint ab unitate Eccleſiæ Catholicæ (2). Quorum utrumque, cum tibi præſidio eſſe nequeat, non eſt, cur Sac. ejuſdem Facultatis patrocinio glorière. Ne vero puta, proficere quidquam te poſſe, ſi oſtenderis: Sacræ illius Facultatis

---

oppoſitam a *Faculttate* ipſa, quæ doctrina fert, conſonum eſſe veritati: *inferiorum Prælatorum poteſtatem eſſe immediate a Deo*. Parte ead. Tom·I. *Collect. judicior. pag.* 127. *ſq.*

(1) Quemadmodum alios item intellexiſſe novimus, a quibus dici vidimus, ſupra *p.* 358. *ſqq.* 399. *ſq. claves* eſſe datas Eccleſiæ *Prædicantium*, ſeu Sacerdotum.

(2) Vide, quæ ſupra animadverti, cum de Auguſtino differerem *pag.* 308. *ſqq.* hujus vol.

tatis Sententiam a noſtra eſſe hoc in genere, parte quapiam, diſcrepantem. Nam qua parte diſcrepet, plane novi; verumtamen non eſt hic nobis cum ea Facultate certatio. Itaque dummodo illa tibi non ſuffragetur, ſat habeo. Atqui eam non ſolum tibi non ſuffragari, verum etiam repugnare, demonſtratum eſt (1). Scio, Launoium Johannis, Gerſonis, Almaini, Johannis Majoris, Clicthoveique teſtimoniis abuti, quorum priores tres tu item nominas, quaſi tibi facem prætulerint; ſed de his erit ſequenti Paragrapho opportunior differendi locus. Nunc ad Scriptores Hiſpanos, Germanos, Britannos, Græcos, Italos propero, quorum eſt omnium communis concors, noſtræque planæ reſpondens, congruenſque ſententia.

Itaque, præter ea quæ numeravi in V. Antiquitat. Chriſt. volumine Parte I. legas volo Seculi X. Pontificum monumenta, ut Benedicti VIII. Johannis XVIII. Clementis II. Leonis IX. (2) Stephani IX.

(1) Confer, quæ ſupra fusè perſequuti ſumus *pag.* 105. *ſqq.* hujus vol.

(2) Benedictus VIII. *in Epiſt.* ad *Epiſcopos Burgundiæ, Aquitaniæ,* & *Provinciæ Tom. VI. Concilior. Parte I. pag.* 798. Johannes XVIII. *Epiſt. I. ad Cunctos Epiſcopos Galliarum Tom. eod. pag.* 837. Clemen-

IX. (1), Nicolai II. (2): & ſcripta: Petri Damiani Card. (3), Synodi Rom. an. 1074. habitæ (4) Dominici Patriarchæ Aquilejenſis (5), Germanorum quoque, Epiſcoporum Burchardi Wormatienſis (6), Herandildi, Moguntinenſis, Heriberti Colonienſis, Bobonis Trevirenſis, Eberardi Bamber-

mens II. *in Concil. Rom. an.* 1046. *Tom. eod. pag.* 923. Leo IX. *Epiſt.* ad *Michaelem Patriarcham Conſtantinopolitanum Cap. V. ſqq. p.* 929.

(1) *Epiſt. II.* ad *Pandulphum Marſicanum Tom. eod. p.* 1051.

(2) *Nicol. II. Epiſt.* III. *Ad Epiſcop. Beluacenſem Tom. eod. p.* 1054.

(3) *Opuſc.* XLVI. *de ferenda fortiter correptione Cap. V. pag.* 322. *Opp. edit. Pariſ. an.* 1654. aliiſque pluribus in locis. Scio objici hujus Epiſtolam XII. *Lib. I.* ad *Alexandrum II.* in qua eſt vò *dic Eccleſiæ*; qua de re multis nunc agere nolo. Satis erit, ut animadvertam, oſtendi abs te oportere: *Eccleſiæ*, apud Petrum Damianum, nomine, non Sacrorum Præſides, ſed omnia collectim Catholici coetus membra indicari. Id vero numquam oſtendes. Verum hac de re alias. Interea illud miror, obſcuris vos delectari Scriptorum teſtimoniis, poſthabitis iis quæ ſunt manifeſta.

(4) *Cap. VIII. p.* 1529. *Tom.* VI. *P.* I. *Concilior. edit. Pariſ. an.* 1714.

(5) *Epiſt.* ad *Petrum Antiochenum pag.* 109. *Tom.* II. *Monumentor. Eccleſ Græcæ edit. Cotelerii Pariſ. an.* 1681.

(6) *Parte* I. *Decretor. l.* 1. *c.* 1. *&* 11. *p.* 1. *edit. an.* 1549.

bergenſis. Mazelini Wircemburgenſis, Walteri Spirenſis, Ricodardi Coſtantienſis (1); Anglorum item, ut Canuti Regis (2), Lanfranchi Cantuarienſis Archiepiſc (3); Græcorum quoque, ut Petri Antiocheni [4], & Theophanis Ceramei (5). Sec. XII. Italorum Gelaſij II. *Epiſt. II. ad* Bernardum *Toletanum* (6). Innocentii II. Epiſt. ad Willelmum Hieroſolymitanum Patriarcham (7), Eugenii III. *Epiſt. I. ad Ludov. Regem Galliarum* (8), & *Epiſt. ad Epiſcopos* Germaniæ (9), Anaſtaſii IV. *Epiſt. VIII. ad Canonicos Regula-*

---

(1) Hi ſubſcripere diplomati Henrici Imperatoris, quod vide *T. eod. Conc. p.* 799.

(2) *Epiſtola ad Anglorum Proceres p.*845. *Tom. eod. Concilior.*

(3) *De Primatu Cantuarienſis Eccleſiæ contra Thomam Eboracenſem pag.* 378. *Edit. Pariſ. an* 1648.

(4) *Epiſt. ad Dominicum Aquilejenſem*, apud Cotelerium *Tom. II. Monumentor. Eccleſ. Græcæ edit. Pariſ. an.* 1681. *pag.* 115., & *Epiſt. ad Michaelem Cerularium Patriarcham Conſtantinopolitanum ibidem pag.* 149.

(5) *Homil.* LIV. quæ eſt de *SS. Apoſtolis Petro, & Paulo p.*375. *edit. Pariſ. an.*1646.

(6) *Tom. VI. P. II. Concilior. edit. Pariſ. ann.* 1714. *pag.*1941.

(7) *Ibid.* 1155.

(8) *Ibid. pag.*1241.

(9) *Ibid. pag.* 1246.

*gulares Lateranenſes* (1), Hadriani IV. *Epiſt. VII. ad Baſilium Archiepiſcopum Theſſalonicenſem* [2]. Quid autem ceteros commemorem.

---

(1) *Ibid. pag.*1327.

(2) *Ibid. pag.*1339. Miror, tam fuiſſe confidentem Launoium, ut Alexandrum III. favere putarit Sententiæ novae ſuae. Atque is num. XL. *Epiſtolae ad Vallantium*, unum Alexandri adducit locum *ex Epiſt.II.* in quo Pontifex de ſe loquitur, vocatque ſe *Miniſtrum univerſalis Eccleſiæ*. Sed quam errat graviter Launoius! Nam ſi ex eo loco concludi poſſet miniſterium commiti Pontifici non a Deo *immediate*, ſed ab Eccleſia; Chriſto item, concludet ab Eccleſia datam poteſtatem miniſtrandi fuiſſe, ut qui veniſſe quidem ſe dixerit, non *miniſtrari*, ſed *miniſtrare*. Miniſtri quidem ſunt Pontifices, ſerviuntque utilitatibus univerſæ Eccleſiæ, ſed eis divinitus data eſt auctoritas. Hoc Launoius, ſi bona egiſſet fide,ex Alexandri III. Epiſtolis cognoviſſet. Verum hæc novorum quorumdam Scriptorum agendi ratio eſt, ut non rebus inſiſtant, per ſe clariſſimis; ſed in monumentis majorum verba ambigua venentur, quibus implicare veritatem poſſint. Profecto hac de re manifeſta eſt Pontificum Apoſtolicæ Sedis traditio. Hanc diſſimulat Launoius, ſoliſque vocibus tribus Alexandri, noctes obducere communi dogmati ſtudet. Atque Alexander quidem in I. *Epiſt. ad Gerardum Epiſcopum*, & Canonicos *Bononien. pag.* 1377. *Tom. VI. Conc. P.II. & in Append.* I. *Epiſt.* XIX. *ad Upſal. Archiep. ibid. pag.*1438. *conſtitutum ſe a Domino ſuper gentes*, *& regna* dicit, *curamque* ſuam proinde *extendendam ad univerſum commiſſi gregis corpus*; perque

morem, cum, te ipſo auctore, opus non ſit? Nam jus Iſidorianum ſic tunc invaluiſſe arbitrare, ut non unum, alterumve; ſed, per ſummam injuriam (contra, ac promiſſio Chriſti poſtulet) omnes iis temporibus a vetere doctrina de clavibus, ſeu poteſtate, juriſdictioneque Eccleſiaſtica receſſiſſe, inque errores graviſſimos incidiſſe pronuncias. De iis qui Seculo XIII. claruerunt, non multis agam. Mitto Pontifices Innocentium III. Honorium III. Gregorium IX. Innocentium IV. quorum perſpicua eſſe teſtimonia non negabis. Quod ſi neges, eorum equidem verbis, errare te vincam. Scriptorum aliquos dumtaxat commemorabo, nempe Monetam Cremonenſem (1), Auctorem libelli inſcripti = *Interrogationes, quæ debent fieri per Inquiſitores ab illis, contra quos eſt præſumptio hæreſis* [2], S. Bonaventuram (3), & Sanctum

que *ſe, qui Cathedra* Petri *præſidet*, & Petro *paſtorali cura, ac dignitate ſucceſſit*, *adimpleri* munus oportere. Confer etiam *ejuſd. Append. Epiſt.* XXII. *pag.* 1445. Et *Epiſt. Canonicorum Aurelianenſium ad eumdem Alexandrum, ibid. p.* 1555.

(1) *Lib.* IV. *Contra Catharos*, & *Wald. Cap.* IV. *pag.* 305. *edit. Rom. an.* 1743.

(2) Confer eum libellum, qui extat *in Diſſert. Operi Monetæ Præfix.* a Rmo Sacri Palatii Magiſtro Thoma Auguſtino Ricchinio Viro clariſſimo *p.* XXIII.

(3) In *Cap.* IX. *Evang. Lucae pag.* 120. *Tom.* II. Opp.

„ nia Eccleſiaſtica Sacramenta ipſe Chri-
„ ſtus perficit; ipſe enim eſt, qui bapti-
„ zat, ipſe eſt verus Sacerdos, qui ſe ob-
„ tulit in ara Crucis, & cujus virtute
„ corpus ejus in altari conſecratur; & ta-
„ men quia corporaliter, non cum omni-
„ bus fidelibus præſentialiter erat futurus,
„ ELEGIT MINISTROS, per quos prædicta
„ FIDELIBUS DISPENSARET, ut ſupra dictum
„ eſt. Eadem igitur ratione, quia præſen-
„ tiam erat Eccleſiæ ſubtracturus, OPOR-
„ TUIT, UT ALTERI COMMITTERET, QUI LO-
„ CO SUI UNIVERSALIS ECCLESIÆ GERERET CU-
„ RAM. Hinc eſt, quod PETRO dixit ante
„ aſcenſionem: *paſce oves meas*; & ante
„ paſſionem: *Tu iterum converſus confirma*
„ *fratres tuos*; & ei SOLI promiſit: *tibi da-*
„ *bo claves &c.* ut oſtenderetur POTESTAS
„ CLAVIUM PER EUM AD ALIOS DERIVANDA ad
„ conſervandam Eccleſiæ unitatem. Mani-
„ feſtum eſt igitur, quod ita alios, qui
„ tunc erant, in miniſterio conſtituit, UT
„ EORUM POTESTAS DERIVARETUR AD POSTE-
„ ROS PRO UTILITATE ECCLESIÆ uſque ad fi-
„ nem ſeculi. Per hoc autem excluditur
„ quorumdam præſumptuoſus ERROR, qui
„ ſe ſubducere nituntur ab obedientia,
„ & ſubjectione Petri, SUCCESSOREM EJUS
„ ROMANUM PONTIFICEM UNIVERSALIS ECCLE-
„ SIÆ PASTOREM non RECOGNOSCENTES „. Et

*Cap. LXXIV.* „ Non eſt dicendum , quod poteſtas hujuſmodi ſic data ſit a Chriſto „ diſcipulis , quod per eos ad alios derivanda non eſſet . DATA EST ENIM EIS ad „ ECCLESIÆ ÆDIFICATIONEM . Tamdiu igitur „ oportet , hanc poteſtatem perpetuari , „ quamdiu neceſſe eſt ÆDIFICARI ECCLESIAM. „ Hoc autem neceſſe eſt poſt mortem diſcipulorum Chriſti uſque ad ſeculi finem „ ... Quia IGITUR HÆC SPIRITUALIS POTESTAS A CHRISTO IN MINISTROS ECCLESIÆ DERIVATUR ; oportuit , quod hæc ſpiritualis poteſtas ſub quibuſdam ſenſibilibus „ ſignis hominibus traderetur . . . Dominus ( autem ) diſcipulis , quibus commiſit ſui corporis conſecrationem , dedit etiam poteſtatem remittendi peccata , quæ quidem poteſtas per claves intelligitur , de quibus Dominus Petro dixit : *Tibi dabo claves &c.* In Opuſculo „ etiam I. *contra errores Græcorum* „ [1] „ Chriſti Vicarius ſuo Primatu , & providentia univerſam Eccleſiam tamquam „ fidelis miniſter Chriſto ſubjectam conſervat . Oſtendendum eſt ex auctoritatibus Græcorum Doctorum , Chriſti Vicarium IN TOTAM ECCLESIAM CHRISTI POTE-

(1) P. II. *pag.* 15. *Edit. Bergom. an.* 1741.

„ TESTATIS PLENITUDINEM obtinere. Quod „ enim Romanus Pontifex Succeſſor Petri, & Chriſti Vicarius, ſit primus, & „ maximus Epiſcoporum, Canon Concilii „ expreſſe oſtendit &c.. . Chryſoſtomus ſuper Matthæum Filius... poteſtatem Petro UBIQUE TERRARUM CONCESSIT, & *homini mortali* OMNIUM quæ IN CÆLO SUNT, „ dedit AUCTORITATEM, DANDO FIDEM CLAVES, ad HOC UT ECCLESIAM UBIQUE TERRARUM AMPLIFICET. Et ſuper Johannem in „ Homil. LXXXV. *Jacobum localiter in loco terminat, Petrum autem totius orbis ordinat magiſtrum, & doctorem.* Item ſuper Actus Apoſtolorum, *Petrus a Filio ſuper omnes qui filii ſunt, poteſtatem accepit, non ut Moſes in gente una, ſed in universo orbe.* Hoc etiam trahitur ex „ auctoritate Sacræ Scripturæ. Nam Petro oves ſuas indiſtincte Chriſtus com„ miſit, dicens Johannis ultimo = *paſce oves meas.* Et Joh. X. ut *ſit unum ovile, & unus paſtor.* Habetur etiam ex prædictorum Doctorum auctoritatibus, quod Romanus Pontifex habeat in Eccleſia plenitudinem poteſtatis... Chryſoſtomus.. „ ex perſona Chriſti loquens: ter te interrogo, an ames, an ames, an diligas? quia „ ter me trepidus, ac timidus negaſti. „ Nunc autem reductus, ne credant, te

„ gratiam, & clavium auctoritatem amiſiſſe, quia amas me, coram ipſis, id tibi jam confirmo, quod mecum eſt plenum. Hoc etiam trahitur ex auctoritate „ Scripturæ. Nam Deus Matthæi XVI. univerſaliter Petro dixit: *quodcumque ſolveris ſuper terram, erit ſolutum, & in cælis*. Oſtenditur etiam, quod Petrus ſit Chriſti Vicarius, & Romanus Pontifex Petri Succeſſor IN EADEM POTESTATE ei A CHRISTO COLLATA.. Oſtenditur etiam, quod ad ipſum pertineat, quæ fidei ſunt, determinare. Dicit enim Cyrillus in libro Theſaurorum, ut membra maneamus in capite noſtro Apoſtolico Throno Romanorum Pontificum, a quo noſtrum eſt quærere, quid credere,& quid tenere debeamus. Item Maximus in Epiſtola Orientalibus directa dicit: omnes fines orbis, qui Dominum ſincere receperunt, & ubique terrarum Catholici veram fidem confitentes in Eccleſiam Romanorum tamquam in ſolem reſpiciunt, & ex ipſa lumen Catholicæ, & Apoſtolicæ Fidei recipiunt; nec immerito. Nam Petrus legitur perfectam fidem eſſe confeſſus, Domino revelante, cum dixit Matth. XVI. *Tu es Chriſtus Filius Dei vivi*; unde & idem Dominus dicit: *Ego pro te rogavi Petre, ut non*

„ *defi-*

„ *deficiat fides tua* . . . Oſtenditur etiam, „ quod ſubeſſe Romano Pontifici ſit de ne- „ ceſſitate ſalutis &c. „. Horum ſunt ſimilia, quæ S. Doctor *Summa* ſua *Theologica* (1): *Diſputatis Quæſtionibus* (2): *Librisque Sententia-*



(1) *I. P. quæſt.* 1. *Artic. X. in c.* „ Ad illius „ auctoritatem pertinet editio ſymboli, ad cujus au- „ ctoritatem pertinet finaliter determinare ea, quæ „ ſunt fidei, ut ab omnibus inconcuſſa fide teneantur. „ Hoc autem pertinet ad auctoritatem Summi Ponti- „ ficis, ad quam majores, & difficiliores Eccleſiæ „ quæſtiones referuntur, ut dicitur *in Decret. Diſt.* „ *XLII.* Unde & Dominus Lucæ XXII. Petro dixit, „ quem Summum Pontificem conſtituit: *ego pro te* „ *rogavi Petre, ut non deficiat fides tua*, & tu *aliquan-* „ *do converſus confirma fratres tuos*. Et hujus ratio „ eſt, quia una fides debet eſſe totius Eccleſiæ, ſe- „ cundum illud 1. ad Corinth. *idipſum dicatis omnes*, „ *& non ſint in vobis Schiſmata*. Quod ſervari non „ poſſet, niſi quæſtio fidei de fide exorta determine- „ tur per eum, qui toti Eccleſiæ præeſt, ut ſic ejus „ ſententia a tota Eccleſia firmiter teneatur; & ideo „ ad ſolam auctoritatem Summi Pontificis pertinet no- „ va editio Symboli, ſic & omnia alia quæ pertinent „ ad totam Eccleſiam „. Confer, quæ de *plenitudi-* *ne* Pontificiæ Poteſtatis ſcribit 2. 2. *quæſt. LXXXIX.* *Art. IX. ad* 3. & 3. *P. q. LXXIII. Art. XI. ad* 1.

(2) *Quæſt. X. de Potentia Artic. IV. ad XIII. argum.* „ Sicut autem poſterior Synodus poteſtatem „ habet interpretandi Symbolum a priore Synodo con- „ dictum, ac ponendi aliqua ad ejus explanationem, „ ut ex prædictis patet, ita etiam Romanus Pontifex „ hoc

*tiarum* complexus eſt. Age vero, qui oportuiſſe dicit, ut *Chriſtus alicui committeret*, ut *loco ſui* UNIVERSALIS ECCLESIÆ CURAM GERERET: Qui affirmat, iſtiuſmodi curam a Chriſto fuiſſe datam Petro verbis illis, *paſce oves meas, & tu iterum converſus confirma fratres tuos, tibi dabo claves regni cœlorum,* ut oſtenderetur POTESTAS CLAVIUM PER EUM ad ALIOS DERIVANDA: Qui teſtatur, conſtituiſſe Chriſtum, ut Petri poteſtas derivaretur in Romanum Epiſcopum, adeoque hic in *eadem eſſet poteſtate a Chriſto ei collata*: Qui erroris proinde eos coarguit, qui reſiſtunt, & ipſum Pontificem *non agnoſcunt univerſalis Eccleſiæ Paſtorem*: Qui datam Petro, Apoſtoliſque poteſtatem, in Succeſſores *miniſtros*

„ hoc ſua auctoritate poteſt, cujus auctoritate ſola „ Synodus congregari poteſt, & a quo ſententia Sy„ nodi confirmatur, & ad ipſum a Synodo appella„ tur,. Vide etiam 2. 2 *quæſt. LXXXI. Artic. IX. ad* 3. & 3. P. *quæſt.LXXII. Artic.XI ad* 1. & Opuſculo XII. *Contra impugnantes religionem Cap. IV. ad VII. pag.* 79. *Edit. Rom. an.* 1773. & *pag.* 88. quo loco: „ Papa, *inquit*, habet immediatam juriſdictio„ nem in omnes Chriſtianos, quia Romana Eccleſia „ nullis Synodicis conſtitutis ceteris Eccleſiis præla„ ta eſt; ſed Evangelica voce Domini, & Salvato„ ris noſtri Primatum obtinuit, ut habetur in Decre„ tis *Diſt.XXI.Cap. quamvis* „. Confer quæ ſequun„ tur. Sed tempus me deficeret ſi omnia S. Doctoris hac de re loca perſequi vellem.

*niſtros Eccleſiæ a Chriſto* ipſo derivandam pro *utilitate* Eccleſiæ atque ad ejuſdem *Eccleſiæ ædificationem*, ſcribit; Qui *plenitudinem poteſtatis* in Pontifice eodem Romano, adverſus Pothianos diſputans, ſequutus Chryſoſtomum, eatenus admittendam docet, quod Petrus, cujus Pontifex ipſe Succeſſor eſt, claves a Chriſto acceperit: Qui ad eumdem Pontificem pertinere ſtatuit, *finaliter determinare ea, quæ ſunt fidei, ut ab omnibus inconcuſſa fide teneantur*; pugnatque *ad ipſum appellari a Concilio* Generali; hunc vos, qua confidentia citabitis opinionum veſtrarum teſtem? Vos, inquam, qui, contra atque ille ſtatuerit, *per omnia collectim Eccleſiæ membra*, non per Petrum, perque Apoſtolos a Chriſto *poteſtatem clavium* in Sacrorum Præſides *derivari* cenſetis; qui poteſtatem ipſam clavium in *membris* illis *collectim omnibus*, ut in ſubjecto reſidere arbitramini; exque iis *exercitium*, *uſumque* poteſtatis ejuſdem in Presbyteros, in Epiſcopos, in Pontificem etiam Maximum manare putatis; qui Romanum ipſum Pontificem *particularium* quidem Eccleſiarum, non autem *univerſalis Eccleſiæ Paſtorem* agnoſcitis; qui negatis, ad eum pertinere *determinare finaliter*, quæ *ſunt fidei*, *ut ab omnibus inconcuſſa fide teneantur*; qui demum eidem adimitis *plenitudinem* poteſtatis? An hoc

 age-

agere non idem vobis videtur eſſe, ac veritati noctes obducere, cum eos patronorum vos habere loco jactetis, quibus nemo fuerit doctrinæ veſtræ oppugnator conſtantior ?

Atqui S. Doctor *clavium Eccleſiæ* ſæpe meminit; Quis negat? Verum qua ſignificatione? ſcilicet non quo datæ *claves omnibus collectim membris Eccleſiæ* fuerint ita, ut iis, veluti ſubjecto inſint; ſed quo Sacrorum Præſidibus manentibus in Eccleſiæ unitate conceſſæ ſint, ut in his reſideant, eo fine, ut iiſdem ipſi utantur ad Eccleſiæ *ædificationem*, atque *utilitatem*. Cur autem hæc vos ſupprimitis, quæ tam ſunt perſpicua? Cur *finem* cum *ſubjecto* miſcetis? Hoccine erit ſtudio moveri tuendæ, non pervertendæ doctrinæ religionis?

Atenim Thomas Auguſtini ſectator fuit. Eſt ita ſane; quodque id Launoius confiteatur, habeo gratiam. Sed quid hinc efficies, niſi ut, quæ Thomæ tam patens, tamque manifeſta eſt, eadem ſit de *clavibus Eccleſiæ* Auguſtini ſententia?

Verum, inquies, conſtitui a Toma in *Tertia ſuæ Theologicæ Summæ Parte*: „ Miniſtrum Sacramenti agere in perſona „ totius Eccleſiæ, cujus eſt Miniſter „. Eodem revolveris. Mirum, ni etiam Chriſtum ab hominibus *uſum* poteſtatis accepiſſe

piſſe pugnes, propterea quod is *veniſſe* ſe non *miniſtrari*, dixerit, ſed *miniſtrare* (1)! Verum quæro, quo *ſenſu* Sacerdotem Thomas *Eccleſiæ miniſtrum* vocet? An quod putet, *committi* Sacerdoti *ab omnibus collectim Eccleſiæ membris uſum clavium*? Id vero ille non modo nuſquam ſcribit; ſed plane etiam indicat (ut vidimus) quam idipſum vero dogmati adverſetur. Non enim *uſum* tantummodo, ſed ipſam quoque poteſtatem clavium a Chriſto, non *per omnia collectim Eccleſiæ membra*, nam id ne ſomniavit quidem; ſed *per Apoſtolos* in horum Succeſſores *derivatam*, docet. Quo igitur, rogo te, *ſenſu τὸ miniſtros Eccleſiae* uſurpavit Thomas, niſi eo, quem ipſe promſit, ſcilicet quod ijdem Miniſtri inſtituti *a Chriſto* ſint, funganturque munere, ut *ædificationi Eccleſiæ*, atque *utilitatibus* ſerviant (2)?

At

(1) *Matth. Evang. Cap. XX. v. 27. ſq.* „ Qui „ voluerit in vobis primus eſſe, ſit veſter Servus; ſi- „ cut Filius hominis non venit miniſtrari, ſed mi- „ niſtrare, & dare animam ſuam pretium redem- „ ptionis pro multis „.

(2) Atque eſt ſane „ non modo ejus, qui Sociis, „ & Civibus, ſed etiam ejus, qui ſervis, qui mutis „ pecudibus præſit, eorum quibus præſit commodis, „ utilitatique ſervire „. *Cic. lib. I. Epiſt. I. ad Quintum Fratrem Cap. VIII. pag. 18. Tom. IX. Opp. edit. Genev. ann.* 1746.

At agit *Miniſter Sacramenti in perſona Eccleſiae, cujus eſt miniſter*. Fateor. Quid? Annon *agit* etiam, Thoma teſte, *in perſona Chriſti*? Quæro nunc, quomodo, auctore Thoma, Sacerdos *in perſona Chriſti*; & quomodo in *Eccleſiae perſona* agat. Nam id antea oſtendi ab Launoio debuerat. Niſi enim fixa, conſtitutaque vocabulorum ſignificatione, quam demum concluderet argumenti ſententiam? Verumtamen ſecus fecit. Verba quædam arripuit; abegit cetera, ex quibus dignoſci poſſet, quid Thomas vellet. Inde vero ſibi, quaſi jure quodam ſuo, adſumpſit, nihil tueri ſe, quod S Doctoris ſententiæ minus eſſe conſentaneum videatur. Atqui contra Thomas *in III. Summa Parte* (1): „ Primum agens, inquit, „ in quolibet genere ita eſt INFLUENS, quod „ non eſt recipiens in genere illo, ſicut „ ſol illuminat, & non illuminatur; & „ ignis calefacit, ſed non caleſit. CHRISTUS „ autem eſt FONS TOTIUS SACERDOTII. Nam „ Sacerdos legalis erat figura ipſius; Sacer- „ dos autem novæ legis IN PERSONA IPSIUS „ OPERATUR „. Hæc Thomas. Igitur quoniam Chriſtusfons Sacesdotii eſt, influitque in operationem Sacerdotis; Sacerdos fungens munere, agit in nomine, in virtute,

(1) Quæſt. XXII. Art. IV.

atque in *perſona* Chriſti. Nunc paucis accipe, quomodo agat Sacerdos *in perſona* Eccleſiæ. Poteſtas *clavium*, ejuſdemque poteſtatis *uſus*, ex inſtitutione Chriſti, eſt in Sacerdotibus, ut in ſubjecto, quemadmodum Thomas ſtatuit. Quare cum iis inſit poteſtas, non egent certe, ut ſibi eadem *poteſtas*, *poteſtatiſve* ipſius *uſus* committatur ab *omnibus collectim membris Eccleſiæ*. Jam vero Sacerdotes, dum munere funguntur, partes agunt mediatorum inter Deum, & populum [1]. Munus autem obeuntes Mediatorum vota, preces, &c. Eccleſiæ offerunt Deo, nomine ejuſdem Eccleſiæ (2). Qui porro aliquid agit cujuſquam

(1) *S. Th. 3. P. Quæſt. XXII. Art. I. in c.* „ Proprium Sacerdotis eſt, eſſe mediatorem inter „ Deum, & populum, *inquantum* ſcilicet DIVINA „ POPULO tradit. Unde dicitur Sacerdos, quaſi ſacra „ dans, ſecundum illud Malachiæ 2. *legem requirent* „ *ex ore ejus*, ſcilicet Sacerdotis: & iterum, IN „ QUANTUM PRECES POPULI DEO OFFERT &c. Vide etiam *Artic. V. in c.*

(2) *In IV. Sentent. Diſt. XXIV. Qu. II. Art. II. ad 2.* „ Actus aliqui immediate ad Deum ordinantur, „ dupliciter: uno modo ex parte perſonæ tantum, „ ſicut facere ſingulares orationes, & vovere, & hu- „ juſmodi, & talis actus competit cuilibet baptizato. „ Alio modo ex parte totius Eccleſiæ, & ſic ſolus Sa- „ cerdos habet actus immediate ad Deum ordinatos, „ qui

quam nomine, id in *ejuſ perſona* agere dicitur. Quo ſane pacto S Thomas ſcribit, agi ab Sacerdote in perſona Eccleſiæ. Age nunc, edicito, quid hinc tu elicere poſſis, quod tuo ſit dogmati ſimile? Quamquam nonnihil etiam eſt, cur Sacerdos agere dici poſſit *in Eccleſiæ perſona*. Qua quidem de re quoniam ſupra copioſe ſcripſi, cum de Auguſtino diſſererem (1), nihil eſt opus, quamobrem eſſe rurſum diſſerendum putem.

Non ſum neſcius, quid ſis poſtremo dicturus. Nempe confugies ad quotidiana illa veſtra de Iſidoriano jure; negabiſque, eſſe auſcultandum Thomæ, quod Iſidori merces tunc in pretio eſſent, cum ille viveret Ego vero Doctorem Angelicum aſſenſum fuiſſe Iſidoro, vehementer nego, cum certum habeam, nihil ei fuiſſe probatum, quod non eſſet ipſe mutuatus a Patribus. Verum fac, aſſenſus fuerit Pſeudo-Iſidorianis Epiſtolis; quid igitur fuit cauſæ, cur S. Thomam ipſum Launoius, quaſi ſibi conſentientem commemoraret? Licerene vobis putas, ſcri-

„ quia ipſe ſolus poteſt gerere actus totius Eccleſiæ, „ qui conſecrat Euchariſtiam &c. „. Quis autem neget, eum qui *actus gerat totius Eccleſiæ*, agere *in perſona Eccleſiæ*?

(1) *Pag.304. ſqq. hujus vol.*

ſcriptores quoſcumque poteſtis, ac ſi veſtra probarint, laudare; ea tamen lege, ut ſi falſo eos a vobis nominari demonſtretur, continuo dicatis, non laborare vos, quippe qui noveritis, mercibus eos fuiſſe delectatos Iſidorianis? Satis de Thoma.

Quod autem is cenſuit, idem Scriptores Seculi XIII. Italos reliquos (1), Hiſpanos, Germanos, Britannos, Græcos etiam cenſuiſſe dico. Si hos item Iſidorianos pugnes fuiſſe; non erit, cur ipſorum utar auctoritate. Nam eam reſpues. Sin contra ſtatuas; eorum, mihi crede, teſtimoniis obruere. Expecto, quid ſis dicturus. Quamquam Græcos Iſidorianis Epiſtolis aſſenſos, quî tandem cenſeas, qui eas ne vidiſſent quidem? Itaque patere, ut de his etiam nonnihil dicam. Mitto Niconem (2). Duos com-

---

(1) Sunt in his Aegidius Columna, Ptolemæus Lucenſis, Petrus de Tarantaſia, Henricus Oſtienſis, &c. in Hiſpanis S. Raymundus Pennafortius, qui os Hiſpaniæ fuit, dum viveret; in Germanis Albertus Magnus, Salsburgenſis, & Ildeſeimenſis Epiſcopi, ad quos extant litteræ Gregorii IX. *ann.* 1235. *ſcriptæ Tom.* VII. *Concilior. pag.* 241. *ſq. edit. Pariſ. an.* 1714. in Britannis Alexander de Ales, Edmundus Cantuarienſis *Specul. Eccl. Cap.* XIV. *Tom.* XXV. *Bibl. Patrum pag.* 321. *edit. Lugd. ann.* 1677., ceteri denique omnes, quos nunc recenſere non vacat.

(2) *Nicon. in Epiſt. ad Encliſtum tom.* XXV. *pag.* 328. *Bibl.* Patrum.

commemorabo, qui mihi omnium inſtar erunt, Johannem Veccum Patriarcham Conſtantinopolitanum, & Michaelem Palaeologum Imperatorem. Sunt autem horum de Romani præſertim Epiſcopi auctoritate quæ, non ab *omnibus collectim Eccleſiæ membris* (nam id ne ſuſpicati umquam fuerunt), *ſed per Petrum* in Pontificem ipſum permanarit, luculentiſſima teſtimonia. Palaeologi autem verba ſic habent (1). „ Ipſa
„ quoque Romana Eccleſia ἄκρον, καὶ τέλειον
„ *ſummum*, & *perfectum* primatum, & prin-
„ cipatum ἐπὶ πᾶσαν τὴν καθολικὴν ἐκκλησίαν, *ſu-*
„ *per omnem Catholicam Eccleſiam* obtinet,
„ quem ſe ab ipſo Domino in B. Petro Apo-
„ ſtolorum Principe, vel vertice, cujus Ro-
„ manus Pontifex eſt Succeſſor, cum po-
„ teſtatis plenitudine recepiſſe veraciter,
„ & humiliter recognoſcit: & ſicut præ
„ ceteris tenetur fidei, veritatem defende-
„ re; ſic & ſi quæ de fide ſubortæ fuerint
„ quæſtiones, ſuo debent judicio definiri
„ &c.

---

(1) *In Epiſt. ad Gregorium X. quæ extat in Actis Concilii Lugdunenſis II. pag.695. to.* VII. *Concil. Edit. Pariſ. ann.*1714. *pag.* 698. „ Sacramentum Im-
„ peratoris ejuſdem proponitur a Gregorio Acropoli-
„ ta, quo jurat idem Auguſtus: Primatum ſe fateri
„ Romanae Eccleſiae, prout in præmiſſa ſerie conti-
„ netur; venireque ad ipſius Eccleſiæ obedientiam
„ ſpontaneum &c.

,, &c. ,, Johannis verò Patriarchæ Synodalibus litteris (1) hæc continentur: ,, Ipſa Sa-
,, croſancta Romana Eccleſia ſummum, &
,, perfectum primatum, & principatum ſu-
,, per Univerſum, & Catholicam Eccle-
,, ſiam obtinet, quam in ſe ipſa ab ipſo Do-
,, mino Beato Petro Apoſtolorum Principe,
,, ſeu vertice, cujus Romanus Pontifex eſt
,, Succeſſor, cum plenitudine poteſtatis
,, accepiſſe, vere, ac humiliter recogno-
,, ſcimus ,,.

De Seculi XIII. Scriptoribus Italis, ceterarumque Nationum longum eſt dicere. Perpaucos memorabo Italorum, ut Raynerium Piſanum, Rogerium Cavalcam, Alexandrum a S. Elpidio, Auguſtinum Triumphum &c. Johannem Andream &c. Hiſpanorum Alvarum Pelagium: Britannorum Johannem Baconum, Guidonem Perpinianenſem: Græcorum Emanuelem Calecam, Barlaamum Epiſcopum Jeracenſem &c. Seculi XV. S. Antoninum Archiepiſcopum Florentium, Joannem Dominici S.R.E. Cardinalem, Aeneam Silvium S. R. E. Cardinalem Piccolomineum, Julianum Caeſarinium; Hiſpan. Johannem a Turrecremata, Patres Synodi Dertoſanæ an. 1329. &c.(2) Neque vero

(1) *Tom.* VII. *Conc. p.* 754. *edit. Pariſ. an.* 1714.
(2) *Tom.* VIII. *Concilior. edit. Pariſ. ann.* 1714. *pag.* 1055. & 1057.

vero Concilia aut Conſtantienſe, aut Piſanum uſquam dixere, omnibus *collectim Eccleſiæ membris* poteſtatem ineſſe *ligandi, atque ſolvendi*; ſed Sacrorum Miniſtris tantum, ut ex illorum Actis perſpici plane poteſt; qua de re alias. Atque id te quidem agnoſſe intelligo, cum miſſis eorum publicis monumenris, ad Toſtati, Eſcobariique auctoritatem confugeris, de quibus paullo poſt erit nobis inſtituendus ſermo. Acceſſere Latinis Græci Joſephus Patriarcha Conſtantinopolitanus, Andreas Rhodius, Georgius Trapezuntius &c. Sec. XVI. communem doctrinam amplexi fuere Alanus Copus, Albertus Pighius, Johannes Stephanus Valentinus, Johannes Fiſcherus Roffenſis Epiſcopus, Gregorius Nunnius Coronellus, Johannes Eckius, Jacobus Latomus, Stanislaus Hoſius, Reginaldus Polus, Nicolaus Sanderus, Jodocus Coccius, Albertus Pius Comes Carpenſis, Auguſtinus Steuchus Eugubinus, Melchior Canus, Petrus Sotus, Thomas Cajetanus S. R. E. Cardinalis, Ægidius Viterbienſis, Henricus VIII. Angliæ Rex, anteaquam ſe ab Romanæ Eccleſiæ ſinu, conflato Schiſmate, ſejunxiſſet, Onuphrius Panvinius, Thomas Campegius, Alphonſus Vargaſius, innumerabileſque prope alii. Seculo XVII. Matthæus Caryſophilus, Angelus Petricca, Balthaſar

thaſar Nardius, Caeleſtinus Sfondratus, Dominicus Gravina, Leo Allatius, Dominicus a SSma Trinitate, Petrus Arcudius, Marcus Antonius Cappellus Minorita Conventualis, qui etſi minus recte ante ſenſiſſet, tamen inde factorum pœnitens, auctoritatem Hierarchicam egregie propugnavit, dignuſque eſt habitus, qui ſingulari Brevi ab Apoſtolicæ Sedis Antiſtite commendaretur, locumque in Epiſcopis obtineret; Michael Mauclerus, Nicolaus Coeffetau, Andreas Duvallius &c. &c. quorum ſi, non referre quidem, ſed indicare teſtimonia inſtituerem, vix aliquando facerem ſcribendi finem. Et non dubitas tu tamen, dogma tuum communi ſententia tutum dicere. Sed age videamus, quam magnus ſit numerus Theologorum, quorum auctoritate fretus, nihil te ſequi jactas, quod a communi doctrina diſcrepet.

## §. VI.

*Scriptorum, quos ſibi Febronius praeſidio eſſe arbitratur, vix ulli ſunt, qui ab eo non diſſideant.*

XIII. CUM Scriptorum, (de quibus jam ſupra eſt, quam longe ab opinione tua diſſideant, demonſtratum) nul-

Fateatur neceſſe eſt Febronius, etiam ſi Scriptores XV. Seculi plus centum ſuffra-

gatores afferre poſſet, nihil ſe tamen poſſe proficere.

nullum præter paucos uti faventem tibi commemores, qui ante Seculum XV. claruerit; cumque ea ipſorum, quam dedi, ſeries jam inde ab Eccleſiæ ſeculo ſecundo uſque ad quintum ac decimum ducta ſatis evincat, novam eſſe, quam tute defendis, adeoque merito reſpuendam doctrinam *de clavibus*, quæ in *omnibus Eccleſiæ collectim membris reſideant*; fateare neceſſe eſt, etiamſi plures quam centum poſteriores Scriptores numerare poſſes, qui tibi iſta propugnanti præiverint, nihil te tamen eſſe conſequuturum. Verumtamen, age inito eorum numerum, quos adjumento tibi fore arbitrare.

Ad Gallos provocat Febronius, ſed horum nullum nominat. Toſtatum appellat Hiſpanum. Sed is neque accuratus fuit, neque tam cautus ut anſam Proteſtantibus nova ſua dogmata propugnandi non dederit.

In Priore Volumine tuo (1), *ea*, inquis, *eſt communis Sententia Theologorum Galliae, tam veterum, quam recentiorum*. Quos tu mihi Theologos Gallos narras? Equidem eorum ad ſeptimum, ac decimum ſeculum fuiſſe oſtendi neminem, quin contra ſenſerit. Si negas, produc ipſorum aliquem. At ne unum quidem nominas. Toſtati mox imploras fidem. Sed is neque Gallus fuit, neque cujuſquam meminit Gallorum. Atqui poſtulabat ratio, ut cum appellaſſes Gallos, horum aliquem veterem, aut ſaltem novum, qui ante Richeriana tempora vixiſſet,

(1) Cap. I. §. VI. *pag.* 21.

xiſſet, dicti tui afferres teſtem. Tu vero (quaſi ſumma inopia Scriptorum Gallorum eſſet, cum maxima eorum copia ſit) ad Hiſpanum confugis, multiplicitate quidem, magnitudineque voluminum, quae ſcripſit, celebrem; ſed eum, qui non ita ut Hiſpani ceteri moderatus, ac gravis eſſet; quique ingenio ſuo interdum indulgeret; eoque res cavillando proferret, ut in ſuſpicionem adduceret ſuam fidem; ac etſi catholice ſe aliquando explicare coactus ſit, arma tamen quædàm Calvinianis nonnumquam ſubminiſtraſſe viſus fuerit, quibus hi dogma hæreticum ſuum tueri ſe poſſe arbitrentur. Jam animum advertas volo. Dic, quo Toſtati loco utare? Eo certe ipſo, quo Calvinianus Claudius Charentonius abutitur, ut errorem confirmet ſuorum ajentium: *in omnibus membris Eccleſiarum* poteſtatem ineſſe *clavium*, ab iiſdemquè membris committi Præſidibus Sacrorum ejuſdem poteſtatis *uſum* (1).

Ego vero etſi Toſtatum in iſto tam longo, quem ab Launoio (2) mutuatus es, *textu*, non ut Patrum dicendi fert ratio, ſed more Politicorum hujus ſeculi egiſſe video; non tamen video de *omnibus eum* colle

Toſtatus non favet Febronio. Si faveret, non magnopere laboraremus.

(1) *Defenſe de la Reforme pag.* 353.
(2) Vide Launoium *Ibid. n.* LV.

*collectim Eccleſiæ membris* loqui. Nam ut ut implicata ejus ibidem ratio eſt, ut ut dumis horrida; nil impedire tamen, exiſtimo, quin de ſola *Præſidum* Sacrorum *Collectione* loqui potuerit, quam *Eccleſiae, communitatiſque* vocarit nomine (1). Quod ſi ita eſt, cum Gallis ei conveniet; non tecum. Sed fuerit ille omnino tuus, non laboro. Quid enim tunc morarer hominem novi dogmatis adſertorem, contra Patrum, ac Synodorum veterem, conſtantem, perpetuam, communem, latiſſimeque propagatam doctrinam, ſuo arbitratu conſtituentem? Alia item is dixerat, quæ in reprehenſionem incurrerunt. Fuit enim hæc ejus, inter ceteras propoſitio = *A pœna, aut a culpa Deus non abſolvit, nec aliquis Sacerdos abſolvere poteſt* (2). Hæc cum merito offendiſſet multos, catholicorum, ab eo declaranda fuit. Quare anno 1443. datis ad Eugenium IV. Pontificem litteris: „ Non intendi, *inquit*, nec „ nunc intendo negare POTESTATEM Dei, „ nec SACERDOTUM in abſolvendo; quia alias „ me oporteret concedere, quod omnes homi-

(1) Vide ejus *Secundam Partem Defenſorii Cap.* LXXIX.

(2) Confer Raynaldum ad an. 1443. n. XXIV. & Dupleſſis d' Argentrée *Collect. judicior. Eccleſ. ad an.* 1443. *Tom. I. P. II. pag.* 241.

„ homines, qui ſemel peccaſſent, nullam
„ poſſent habere remiſſionem peccatorum,
„ & quod perirent æternaliter; quod ta-
„ men ego negabam, & nego ſemper. Sed
„ ego concedo, & conceſſi ſemper, quod
„ Deus poteſt abſolvere in omnibus pec-
„ catis. PAPA ETIAM POTEST ABSOLVERE
„ AB OMNIBUS PECCATIS, & poteſt dare
„ plenariam indulgentiam, liberando ho-
„ minem a tota pœna Purgatorii. Et hoc
„ eſt, quod PAPA HABET CLAVEM LIBERAM
„ SUPER TOTUM THESAURUM ECCLESIÆ. Con-
„ ceſſi etiam, & concedo, quod Sacerdo-
„ tes minores poſſint abſolvere a pecca-
„ tis, & poſſint tollere VIRTUTE CLAVIUM
„ quamdam partem pœnæ Purgatorii, ad
„ quam peccator poſt contritionem, &
„ confeſſionem manebat obligatus „. Quid
autem eſt, Papam habere *clavem liberam*;
niſi *habere clavem* ita, ut a mortalium ne-
mine pendeat? Nam ſi penderet, *libera* non
eſſet. Ceterum ita ſe Toſtatus auctoritati
Pontificis ſubdidit, ut adderet = „ Sed in
„ omnibus determinationi, & correptioni
„ Sanctitatis Veſtræ, & Sanctæ Romanæ
„ Eccleſiæ tam in ſententia, quam in ver-
„ bis me ſubmiſi, & ſubmitto, a qua num-
„ quam intendo deviare, ſicut nec hucuſ-
„ que aliquando ſponte deviavi, nec etiam
„ intendi præjudicare veritati &c. „. Ve-

 rum

rum quid multis eſt opus, ſi quæ ille ambigue loquutus alicubi eſt, ea non indiligenter multis quæſtionibus explicavit? Sed hæc quorumdam, veſtrum Febroni, conſuetudo eſt, ut miſſis perſpicuis, involuta, atque implicata ſectentur. Attende quid Toſtatus ſcripſerit in *Octava*, ac *ſexageſima Quæſtione in Cap. XIV. Matthæi*: „ Chriſtus DABAT PETRO quoddam nomen „ officii, PRINCIPATUS, PRÆLATIONIS. Fuit „ enim UNIVERSALIS EPISCOPUS, & conve„ nienter hoc deſignatum eſt, vocando eum „ Petrum. Nam in fide, quam Chriſtus „ vocat petram, qui ſub Chriſto ſunt, con„ veniunt. Ille ergo, qui PRÆEST OMNI„ BUS MANENTIBUS SUB HAC PETRA fidei Chri„ ſti, convenienter dicetur Petrus. Sed „ Simon primus Apoſtolus conſtitutus eſt „ UNIVERSALIS EPISCOPUS, & MAXIMUS OM„ NIUM EPISCOPORUM; ideo ipſe convenien„ ter Petrus dictus eſt „ [2]. Et Quæſt. LXXII. „ Dicendum eſt, quod Eccleſia, ID „ EST MINISTRI EJUS HABENT CLAVES RE„ GNI CÆLORUM, ut CHRISTUS DICIT HIC, „ Dicuntur autem claves regni caelorum, „ id eſt Eccleſiæ militantis, uno modo, „ quia in SOLA ECCLESIA militanti ſunt; extra

(1) *Pag. 170. Tom. IV. Edit. Venetæ an. 1596.*

„ tra Eccleſiam autem non ſunt claves.
„ Infideles autem, & Schiſmatici, quam-
„ diu manent præciſi ab Eccleſia publice.
„ licet HABENT CLAVES QUANTUM AD ES-
„ SENTIAM, cum NON DIFFERANT A VERI-
„ TATE ORDINIS, ET ORDINES VERI SUNT
„ IN HÆRETICIS; tamen quantum ad usum
„ non HABENT &c.. Secundo, quia uſus ha-
„ rum clavium ſolum manet, quamdiu man-
„ ſerit regnum cælorum, ideſt Eccleſia mi-
„ litans &c.„. (1) *Quæſt.* LXXIII poteſta-
tem clavium Eccleſiæ, *clavem miniſtrorum* vo-
cat (2) *Quæſt.* LXXIV. quærit, *quid ſit clavis
Eccleſiæ, & in quo ſit velut in ſubjecto*, ſcri-
bitque hoc modo = „ Sciendum eſt, quod
„ clavis eſt quædam poteſtas, quæ DATUR
„ IN ORDINATIONE, & REALITER NON DIF-
„ FERT A CHARACTERE SACERDOTALI, ſed SE-
„ CUNDUM RATIONEM ... Epiſcopus per po-
„ teſtatem, quam RECIPIT in CONSECRATIO-
„ NE ſua, non conformatur Chriſto, ſed ſub-
„ ditis, ſcilicet, quia poteſtas Epiſcopa-
„ lis non eſt ad corpus Chriſti verum;
„ cum iſtam totam jam plene Sacerdos
„ habeat, ſed ordinatur ad corpus Chri-
„ ſti myſticum, ideſt ad ſubditos, ut poſ-
„ ſit facere aliqua, quæ proſunt Eccle-

 „ ſiæ,

(1) *Ibidem pag:* 171.
(2) *Ibidem pag:* 172

„ ſiæ, & non poſſunt illa Sacerdotes (1)„. Oſtendit porro in Sacrorum Miniſtris poteſtatem ejuſmodi reſidere, non in cunctis collectim membris Eccleſiæ. Nam iis orandi munus competere, qui in collectione Sacerdotes non ſint; Præſidibus autem ligandi, ac ſolvendi. *Quaeſt.* LXXXIII. quærit an *ſoli Sacerdotes habeant claves*. „ Di- „ cendum, *autem*, *inquit*, quod CLAVEM „ PROPRIE SUMTAM SOLI SACERDOTES HA- „ BENT „. Diſtinguit inde *proprie* ſumtam poteſtatem, ab ea, quæ non eſt proprie *clavis*; additque hanc, quæ *proprie* clavis non eſt [cujuſmodi ait eſſe excommunicandi poteſtatem] *dependere* tamen a proprie ſumta clave; *nam quando Petro collata eſt poteſtas clavium, collata fuit etiam poteſtas excommunicandi &c.* (2). *Quaeſt.* *LXXXIV. de Sanctis, qui non ſunt Sacerdotes*, quærit, an *claves habeant*, ac „ Dicen- „ dum, *inquit*, quod ſoli Sacerdotes li- „ gant, & ſolvunt: QUIA CUJUS EST POTE- „ STAS, EJUS EST ACTUS; & tamen poteſtas „ ligandi, & ſolvendi ſolius eſt Sacerdo- „ tis, ergo ligare, & ſolvere ſolius Sacer- „ dotis erit. (3)„ E quibus quidem omnibus

(1) *Ibid. pag.* 181. *ſq.*
(2) *Ibid. pag.* 182. *ſq.*
(3) *Ibid. pag.* 183. *ſqq.*

nibus plane liquet, 1. Toſtatum, ſi quid minus recte dixit, id Pontifici ſubjeciſſe; quem, utpote Succeſſorem Petri, *majore omnibus Epiſcopis poteſtate* pollere noverat (1). 2. Petrum fuiſſe a Chriſto conſtitutum *univerſalem Epiſcopum*, & *Maximum omnium Epiſcoporum*, indeque Pontifices Romanos plus ceteris Epiſcopis valere. 3 Cum Toſtatus dicit: *Eccleſiam habere claves*, id intelligit *de Sacris Miniſtris*, qui quoniam ſunt in Eccleſia, fit ita, ut in Eccleſia item eſſe dicantur *claves*. 4. Non ab Eccleſia, ſeu a collectione omnium Eccleſiæ membrorum committi Sacerdotibus uſum poteſtatis; nam iis, qui Sacerdotio non ſint per ordinationem conſtituti, orandi munus competere, poteſtatem vero *clavium* ineſſe nullam; ſed uſum eumdem Sacerdotum eſſe, qui *poteſtatem* divinitus, impreſſione characteris, acceperint. 5. Solis Sacerdotibus ineſſe *proprie* ſumtas *claves*: eas autem, quæ minus *proprie* claves dicantur, adnexas eſſe poteſtati Sacerdotali, adeo ut exerceri a nemine poſſint, qui Sacerdos non ſit, aut cui Pontifices non commiſerint ordinariam, vel temporariam facultatem. 6. Sacerdotum ſolum eſſe ligandi, ſolvendique poteſtatem; propptereaque eorum-

(1) *Ibid. quæſt.* LXXXVI. *pag.* 185.

eorumdem etiam eſſe actum . Hæc vero , quæ tam contraria ſententiæ tuæ ſunt, quibus tandem machinis contorquebis , ut *omnibus collectim Eccleſiæ membris , non ſolis Sacerdotibus clavium poteſtatem* datam , in iiſque ipſam reſidere ſignificent,ita ut ab iiſdem *membris omnibus uſus* ipſius poteſtatis Sacerdotibus committatur ? Cum autem hæc cum tua ſententia componere nequeas , quid ages ? Perſtabis ne in urgendo teſtimonio Toſtati , quo uno maxime confidis , an contra ? Si perſtes , quæro , utrum illud iis , quæ attuli , nec ne congruat ? Si congruit ; non eſt , cur illud urgere perſtes, nam repugnaret tibi. Sin autem non congruere putas; pugnantia certe Toſtatum fuiſſe loquutum fatebere . Detur autem tibi , eum fuiſſe pugnantia loquutum . Quid ? Cenſeſne , probari cuiquam poſſe hominem cum majorum doctrina , ſecumque etiam confligentem ? Verum de Toſtato hactenus .

Joh. Gerſon. Longe diſcrepat a Febronii opinione.

In altero Volumine tuo (1) ad Gerſonem provocas. Hujus loca producis duo, primum ex ſermone *de Sabbatho Palmarum* (2) , alterum ex ejus Tomo II. Operum pag.

---

(1) *Apolog. Adv. IV. Theologos Art.* III. *p.* 83.

(2) *Tom. II. Opp. pag.* 205. Eccleſia , VEL GENERALE Concilium , quamvis non poſſit tollere PLENI-
„ TU-

pag. 183. (1), ex quibus intelligi affirmas: Eccleſiam *declarare* poſſe, *quouſque miniſterii, ſeu ſtatus jura porrigantur; exceſſus reformare, & reſtringere* (2). Verum hæc non quærimus. Noſtra omnis eſt *de ſubjecto poteſtátis Eccleſiaſticae* quæſtio. De hac, quid Gerſonius ſtatuat, paucis accipe: „ Poteſtas Eccleſiaſtica, *inquit*, eſt in Eccleſia, SICUT IN FINE. Conſtat itaque „ datam FUISSE Petro PLENITUDINEM POTESTATIS A CHRISTO, ad ÆDIFICATIONEM ECCLESIÆ SUÆ.. Propterea loquitur Auguſtinus, cum aliis quibuſdam, quod claves Eccleſiæ datæ ſunt non uni, ſed unitati, & quod datæ ſint Eccleſiæ... quoniam datæ ſunt propter Eccleſiam, & unitatem ejus, tamquam propter finem„. Nihil heic eſt circuitione opus. Vides, quodnam *ſubjectum* poteſtatis Gerſonius eſſe, cenſeat;& ut in Eccleſiæ *communitate* claves

---

„ TUDINEM POTESTATIS A CHRISTO ſupernaturaliter „ collatæ, poteſt tamen USUM ejus limitare ſub certis regulis in ÆDIFICATIONEM ECCLESIÆ, PROPTER QUAM PAPALIS AUCTORITAS &c.

(1) „ Papa de recta conſcientia non majorem „ habet, nec habere poteſt auctoritatem, & executionem poteſtatis, quam ſibi ab univerſali Eccleſia „ conceditur „.

(2) Gerſonius *De Poteſt. Eccleſiaſtica Conſiderat. II.*

ves dicat eſſe ſicut *in fine*. Jam quod ille ait *de Eccleſia, quae poſſit limitare* uſum *plenitudinis poteſtatis* Petro, atque adeo Succeſſoribus datis a Chriſto, hoc evincit: Gerſonii quidem ſententia *plenitudinem poteſtatis* ineſſe Pontifici. *Eccleſiae* autem ille vocabulo, non *collectim membra Eccleſiae omnia*, ſed Epiſcopos in Synodum oecumenicam Congregatos; vel etiam, ſi velis, per terrarum orbem diſperſos intelligit. *Eccleſia*, inquit, *vel generale Concilium*. Quo enim modo *collectim Catholicos omnes* intelligere potuiſſet, ſi non eos omnes *ſubjectum* eſſe clavium, ſed Sacrorum Præſides affirmarat? De limitatione *uſus*, quod idem ſcribit, ad inſtitutum noſtrum non pertinet.

Cardinalis Cuſanus Sec. XV. Scriptor a Febronio diſſidet.

Venio ad Cardinalem Cuſanum. Non queror, quod ejus libro illo te tueare, quo ſe ipſos etiam protegi Proteſtantes putant. Hoc queror, quod præcipuorum Theologorum, & communem ſententiam voces eam, quam ne illi quidem perpauci omnes, quos tibi præſidio eſſe pugnas, probaſſe videantur. Nam quod Eccleſiæ totius falli neſciam auctoritatem Cuſanus nominet, ejuſdemque totius Eccleſiæ claves dicat eſſe, non idem profecto eſt, ac *omnibus Eccleſiae membris collectim* poteſtatem ineſſe clavium. Plures enim fuiſſe ante oſtendimus, qui cum Eccleſiæ totius eſſe claves defenderent; tum

tum eas Sacerdotibus ſolum ineſſe ſtatuerent ad ejuſdem Eccleſiæ utilitatem. Itaque ut Cuſanum ſuffragio tibi demonſtrares eſſe, ejus loca afferre debueras, e quibus in Eccleſiæ membris omnibus collectim, non in ſolis Presbyteris, atque Epiſcopis reſidere efficeres clavium poteſtatem; id quod tu certe feciſti numquam. Quoniam vero ex Cuſani *libris de Concordantia Catholica* loca illa ſunt, quibus abuteris, ut Petri, Romanorumque Pontificum auctoritatem deprimas; cognoſce, quid idem libro ejus operis 1. *Cap.* 1. ſtatuat: „ Petrus, *inqnit*, pro ſoliditate Ec-„ cleſiæ petra dictus eſt; & ex eo petra, „ quia ipſe eſt, qui primus in nationi-„ bus fidei fundamentum poſuit, & tam-„ quam ſaxum immobile totius operis Chri-„ ſtiani compagem, molemque continet. Idem ſuper Petrum *fundatam*, dicit, *Eccleſiam*, eoſque qui *ſuccedentibus* S. Petro conjuncti non ſint, ne Chriſtianos quidem habendos, ſcribit (1). Præſidibus præterea

(1) *Lib.* 1. *cap.* XIV. *pag.* 498. *edit. Baſil. ann.* 1456. „ Unam, *ait*, eſſe Cathedram per deſcenſum „ ſuccedentium uſque in Petrum, ſuper quem Ec-„ cleſia fundata conſideranda. Unde ex hoc notan-„ dum, quod qui ſe Chriſtianum eſſe fatetur, ne-„ ceſſarium confiteri habet connexam eſſe Cathedram

rea Eccleſiarum claves divinitus datas eſſe prædicat (1). Quin etiam Epiſcopos poteſtatem juriſdictionis eccleſiaſticæ *immediate* a Chriſto obtinere affirmat; quam poteſtatem fundari ait in ea, quæ ſecum ligandi, ſolvendique jus affert (2). *Definiendi* porro in Synodis auctoritatem propriam eſſe Epiſcoporum, non negat; immo miratur, fuiſſe Synodum aliquam, ad quam admiſſi laici eſſent. Exiſtimat tamen hos ibi non judicum munus obiiſſe, ſed teſtium (3). Haec ille quibus efficitur, ut ſicubi poteſtatem

---

„ dram ſuam ad ſuccedentium Cathedræ S. Petro, „ & in ſocietate illius Cathedræ per unionem eſſe, „ alioquin Chriſtianus non eſt „.

(1) *Lib. II. cap. III, pag.* 509. hæc probans deſcribit ex *Action. V. Synodi* VIII. „ Sanctiſſimi Vicarii ſenioris Romæ, & nos, qui reliquarum Sedium Vicarii ſumus, hæc omnia diſſolvimus hodie „ gratia Jeſu Chriſti, qui NOBIS DEDIT CLAVES SUMMI SACERDOTIJ POTESTATEM LIGANDI, ATQUE SOLVENDI „.

(2) *Cap. VIII. pag.* 528. „ Cum poteſt ligandi, & ſolvendi, in qua fundatur omnis Eccleſiaſtica juriſdictio, ſit immediate a Chriſto, ... & „ quia ab illa poteſtate ligandi, & ſolvendi eſt Divinæ „ juriſdictionis poteſtas, patet omnes Epiſcopos, & „ forte etiam Presbyteros æqualis poteſtatis eſſe, „ quoad juriſdictionem, licet non executionis &c.

(3) *Cap.* XVI. *pag.* 538. „ Definitio, & ſtatuendi poteſtas forte SEMPER EPISCOPORUM DE JURE

ſtatem ligandi, ſolvendique datam *Eccleſiæ*, & *Sacerdotio* (1) affirmat; id non ſignificet, *claves* ineſſe non ſacerdotio ſolum, verum etiam aliis uti *ſubjecto*; ſed ineſſe Sacerdotibus claves ijs datas ad Eccleſiæ utilitatem? Alioqui cur e collectione Eccleſiæ Synodali excluderet laicos judices? Aut cur claves datas, juriſdictionemque Epiſcopis diceret, dubitaretque num etiam Presbyteris; niſi prorſus cetera membra Eccleſiæ ejuſmodi poteſtate carere arbitraretur, ſive ſejunctim ab aliis membris conſiderata, ſive conjunctim? Nam ſi junctim omnibus poteſtas clavium ineſſet; cur in collectione ſynodali junctim eſſe judices Epiſcopi, Presbyteri, Laicique non poſſent? Quod ſi Cap. XVIII. (2) non loqui

„ JURE FUIT . : . Et licet alii vocati Abbates, & Monachi, etiam ſe ſubſcriberent, non tamen hoc generalitér factum legitur cum verbo definitivo. Unde in univerſali Concilio, dum de fide tractatur, mirandum ſatis, cum laici inveniantur admiſſi, cur non Epiſcopi &c.? Laici vero, qui in univerſali concilio, ubi de fide, quomodo definiri debet, admiſſi leguntur, .. non etiam aliis geſtis in concilio ſe ſubſcribunt, ſed UT TESTES „.

(1) *Lib.II. Cap.IX. pag.*522. „ Eſt ſuperius manifeſtum, *inquit*, quod Synodalis auctoritas ex poteſtate ligandi, & ſolvendi Eccleſiæ, & Sacerdotio a Chriſto tradita, robur accipit.

(2) Pag.546. „ Ab eodem principio ligandi, „ ac

qui ſe ſolum de *Eccleſia tantum Sacerdotali* dicit; non eo dicit, quo præter Sacerdotes, reliquis membris ineſſe definiendi poteſtatem putet; ſed quo reliquorum etiam membrorum Eccleſiæ fides magis in Synodis innoteſcat; cum adſint Epiſcopi gentium univerſarum, qui quos regunt, repræſentent; ſciantque, quæ ipſi populos ſuos dogmata docuerint; quæquæ ſit, fueritque ſuarum Eccleſiarum traditio. Hæc ego animadverti, non

---

„ ac ſolvendi poteſtas tam Eccleſiæ, quam Papae „ fluit. Et non dico hoc verum tantum de ipſa tota „ Eccleſia Sacerdotali, quæ eſt EST UT ANIMA UNA „ TOTIUS ECCLESIÆ. Hoc verum eſt ex Chriſti pro- „ miſſione, & legatione, quia Sacerdotium a SPIRI- „ TU SANCTO POSITUM EST, ad regendum Chriſti „ Eccleſiam, ut dicit Petrus Apoſtolus: *Paſcite in* „ *vobis*. Quare IPSUM SACERDOTIUM actu, vel vir- „ tualiter congregatum, utitur PRÆ TOTA ECCLESIA, „ & omnibus membris ejus,de quorum numero Papa „ eſt, ſua legatione, QUAM A CHRISTO HABET TO- „ TAM ECCLESIAM PASCENDI. Verum quia univerſa- „ le Concilium eſt congregatio ſive Eccleſia de mem- „ bris univerſæ Catholicæ Eccleſiæ congregata ( *At* „ *hæc membra congregata de membris Eccleſiæ ſunt.* „ *Epiſcopi*; & repræſentat ex hoc univerſam Eccle- „ ſiam, tunc conſiderandum eſt, quod Romanus Pon- „ tifex etiam habet figuratam, & repræſentativam „ perſonam unius univerſæ Eccleſiæ . . . Sed ... inter „ petram, & Petrum ſunt plures graduationes „. Loquitur poſt de Concilio, a quo expreſſius repræſentari dicit Eccleſiam.

non quo me Cuſani auctoritas moveat; ſed quo ſic ipſum hac de re crediđiſſe exiſtimem. Ceterum quid me conturbet homo liberioris ingenii, qui tempore diſſenſionum Baſileenſium ſcribens, æſtu ſe abripi contentionum paſſus ita ſit, ut in graves errores incidiſſe, dediſſeque Lutheranis, Calvinianiſque pervertendorum quorumdam orthodoxorum dogmatum anſam videatur? Atque ut cetera prætermittam, æquo ne animo Eccleſiam Gallicanam, ceteraſque orthodoxas ubique gentium conſtitutas, laturas putas, quod ille de Presbyteris dubitat, utque non inveriſimile proponit: *Presbyteros*, atque *Epiſcopos æqualis poteſtatis eſſe quoad juriſdictionem?*

Cuſanus ligădi, ſolvendique indeviabilitatem Eccleſiæ in Epiſcopis attribuit, quibus Eccleſia tota juncta deviare a vero non poteſt.

Nam quod opponis, Cuſano auctore, *non cuilibet membro, ſed toti Eccleſiae poteſtatem ligandi*; & *ſolvendi indeviabilitatem promiſſam eſſe*, id ea eſſe ratione intelligendum ajo, quam proxime explicavi, nihil ut ſit nova reſponſione opus: Niſi forte hac item in re Cuſanum erraſſe vehementer velis. Adde & hunc Cuſani e libro II. locum, & alterum e Cap. XVIII. & tertium e Cap. XXXIV. ejuſdem libri (quibus locis, tu abutere) non alio ſpectare, quam ut œcumenica Synodus [ in qua Epiſcopi ſolum nullo modo laici judicandi locum habeant ] ſuperior cenſeatur Pontifi-

ce. Sed hæc longe eſt a noſtra diſcrepans quæſtio.

Confugit Febronius ad Magorenſem Sedis Auctor, qui tempore Schiſmatis ſcripſit, ſuis inventis indulgens, longe a doctrina Patrum deſcivit.

Confugis præterea ad Andream Epiſcopum Magorenſem, cujus extat opus inſcriptum *De Gubernatione Conciliorum*. Sed quid dicam, Febroni? Viſne, ut huic, aſſentiamur, qui a Patrum, a Synodorum, ab Eccleſiae univerſæ doctrina deſciverit; atque ita ſe geſſerit, ut ſua inventa traditioni Majorum prætuliſſe videatur? Quotus enim quiſque Majorum fuit, qui non Sacerdotes ſolos, *ſed totam Eccleſiam* SUPPOSITALITER *accepiſſe claves*, diceret? Quis umquam, qui *immediate* ab *ipſa Eccleſia univerſali*, non *immediate a Chriſto* Petrum eaſdem obtinuiſſe claves ſomniarit? Quis non Chriſtum *immediate*, ſed *immediate* Eccleſiam voluiſſe, ut *claves exequerentur per Petrum, & ejus Succeſſores, quia ipſa Eccleſia non poterat eas per omnes exercere univerſaliter*, putavit (1)? Nemo profecto, ut ſupra eſt demonſtratum. Figmenta iſta ſunt, portenta, prodigia opinionum

(1) Verba hæc ſunt Eſcobarii, cujus opus diu cum blattis, tineiſq: in pluteis Bibliothecarum luctans, editum tandem fuit ab Luhterano Von-Der-Hardtio Helmſtadii *ann. 1699. Tom. V. Rerum Univerſ. Concilii Conſtantien. p. 147. ſqq.* hoc titulo = Andreæ Epiſcopi Magorenſis Gubernaculum *Concilior. pag.* 140. *ſqq.* Vide P. I. *Cap. II. p.* 147. è qua locum affert Febronius.

nionum, quæ diſſenſionum temporibus Seculo XV ab uno, alteroque excogitata, Eccleſiarum omnium, Conciliorum, Patrumque doctrinæ, ut vidimus, repugnant.

Nihilo gravior eſt Cracovienſium auctoritas, ut qui ſchiſmatis tempore ſcripſerint.

De Univerſitate Cracovienſi, quod ſcribis, (1) nihilo gravius eſt. Quid enim illud ſcriptum morer, quod conflatum an. 1440. fuit, hoc eſt ſchiſmatis tempore? Quid illa Academia, pacatis rebus ſenſerit, id vero conſiderandum eſt. Atque eam in eadem doctrina verſari, quam Synodi Epiſcopales Regni probarint, quo tandem tu modo inficiere? Confer, quæ ſupra ex Synodo Petricovienſi deſcripſimus (2); tumque, ſi potes, ad ſcriptum illud tam alienum a Majorum dogmate provoca.

Dionyſij Carthuſiani loca a Febronio adducta ad rem non pertinent.

Dionyſium inde Carthuſianum eorumdem temporum Scriptorem appellas ſententiae tuæ teſtem. Sed is in locis, quæ ſelegiſti, ne verbum quidem habet ullum de *membris Eccleſiæ omnibus collectim*. Hoc ingerit unum: *magis ſtandum determinationi Concilii generalis, quam Papæ; Infallibilemque directionem, & glorioſam aſſiſtentiam inceſſantem Eccleſiæ*, SEU *Concilio eſſe promiſſam*. Id vero Gallis favet, quibuſcum, uti ſaepe dixi, nulla nunc nobis concertatio eſt; non vero favet dogmati tuo de *clavibus*, quæ *inſint*, uti



(1) Febron. *ibid. p.* 182.
(2) Pag. 160. *hujus vol.*

uti *ſubjecto non ſacerdotibus ſolum*, ſed OMNIBUS COLLECTIM MEMBRIS ECCLESIÆ (1).

Ut ne Jacobi quidem Almaini.

Jacobus quidem Almainus, *apud communitatem relictam eſſe poteſtatem* Pontificem *auferendi*, ait, *ſi in detrimentum Eccleſiæ agat*; ſed *communitatis* vocabulo Synodum intelligit oecumenicam. Et *per conſequens*, inquit, *Concilium immediate a Chriſto habet auctoritatem juriſdictionis exterioris ſuper quemlibet Chriſtianum* (2). Quid ſi is, ut ſupra oſtenſum eſt, clavium *poteſtatem* totius Ordinis Hierarchici eſſe confiteatur (3)? Quo

---

(1) Locum adducit *ibid. pag.* 185. Febronius ex Libro Dionyſii inſcripto *De Auctoritate Papae, & Concilii*, *Artic.* XXVII.

(2) *In Tract. de Poteſtate Eccleſiaſtica Cap.* XVIII. Hunc locum objicit Launoius l. c. *n.* LXI. *pag.* 237.

(3) Vide ſupra pag. 419. hujus Vol. Boſſuetius in *Defenſ. Cleri Gallic. T. I. Edit.* 1. *pag.* 259. Epiſcopis eam poteſtatem datam affirmat: „ Habent, *inquit*, „ Epiſcopi omnes a Chriſto ut docendi Cathedram, „ ita virgam coercendi, & ligandi auctoritatem „. Petrus Aurelius, cujus opus adeo probatum Clero Gallicano fuit = Tom. II. *pag.* 91. „ Hæc eſt eminentia „ dignitatis Epiſcopalis ſuper Sacerdotalem, quod „ Sacerdotalis nullam per ſe juriſdictionem nec in- „ cludat, nec exigat, utpote imperfectior, & Epiſ- „ copali ſubjecta, cujus nutu agitur, & ad operatio- „ nes, ac munia Eccleſiæ admoveri, non ipſamet „ proſilire debet, ut canones jampridem ſanxerunt; „ at

Quo etiam ſpectat Johannis Majoris locus e *Prioribus Commentariis in Cap.* XVIII. *Matthæi*, quem unum locum Launoius (1) nobis opponit. Ceterum Sacerdotibus claves datas, Majoris ejuſdem teſtimonio, ſupra (2) oſtendimus. Et Johannis Majoris.

Jodocus Clithovæus *in Compendio Veritatum ad fidem pertinentium adverſus erroneas Lutheranorum Aſſertiones* [3]: „ In ſola Eccleſia militante poteſtatem eſſe ligan„ di, ſolvendique ſcribens „: id quidem ſtatuit, quod Patres tradunt. At quibuſnam ille in Eccleſia eam poteſtatem datam, niſi Sacerdotibus, credidit? Et Jodoci Clichtovæi.

Genebrardus lib.III.Chronograph. Edit. Pariſ.an.1580.ad *an.*277.„Celebris,*inquit*,& „ florens erat Petri, & Romanæ Eccleſiæ „ primatus poteſtatibus inferni terribilis. Genebrardi illuſtris locus affertur.

Gg 3 „ Ter-

„ at Epiſcopalis dignitas,ut ſumma, & in ſuo genere „ perfecta, juriſdictionem neceſſario complectatur,nec „ ſine ea conſiſtat; immo non magis, quam Regia „ dignitas, cui Sancti Patres Epiſcopalem dignitatem „ paſſim comparant, ſine imperio concipi poteſt „. Ita Gallicana Eccleſia. Vide nunc, quemadmodum cum hac doctrina componere poſſis illam Cuſanam tuam, quæ, dubitans, Presbyteros Epiſcopis juriſdictionis ratione exæquat.

(1) *Ibid. n.* LXIII. *pag.* 238.
(2) *Pag.* 419. *hujus Vol.*
(3) Launoius *ibid. n.* LXVIII. *pag.* 238.

„ Tertullianus libro de Pudicitia proxi-
„ me ſcripſerat, CLAVES ſoli Petro com-
„ miſſas, & Eccleſiam ſuper ipſum extru-
„ ctam eſſe. Cyprianus noviſſime Martyrio
„ coronatus = Principalem Eccleſiam Petri
„ Cathedram eſſe, a qua unitas Sacerdota-
„ lis exoriatur, *ſcribit*:... Unum eſſe Deum,
„ & unum Chriſtum, & unam Eccleſiam,
„ & Cathedram unam ſuper Petrum Do-
„ mini voce fundatam: Aliud Sacerdotium
„ conſtitui non poſſe: Unum Epiſcopum
„ in Catholica Eccleſia eſſe debere, a quo
„ ceteri pendeant &c.„.

Baſileenſes non-ſuffragantur Febronio.

Extremum tuum perfugium Synodum eſſe Baſileenſem prædicas, atque *ita demum*, inquis, *ſenſere Patres Baſileenſes, qui erant numero circiter trecenti, in Synodali reſponſo, quod anno* 1432. *dederunt Eugenio Papæ*. Verum ego de Baſileenſibus, non laboro, etſi tam magno numero fuerint; multo enim plures cum Eugenio fuerunt, qui caput erat Eccleſiæ. Scilicet novi, quo tunc loco conſtitutæ res eſſent. Sed patiar, ut Baſileenſium apud te valeat auctoritas. Age, affer locum eorum, quo magnopere confidere tuos poſſe arbitrare. *Etſi Papa major ſit in Eccleſia, non tamen major eſt tota Eccleſia*. Sunt hæc aliorum communia. Scio, quid Galli putent, quibuſcum modo nobis non eſt altercatio. Perge Baſileen-

ſium

ſium locum deſcribere . *Vim autem quare dictum eſt* , tibi dabo claves regni cælorum , *Sancti Doctores exponunt , ut unitatem deſignaret* Eccleſiæ ; *& ideo exordium ab unitate proficiſcitur , ut* Eccleſia *una eſſe demonſtretur ; & Petrus , quando claves accepit , ut dicit Auguſtinus* , Eccleſiam *Significavit* . Agnoſco Patrum loca . Sed hæc nihil ad rem . Produc , quod ſupereſt ,& in quo locas ſententiæ tuæ præſidium . Nempe hoc illud eſt : *Ipſa enim* Eccleſia *unus eſt Princeps , &* UNITATI FIDELIUM , *non ſingulis hæc juriſdictio a Domino conceditur , & ideo ab uno incipere voluit , ut unitatem , atque unanimitatem deſignaret* . (1) Non quæro quam hæc accurate , quamque accommodate ad Majorum doctrinam diſputata ſint . Hoc nunc animadverto : a Baſileenſibus nihil heic aliud dici , quam *unitati datam* eſſe *juriſdictionem* , non *ſingulis* . At id tibi ſubſidio non eſt . Unitati enim datas eſſe claves , facile concedimus , propterea quod extra hanc exerceri clavium poteſtas non poſſit. Quin etiam *ſingulis* extra unitatem non eſſe *datam* juriſdictionem, teſtata res eſt. Verum, qua arte tu hinc efficies : *omnibus* collectim

---

(1) Acta Syn. Baſil. Tom VIII. Concilior. pag. 1327. Edit. Paris. an. 1714 Confer. Febron. Tom II. pag. 183.

ectim *Eccleſiæ membris* datam eſſe *clavium auctoritatem* ? Id vero eſt illud , quod nunc quærimus, quodque tu auctoritate Baſileenſis Synodi vinces numquam.

Quanti perpaucorum pendenda ſit auctoritas, qui Febronio favere videntur.

XIV. Et non verere tamen Cauffmanſium Colonienſem vexare quærentem, quoſnam tu Theologos iſta differens conſectere ? Immo vero , quaſi magni quidpiam geſſeris , gloriare , ſequi te Eſcobarium , Toſtatum , Cuſanum , Gerſonem , Dionyſium Carthuſianum , Baſileenſes , Cracovienſes , nonnulloſque alios , quos promittis te *Sequenti Articulo* nominaturum . Eos tu Eccleſiæ *Columnas in* , *& extra Concilia* vocas ; moneſque , ne iraſcamur tibi , ſi eos Theologis Scholaſticis anteponas (1) . Collige aliquando te , mi Febroni , vide quid agas, quos probes , quo ferare .

Sane 1.° in Articulo ſequenti tuo ( præter hos , quos numeraveras ) nominas tu quidem Alliacenſem , Johannem de Seguſio , Panormitanum , Æneam Silvium , Didacum de Payva . Sed hi de poteſtate clavium , *quæ in omnibus collectim Eccleſiæ membris reſideat* , nihil prorſus. De Synodo ſane differunt oecumenica , quam ajunt eſſe Pontifice Max. Superiorem . At hæc longe alia quæſtio eſt, de qua nunc diſputa-

(1) Febron. Ibid. pag. 186.

putare nolo, cum ut ſæpe animadverti, tecum ſit mihi, non cum Gallis certatio. Scriptores autem jactare, quaſi tibi ſuffragio ſint, qui tale quidpiam, quale tu velles, non dixerint; quid eſt, obſecro te, niſi occaſionem Adverſariis dare accuſandi tui, quaſi cum veritate nequeas, tum conciliare tibi Lectores tuos jactatione; atque artibus conere? 2.° Oſtenſum jam eſt, præter Toſtatum; ut tecum agam liberaliter [1], ac forſitan etiam præter Cuſanum, Eſcobarium, & Cracovienſes (2) illos, qui Seculo XV. cum commoti in Pontificem fuiſſent, impetu quodam adducti, in repugnantes Synodis, ac Patribus, ut vidimus, ſententias inciderunt; præter hos, inquam, hominem, qui tibi iſta defendenti præiverit, fuiſſe neminem. Hujuſmodi autem Scriptores, quo numero habendos putas, qui diſſenſionum, ſchiſmatiſ-

(2) Vide, quæ ſcripſi pag. 450. *ſqq.* hujus vol.

(3) Inſcribitur opuſculum Cracovienſium editum a Bulaeo T. v. *Hiſt.* Univerſit. Paris p. 479. ſqq. hoc modo: *Tractatus inclitæ Univerſitatis Cracovienſis ſuper auctoritate ſacrorum Conciliorum editus, & ſuper juſtificatione Concilii Baſileenſis, & depoſitione quondam Eugenii Papæ IV.* Et id tamen monumenti genus ſeditionis, ac ſchiſmatis plenum, ceteris omnibus anteponit Febronius, quod memoraſſe, refutaſſe eſt.

tiſve temporibus, aeſtu abrepti, inventis, figmentiſque ſuis indulgere, quam Majorum, Conciliorum, Eccleſiæ communi dogmati inſiſtere maluerunt? Profectò iis, qui ante ea tempora claruerunt, iſtiuſmodi de *clavibus in omnibus collectim Eccleſiæ membris reſidentibus* figmenta in mentem non venerant. Eadem vix ulli probata fuere ſchiſmatis tempore; deincepſque, pacatis rebus, ad ætatem Richerii, adſertorem invenerunt omnino nullum. Ac de iis quidem, qui ante, vel qui tum, cum ſæviret ſchiſma, vixere, jam vidimus. De ceteris, qui poſtea; circumſpice, quæſo te, inveſtiga, ſcrutare, ullusne aut Gallus, aut Hiſpanus, aut Polonus fuerit, qui non Academiis Pariſienſi, Salmanticenſi, Synodo Petricovienſi, ceteriſque, quas ſupra numeravimus, auſcultandum judicarit; adeoque reprobanda, oblivioneque perpetua delenda tuorum iſtiuſmodi perpaucorum inventa cenſuerit? Atque eorumdem tuorum Scripta in tenebris, quibus erant digna, latuiſſent, cumque tineis, blattiſque in Bibliothecarum angulis adhuc luctarentur, niſi Sichardi, Won-Der-Hardtii, Goldaſti, aliorumque Proteſtantium opera in lucem hominum edita fuiſſent, conflandæ Catholicis invidiæ, pervertendorumque imperitorum, ac ſimplicium cauſſa. Quid? Forene quemquam orhodoxum, pruden-

prudentem, ac ſanum confidis, qui neglectis Patribus, Synodis, Eccleſiis orbis terrarum; tuis iſtis & paucis, & alienis a doctrina Majorum, & deſertis ab orthodoxis, & laudatis a Proteſtantibus auctoritatem, ac fidem adjungendam arbitretur? Ne ſpera, Febroni, id te umquam eſſe impetraturum. Appelles eos licet doctiſſimos, mactesque elogio *columnarum Eccleſiæ*, nihil ages. Sanctos Doctores, Patres, Eccleſiam, Apoſtolos columnas dici jure poſſe, Catholici quique intelligunt; Cuſanos, Eſcobarios, Scriptores denique illos, qui cum Schiſma ferveret(1), temporibus ſerviebant, iratique Apoſtolicæ Sedis Præſulibus erant, non modo *columnas*, ſed ne *bacillos* quidem dici poſſe. 3. Quid porro eſt, quod hos anteponas *Scholaſticis* univerſis? An his Cuſanis, Eſcobariis, Toſtatis Scholaſticos tu fingere ullos poteris hiſpidiores? Lege rurſum, obſecro, ea ipſa, quæ tute indicaſti, eorum opera. Omitto, quæ in iis ſunt de *nugatia*, de *guerra*, de *barca*, de *radicaliter*, de *ſuppoſitaliter* &c. e quibus facile perſpici poteſt, quam iſti elegantes Theologi fuerint: an qui

(1) Tunc enim ſcripſit Cuſanus, ut ex eodem illius opere liquet. Proxime Toſtatus. Eſcobarii tractatus ſcriptus *Baſileæ* fuit an. 1436. Confer Von-der-Hardtium T. cit. pag. 333.

qui non in *fontibus* , ſed in *Collectionibus* plenis erratorum Patres legerunt; qui confuderunt qui miſcuerunt omnia ita,ut non modo quæ Auguſtini ſunt , Hieronymo Ex. Gr. attribuerint; ſed ea quoque contorſerint in ſenſum, non quem præ ſe illa ferebant, ſed quem ipſi commenti fuerant; eos tu ſatis diligentes, accuratos,graves Theologos arbitrabereScholaſticis omnibus Thomæ, Bonaventuræ, Haleſio, Alberto Magno &c. præferendos? Scholaſticis ne, per quos item(quemadmodum eſt a Fleurio ipſo animadverſum) ad nos permanavit Patrum traditio,eos antepones,qui æſtu quodam adverſus Pontifices Maximos incitati, figmentis indulgentes ſuis,a Majorum traditione deſciverunt;eoque rem adduces, ut prætęferas,ab iis te iratis petere teſtimonium malle, quam ab omnibus aliis, qui ſedato animo paci communi ſtudentes ſcripſiſſent? Sed ne fruſtra ſis, rogo, mi Febroni, ut tibi magnopere perſuadeas, orthodoxum quemque, non *plantationibus iſtis novis*, quas *non plantavit cœleſtis* Jesu Chriſti Servatoris *Pater*; ſed Theologis communem Eccleſiæ doctrinam ſequentibus, ſed Synodis, ſed Apoſtolicæ Sedi, ſed Sacris litteris adhæſurum. Quod ſi, ut aliquando ſcribis, doctrinam communem Theologorum conſectarere; quid opus fuiſ-

ſet

ſet ad illos confugere perpaucos, quos excuſatores, ac teſtes eſſe defectionis ſuæ, Pſeudo-Reformati Claudius a Charenton, Giſbertus Voetius, Sichardus, Von-Der-Hardtius, Goldaſtus ducerent; miſſis, poſthabitiſque tot millibus Doctorum, quos Catholici probarent, & a quibus, contra nihil ſe præſidii ſperare poſſe iidem illi Pſeudo-Reformati arbitrarentur?

Natalis Alexander diſſidet a Febronio.

At Natalis Alexander, inquies, & Launojus Toſtatum, aliofque illius ſimiles Scriptores laudant, hoſque Sacræ Facultatis Pariſienſis doctrinam ſequi, teſtantur (1). Quid hi ajant, non magnopere curo, cum oppoſitum liqueat publicis ejuſdem Sacræ Facultatis, Clerique Gallicani monumentis, ut ſupra (2) multis eſt demonſtratum: Quamquam illud etiam vere poſſem dicere: Natalem præſertim, cum de tota *univerſalitate Eccleſiæ* loquitur, non de *omnibus collectim Eccleſiæ membris* agere, nam id nuſquam affirmat; ſed de Collectione Sacrorum Præſidum, qui ubique terrarum ſint conſtituti. Nam ideo ita ſe ſcribere indicat, quod velit, Synodum oecumenicam ſuperiorem eſſe Pontifice Maximo, quam in Synodum quiſquam, præter præſides Sacrorum,

(1) Vide Febron. Tom. 1. pag. 26. ſq.
(2) Pag. 74. ſqq. hujus vol.

rum, convenire cum poteſtate judicandi, decidendique non poteſt. Atque illud etiam accedit commodum, quod idem ille in II. libro [1] *Theologiæ Dogm. & Moralis ſuæ* nonniſi Sacerdotibus diſtribute, ordineque datam divinitus eſſe confitetur ligandi, ſolvendique auctoritatem.

## §. VII.

### *Refelluntur argumenta Febronii.*

Reſpondetur Febronio obiicienti Concilii Tridentini auctoritatem.

XV. Numquid aliud? At „ Synodus „ Tridentina, *inquis*, hanc do- „ ctrinam agnovit, licet eo tempore nec „ dum eſſet ſuſpicio de falſitate Iſidoriana- „ rum Epiſtolarum (2), quæ omnem aucto- rita-

---

(1) Nat. Alex. Diſſertt VIII. in Hiſt. Sec. XV. & XVI. n. LIV. pag. 494. Edit. Luc. an. 1752. „ „ Claves ait toti Eccleſiæ a Chriſto datas: imme- „ diate ipſi collatam auctoritatem ligandi, & ſolven- „ di: poteſtatem juriſdictionis in tota univerſalita- „ te Eccleſiæ principaliter reſidere, ut Scholaſtici lo- „ quuntur, quod unum eſt ex fundamentis ſententiæ „ quam Eccleſia Gallicana, & Sacra Facultas Pari- „ ſienſis propugnant, aſſerentes Concilium oecume- „ nicum ſuperius eſſe Summo Pontifice „. Ita Gallis videri ſcio, ſed hac de re, ut inſtitui, modo diſputare nolo.

(2) Cap. V. Art. III. p. 548. T. I. Edit Paris. an. 1714.

„ ritatem Eccleſiaſticam Romano Pontifici „ tribuunt. Tanta eſt vis veritatis (3) „. Quas tu nobis Iſidorianas Epiſtolas narras, cum de auctoritate Pontificis, multo ſint clarius loquuti Patres? Sed hac de re alias. Interea, obſecro te, ut de Tridentina Synodo paullo moderatius, reverentiuſque loquare. Sic enim agis, ut videri cuiquam poſſis, mordere ipſam voluiſſe, quaſi ſtudio ſervierit partium. Sed ad rem. Quid ea ſtatuit? *Seſſ.* inquis, XIV. can. XV. *claves Eccleſiæ datas*: & *ſeſſ.* XXV. *cap.* XXI. *de Indulgentiis*: *Poteſtatem conferendi indulgentias a Criſto Eccleſiæ conceſſam*, dicit. Atqui, mi Febroni, nemo id umquam negavit Catholicorum. Verum nos heic, non an data Eccleſiæ poteſtas, ligandi, ſolvendique fuerit; ſed quomodo data fuerit, quærimus. Synodus autem, ut p. 142. hujuſce voluminis vidimus, nonniſi Epiſcopis, Sacerdotibuſque poteſtatem clavium ineſſe docet; eoſque damnat, qui contra ſentiunt. Cum igitur Eccleſiæ datas claves dicit, non ita intelligit, *ut omnibus collectim membris Eccleſiæ claves traditas*, exiſtimet; ſed Epiſcopis, & Sacerdotibus tantum ad æficationem, utilitatemque totius collectionis fidelium. Confer quæ deſcripſimus §. II. *pag.* 140 *not.* 1. *ex Catechiſmo ejuſdem Concilii*. At

(3) Febr. T. 1. c. 1. §. v. n. 1. p. 24.

Cur Synodi Oecumenicæ repræſentare dicantur Eccleſiam Univerſalem.

At Synodi, inquies œcumenicæ repræſentari ab ſe Eccleſiam univerſalem teſtantur. Quid hoc ad rem, mi Febróni? An inde concludes: omnibus collectim membris Eccleſiæ ineſſe clavium poteſtatem? Non concludes profecto, ſi ſapies. Nam audiſti a Concilio oecumenico Tridentino, Epiſcopis ſolum, Sacerdotibuſque datam eſſe auctoritatem ligandi, atque ſolvendi. Epiſcopis autem in primis, quibus proinde ſolis poteſtas judicandi, decidendique de doctrina, & moribus competit. Non ineſt ergo ea ceteris membris Eccleſiæ, etiam ſi collectim conſiderentur. Sed Antiſtites, qui ad ſuorum populorum utilitates creati Epiſcopi ſunt; Antiſtites, inquam, ex orbe terrarum univerſo in Synodum coeuntes, cum capita ſint ſuarum Eccleſiarum; norintque, quid ipſi populos ſuos docuerint; quidque Deceſſores ipſorum tenuerint; & quibus rebus, ad ſalutem, utilitatemque ſpiritalem ſuam, populi ipſi egeant; traditionem hoc pacto, ac fidem proponentes ſuarum Eccleſiarum, petenteſque ab Synodo ea, quæ commodis ipſarum ſpiritalibus conducere poſſint, eaſdem *repræſentant*; cumque ex orbe, ut dixi, univerſo conveniant, univerſalem merito dicuntur Eccleſiam *repræſentare*; ipſi tamen Antiſtites non *commiſſione* omnium membrorum collectim Eccleſiæ; ſed ſua certe quæ a Chriſto in

eos

eos per Petrum, perque Apoſtolos (ut Patres ajunt) manarit, auctoritate judicant, atque definiunt.

Ad S. Paulum inde provocas, ajentem: *Pro corpore ejus, quod eſt Eccleſia, cujus factus ſum ego miniſter. Coloſſ. I. v.25.* Ludiſne, mi Febroni? Quid? An quia factus fuit *miniſter corporis, quod eſt Eccleſia, Paulus*, idcirco a collectione fidelium poteſtatem accepit miniſtrandi, aut poteſtatis uſum? Cave, quæſo te, ne iſtinc concludere cogare: poteſtatem, uſumve poteſtatis Chriſtum accepiſſe ab Judæis, quos ad ſe converterat, propterea quod Paulus *in Epiſt. ad Rom. Cap. XV. v. 8.* dixerit: *dico Chriſtum Jeſum miniſtrum fuiſſe circumciſionis*, nempe eorum, qui ex circumciſione erant. Ne dubita. Auctoritas, poteſtas, jus Sacerdotum a Deo manat. Hinc Paulus in *Epiſt. ad Epheſios, Cap.* IV. *v.* 11. *& ipſe dedit quoſdam quidem Apoſtolos.. alios vero Paſtores, & Doctores*: & ad *Corinth.* II. *Cap.* XIII. *v.* 10. *ſecundum poteſtatem, quam dedit Dominus mihi &c.* Sed deſino. Nolo enim eſſe in re non neceſſaria longior.

S. Pauli locus, quem Febronius obiicit, alio ſpectat, non quo eidem Febronio videtur.

## §. VIII.

*Eo demum redigatur Febronius neceſſe eſt, ut formam gerendæ rei chriſtianae publicae puram putam Democraticam eſſe confiteatur.*

Febronius, qui Monarchicum etiam Ariſtocratia temperatum non vult Eccleſiaſticum regimen; invitus Democraticum facit.

XV. Illud modo conſideres, vehementer velim, te qui (contra, atque Eccleſiae Catholicae omnes, iisque Gallicana, (1) doceant) formam ſacri regiminis Monarchicam ne Ariſtocratia quidem temperatam dici pateris, te, inquam, eo invitum adduci, ut ipſam Democraticam omnino eſſe confiteare: Quo ſane recidit dogma damnatum hæreticorum. Ea enim Democratica prorſus eſt Reipublicæ ratio, qua fit, ut in ſocietate poteſtas omnis inſit univerſis collectim illius membris, a quibus quidem *membris* committatur certis quibuſdam magiſtratibus poteſtatis ejuſdem *uſus*, & *exercitium*. Ejuſmodi autem, eſt judicio tuo [, ut vidimus] Eccleſiæ tenendæ ratio. Eſt igitur prorſus democritica.

Opi-

(1) Vide Gerſonium *De Statibus Eccleſiæ Conſiderat. I. Tom. II. pag. 529. ſqq. edit. Dupinii*, & Petrum Aurelium *Vindic. Cenſur. Facul. Theolog. Pariſ. p. 31. Edit. an. 1632.*

## §. IX.

*Opinio Febroniana nihilo tolerabilior eſt doctrina Marſilij Patavini.*

XVI. Vide autem, quam tua iſta doctrina nihilo ſit Marſilij Patavini opinione tolerabilior. Vixit ille Seculó XIV. cumque novis in Eccleſia rebus ſtuderet, damnatus fuit ab Johanne XXII. Pontifice Maximo (1). Concitavit præterea in ſe Sacræ Facultatis Pariſienſis indignationem (2), propterea quod ipſe in ſuo *Directorio pacis* dixiſſet: Papam, vel Eccleſiam *nullum hominem*, quamlibet *ſceleratum poſſe punire punitione coactiva, niſi Imperator daret ei auctoritatem*. Eamdem illius ſententiam rejecit Almainus (3) ſcribens: quod *Marſilius Patavinus deviavit a fide omnem juriſdictionem coercitivam auferens ab Eccleſia*. Concilium Senonenſe *ann.* 1528. habitum: „ Poſt (4) ( Valdenſes ) *inquit*, ſurrexit Mar- „ ſilius Patavinus, cujus peſtilens liber, qui

Quid de Eccleſiæ poteſtate Marſilius Patavinus ſenſerit, & in quorumnam incurrerit offenſionem.

 „ Defen-

(1) *Raynald. ad an.* 1327. *n.* XXXII.

(2) Vide Bulaeum *Hiſt. Univerſ. Pariſ. Tom.* IV. *p.*216.

(3) *Lib. de Auctorit. Eccl. & Concil. Gen. c.*11. *apud Gerſon. tom.II. p.*980.

(4) *To.*IX. *Concil. Edit. Pariſ. an.*1714. *p.*1929.

„ Defenſorium pacis nuncupatur, in Chri-
„ ſtiani populi perniciem, procurantibus
„ Lutheranis, nuper excuſus eſt. Is hoſti-
„ liter Eccleſiam inſectatus, & terrenis Prin-
„ cipibus impie applaudens, omnem PRÆ-
„ LATIS adimit exteriorem juriſdictionem,
„ ea dumtaxat excepta, quam ſecularis
„ largitus fuerit magiſtratus „. Verum ex
„ ſacris litteris coercitus eſt delirantis hu-
„ jus hæretici immanis furor „. Peto nunc abs te, ut eloquare, quam intolerabiliorem eſſe doctrinam putes, eamne, quæ *omnem clavium poteſtatem*; an quæ *exteriorem coactivam* ſolum Eccleſiæ Præſulibus deripit?

Febronianam doctrinam intolerabiliorem Marſiliana eſſe demonſtratur.

Si agere bona fide velis (voles autem, certo ſcio) eam, dices, minus eſſe tolerabilem, quæ *omnem*. Nam deterius id eſt, quod totum, quam quod tantummodo partem tollit. Tua vero ſententia, ecquid fert, obſecro, niſi ut poteſtas omnis clavium Præſulibus univerſis Eccleſiæ adimatur; iiſque nihil omnino plus inſit, quam poteſtatis *uſus* (1)? Eſt igitur ſententia tua, ut quæ deterior ſit, minus tolerabilis dogmate Marſiliano. Id vero Marſiliani quidquid eſt (Judice Senonenſi Concilio) inimicum Scri-

(1) Vide *pag*. 27. *ſqq*. *huius vol*. & *p*. 31. & *pag*. 32. 33. 34. 41. & 44.

Scripturis eſt, adeoque merito condemnatum. Multo igitur magis tua iſta doctrina inimica Scripturis erit; dignaque proinde exiſtimanda, cui nota ſeverior inuratur.

Quæro rurſum, quam tu doctrinam minus eſſe ferendam arbitrere, eamne, quæ uni Principi tribuit auctoritatis partem ademptam Sacrorum Præſidibus; an illam, quæ totam Sacrorum Præſidibus adimit, totamque adſcribit multitudini, a qua multitudine *uſum, exercitiumque* totius ejuſdem poteſtatis ſacris ipſis Præſidibus committi ſtatuit? Si quae damna, ſi quas turbas, ſi quas contentiones( quæ exitum numquam habere queant)collectio omnium membrorum ſocietatis, ſeu multitudo inferre poſſit, diligenter conſideres; multo damnoſiorem, adeoque minus ferendam doctrinam eſſe fatebere, quæ multitudini totam adſcribit, quam eam, quæ uni attribuit partem poteſtatis detractæ ſacrorum Præſidibus. Totam autem multitudini poteſtatem attribuit doctrina tua (1). Multo eſt igitur Marſiliana opinione damnoſior, adeoque ferenda minus.



(1) *Vide loca, quæ proxime indicavi.*

## §. X.

*Eodem tendit Richeriana opinio, quam tamen Febronius piam, atque veram eſſe, ab ſe, atque ab Epiſcopis Galliarum diſſidens, praedicat.*

De Richerio, de ejus libello, deque ipſius ſententia agitur. Quo hæc tendat, manifeſtum eſt. Hanc tamen Febronius ſecum luctans probat, etſi non ſit probata Gallorum Præſulibus. Quid mali inferat Richeriſmus.

XVII. EDmundus Richerius *Syndicus* Sacrae Facultatis Pariſienſis anno 1611. libellum edidit de *Eccleſiaſtica, & Politica Poteſtate*, cujus libelli cauſſa dejectus a Sacra eadem Facultate de gradu fuit. In ejus libelli *capite I.* ſtatuit: „ Chriſtum fundando Eccleſiam, prius, immediatius, atque eſſentialius, claves, „ ſive juriſdictionem toti dediſſe Eccleſiae, „ quam Petro,... Quandoquidem tota ju„ riſdictio Eccleſiaſtica primario, proprie, „ ac eſſentialiter Eccleſiæ convenit; Ro„ mano autem Pontifici, atque aliis Epiſco„ pis inſtrumentaliter, miniſterialiter, & „ quoad executionem tantum (1) „. Jam plane, quo hæc tendant, intelligis. Verum tu non modo hæc eadem non averſare; ſed Richerium etiam pugnas catholico fuiſſe ſtudio permotum, ut ita ſcriberet; contendiſque

(1) Num. 1. pag. 1. *Tom. 1. Opp. Edit. ann.* 1701.

diſque ejus piam eſſe, veramque (1) ſententiam. At vidiſti, mi Febroni, quam hæc ipſa ſententia ſit dogmate Marſiliano deterior. Quanto tu feciſſes conſultius, ſi uti coeperas, ipſum, Calvino duce (2), appulliſſe animum ad ſcribendum, perrexiſſes dicere; aſſentirique Galliarum Epiſcopis maluiſſes, quorum ſunt Concilia in Richerii libellum celebrata duo (3), a quibus libellus idem uti plenus errorum proſcribitur. Nam ſi ita feciſſes, neque luctari tecum viderere; neque iis reſiſteres, quos libellum ipſum damnantes, Scripturarum, Patrumque doctrinam fuiſſe, ut oſtendi, ſequutos conſtat. Sed tu contra, obſcuris auctoribus, eiſdemque Anonymis auſcultare (4), qui ſeditioſo-

 rum

(1) *Febron. Tom. III. p.* 13.

(2) Vide, quæ deſcribimus ex *Febronio ſeq. Paragrapho.*

(3) *Ann.* 1612. *Tom. XI. Concilior. Edit. Pariſ. an.* 1714. *p.* 58.

(4) *Tom. III. P. I. pag.* 13. Quos Febronius ibid. nominat, ſequutos fuiſſe liquet naenias „ de l'Au„ teur d'un méchant Roman qui a pour titre: Le „ veritable Pere Joſeph, qui aprés auoir inutile„ ment taché d'affoiblir les Cenſures des Conciles „ d'Aix, & de Sens: aprés être convenu, que „ LE ROY NE LAISSA *pas d'expedier des lettres, qui* „ CONFIRMERENT LA CENSURE DE CES EVEQUES, ait eu „ l'effronterie de publier dans une note, qui ſe lit au bas

rum more in eas Synodos debacchati ſunt, maluiſti; quam auctoritatem agnoſcere Provincialium Synodorum, quas abs te alias tam magni æſtimari ſcribis, ut ipſas Romanorum Antiſtitũ Decretalibus Epiſtolis præferre non vereare. Nempe iſtuc adducit dogma Richerianum, ut (poteſtate clavium in collectione membrorum omnium Eccleſiæ conſtituta) contemnantur judicia Epiſcoporum, poſthabeatur Sedes Apoſtolica, idque unum probetur, quod placeat, dum non conſtet, quidquamne ſecus judicet omnium Eccleſiæ membrorum collectio: quod tamen neſcio quandonam confidant futurum. Atque ſic quidem fore, ut eveniret, proſpexerat Sambovius [1]; quare prædixerat revocandum ex orco Richeriſmum, ſi propoſitiones quinque Janſenij damnatae fuiſſent; quo quidem Richeriſmo rurſum inlato in ſocietatem Catholicorum, quis dubitaret fore, ut obedientia ſubtraheretur Sacrorum Præſidibus (2), ac Regum etiam

„ bas de la page 273., que le *Conſeil du Roy ne ſeroit pas aujourd'hui une pareille faute* &c. „ Vide Epiſcopi Camerac. *Inſtitut. Paſtoral. an.* 1731. *p.* 103

(1) Vide *le Journal de Saint Amour pag.* 523.

(2) Sic enim fieri videmus ab iis, qui Richerio aſſentiri ſe ajunt, affirmanti, poteſtatem clavium ineſſe collectioni univerſæ omnium Chriſtianorum. Non enim parent Epiſcopis, neque Sedi Apoſtolicæ, contra

etiam leges deſpicerentur [1]. Sed hæc omittamus.

Febronii de Richeriſmo excuſationes, quam ſint inanes, oſtenditur.

Illud nunc quæram, cur tu Richerium potius ſequare, quam Galliarum Epiſcopos? At hanc, inquis, Richerii doctrinam Cardinalis Perronius in erroribus non numerat; & Synodi illæ duo nihil quidquam diſtincte in ipſam conſtituerunt (2). Verum ſi in erroribus ipſam non numeravit Perronius, quia ſimulans Richerius ſe explicaſſe videbatur (3); numerarunt alii, diſtincteque reprobarunt, qui non minori præſtabant poteſtate. Quin etiam Richerius ipſe, qui plane noverat, quantum illa abhorreret ab ſenſu Orthodoxorum; uti ſe tegeret, loquutum ſe fuiſſe dixit,

---

contra atque a S. Paulo præſcriptum ſit in *Epiſt. ad Hebr. Cap.* XIII. *v.* 17.

(1) Conſtat enim reſiſtere eos legibus, etſi contra Paulus clamet in *Epiſt. ad Romanos Cap. XIII. v.* 1. *ſeqq.*

(2) Febronius Tom. IV. *P. I. pag.* 30. *ſeqq.*

(3) Richerius *Demonſtr. Cap. de Eccleſ.* & *Polit. Poteſt.* ſe explicare ſimulavit, ajens, quod quando dicit claves datas Eccleſiæ, *nominatim de Sacerdotali Eccleſia, aut ordine Hierarchico loquitur*. Confer ejus etiam caput 2. *lib. de Eccl.* & *Polit. Poteſt.* Itaque adverſus hæc inſiſtens Card. Perronius illud in Richerii erroribus numeravit = *Quod Presbyteri cum Epiſcopis Ariſtocratici regiminis more in partem Eccle-*

xit, non quidem de membris omnibus collectim Eccleſiæ, ſed de *Eccleſia Sacerdotali*, ſeu *Hierarchico Ordine*. Quod etſi neque ſatis eſt (1), neque ille dixiſſe candide (2) videa-

*cleſiaſticæ adminiſtrationis vocantur*. Vide Perronii *Epiſt. ad Caſaubonum*, quam idem deſcribit Febronius *Tom. III. pag.* 325. Idem propoſitionis genus in Richerio reprehendit D. de Ventimille Archiep. Pariſienſ. *Inſtit. Paſtoral, an.* 1731. *pag.* 45. Quod ſi hanc propoſitionem hi erroris accuſant, quanto magis accuſarint neceſſe eſt eam, qua non in ſolo Hierarchico Ordine, ſed in omnibus *collectim Eccleſiæ membris* poteſtatem clavium reſidere ſtatueretur? Neque vero eſt, cur Boſſuetii, ejuſque adnotatoris Auctoritate ſe tegi Febronius putet. Nam etſi hos nominet T. IV. P.I. *pag.* 32. non tamen hi probant, quod eſt de *Poteſtate, quæ omnibus collectim membris* inſit, cum id Richerium tenuiſſe negent; ſed hoc volunt: non fuiſſe reprobatam tunc a Perronio, & Synodis Sacræ Facultatis opinionem de *Concilio* oecumenico, *quod ſuperius* ſit *Pontifice*. Sed Febronius rem ut implicet, hos adducit teſtes, qui ſibi certe non faveant. Qua de re agam, cum de Conciliis oecumenicis diſſeram. Tum enim has Febronii circuitiones accuratius ob oculos Lectoribus ponam. Alios autem fuiſſe Epiſcopos, qui hunc Richerii de clavibus toti collectioni fidelium datis propoſitionem in erroribus diſtincte numerent, conſtat ex Inſtitut. Paſtoralibus proxime indicatis *Arch.* Pariſienſis *pag.* 44. *ſeqq.* & Cameracenſis *pag.* 96. 100. *ſqq.* & ex Et *Cler. Gallic. Epiſt. ad Regem an.* 1728. *pag.* 8. *ſeqq.*

(1) Vide *Adnot. ſuperior.*

(2) Nam id revocat in *Demonſtr.* c. IX. ubi ab *Juriſdi-*

deatur ; argumento eſt tamen, id ab eo dictum, uti ſe muniret, ac declinare cenſuram poſſet.

Febronius cenſuram metuens carpit Richerium; ſed ad ingenium rediens, laudat.

XVIII. Quid? Si tute etiam metuiſſe cenſuram videare? Niſi enim ita eſſet, cur eum, quem ſequi inſtitueras, criminarere? Nam in *Addendis* Priori Tomo tuo (1) de Paulo Sarpio, deque Febronio agens = „ Meum „ propoſitum, *inquis*, a cauſſa, & facto bi„ norum virorum illorum toto cælo diſta„ re. Illos fuiſſe oſores Papatus, & inimi„ cos Pontificum, qui LUTHERUM, & CAL„ VINUM HABUERE DUCTORES. Ego Sanctum, „ Bernardum ſequi cupio, qui animo ami„ co, & optimo fine Summis Pontificibus „ multa exprobravit „ (2). Non quæram, quam tu amico animo egeris; neve an iſta excuſatione uti perinde potuerint Sarpius, & Richerius. Hoc nunc uno contentus ero, quod utrumque Scriptorem illum ductores habuiſſe Lutherum, atque Calvinum

*riſdictione Epiſcoporum conſenſionem ſubditorum requiri, ut in actum, atque exercitium mittatur*, ſcribit.

(1) *Pag.* 624.

(2) *Append. III. Tom. I. p.* 172. *Edit. Venetæ an.* 1766. Negat ſe Richerianum Febronius, additque: *miniſteriale* dumtaxat, *figurativumque Caput* Pontificem numquam ſe dixiſſe. At dixit ſane, ut & oſtenſum jam a me eſt *pag.* 28. *ſqq. &* 33. *ſq.* hujus *Vol.*, oſtendeturque deinceps, ubi de Pontificum, Epiſcoporumque poteſtate mihi diſſerendum erit;

vinum confiteare. Sed vereor, ne non conſtes tibi. Video enim, te longe aliter alicubi ſcribere; adeoque continere te diu nequiviſſe, quin rurſum tecum confligeres. Scilicet Tom. III. „ Audeo, inquis „ reponere, Richerii ſyſtema, quoad hoc, „ neque novum eſſe, neque impium; ſed „ hanc ejus doctrinam veram, piam, & „ ſtatui, ac inſtituto Eccleſiæ conformem „ (1) „. Quo ſpectant etiam quæ Tom. *IV. P.* I. complexus es (2). Nam quæ ex Adnotatore Fleurianæ *Diſſertationis de Libertatibus Gallicanæ Eccleſiæ* affers, quem quidem Adnotatorem *curatiorem* vocas, non alio pertinent, quam ut efficiant, vere ſcripſiſſe, catholiceque Richerium; improbe, vero ſceleſteque egiſſe Epiſcopos, Nuncium Apoſtolicum, Romanam denique Curiam. Sed mox (3), tibi minime conſtans, revocaste; eſſeque aliqua in Opuſculo Richeriano reprehendenda confitere. Neque tamen perſtas. Nam adeo tibi Richerius cordi eſt, ut fabulas etiam probes, quas de vi illata, ut palinodiam caneret, ejus Defenſores excogitarunt (4). *Pa-*

(1) *Pag.* 13.

(2) *Pag.* 32. *ſq.*

(3) *Ibid. pag.* 34.

(4) *Ibid. pag.* 31. *ſqq.* Sed id genus fabulæ refutatum a nobis eſt *T. V. P. I. Antiq. Chriſt. pag.* 252. *ſqq.*

Digitized by Google

## §. XI.

*Patrum, Synodorumque auctoritate demonſtratur, quam longe Richerianum ſyſtema a dogmate Catholico diſcrepet.*

XIX. At quod tu in Richerio probas, id accepiſſe te dicis a Cuſano, ab Abulenſi, ab aliis, qui ante *Syndicum* Sorbonicum illum floruerant. Nihil tamen agis. Communem Theologorum, Patrum, Conciliorum doctrinam, nos ſequi neceſſe eſt, ſi Catholici eſſe volumus; non pronunciata unius, alteriuſque Scriptoris, qui Schiſmatis præſertim temporibus ſcripſerit. De Cuſano, de Abulenſi, deque aliis, quos memoras, quid ſtatuendum ſit, vidimus. Patrum autem, qui Tertulliani ætate Cataphrygas exagitarunt; neque horum tantummodo, ſed deinceps etiam Cypriani, Athanaſii, Chryſoſtomi, Auguſtini, aliorum denique, auctoritate demonſtratum ſupra eſt (1), quam longe opinio Richeriana, quæ tibi arridet, a dogmate orthodoxo diſtet. A Patrum doctrina diſsidet ſyſtema Richerianum.

XX. Hoc idem evincunt ῥητὰ, quæ addu- Neque ſolum a Patrum; ſed etiam ab Synodorum.
xi-

(1) Pag. hujus Vol. 190. ſqq.

ximus, Synodorum cum Provincialium [1], tum Oecumenicarum præſertim Lateranenſis IV. Tridentinæ (2), atque etiam Conſtantienſis (3). Quare mitte deinceps, rogo, Gerſones, Alliacenſes, Cuſanos, Toſtatos, Eſcobarios, Natales Alexandros, Coletos &c. commemorare, qui neque tibi magnam partem ſuffragio ſunt; neque ſi eſſent, eorum opinio cum innumerabilium prope Theologorum, totius Cleri Gallicani, Patrum omnium, Synodorum denique doctrina, quam expoſuimus, conferri, niſi per ſummam injuriam, indignitatemque poſſet. Nam ut vere, ſapienterque eſt a Vincentio Lirinenſi in Commonitorio animadverſum (4): „ In Catholica Eccle-
„ ſia magnopere curandum eſt, ut id tenea-
„ mus, quod ubique, quod ſemper, quod
„ ab omnibus creditum eſt. Hoc eſt enim
„ vere, proprieque Catholicum.. Sed hoc
„ ita demum fiet, ſi ſequamur Univerſita-
„ tem, Antiquitatem, Conſenſionem. Se-
„ quemur autem univerſitatem hoc modo,
„ ſi hanc

(1) Pag. 253. ſqq. hujus Vol.
(2) Pag. 145. ſqq. hujus Vol.
(3) Pag. 412. hujus ejuſd. Vol.
(4) Cap. III. ſq. Edit. Rom. an. 1769. p. 119. ſq. Tom. I. Inſtit. Theologicar. Card. Thomaſii.

„ ſi hanc unam fidem veram eſſe fateamur, „ quam totam per orbem terrarum con- „ fitetur Eccleſia. Antiquitatem vero ita, „ ſi ab his ſenſibus nullatenus recedamus, „ quos ſanctos Majores, ac Patres noſtros „ celebraſſe manifeſtum eſt. Conſenſionem „ quoque itidem, ſi in ipſa vetuſtate o- „ mnium, vel certe PENE OMNIUM Sacerdo- „ tum pariter, & Magiſtrorum definitio- „ nes,ſententiaſque ſectemur. Quid igitur „ tunc faciet Chriſtianus Catholicus, ſi „ in ipſa vetuſtate duorum, aut trium ho- „ minum, vel certe civitatis unius, aut „ etiam provinciæ alicujus errror depre- „ hendatur? Tunc omnino curabit, ut „ paucorum temeritati, vel inſcientiæ, ſi „ qua ſunt univerſaliter antiquitus uni- „ verſalis Eccleſiæ decreta praeponat. Quid „ ſi tale alipuid emerget, ubi nihil huju- „ ſmodi reperiatur? Tunc operam dabit, „ ut conlatas inter ſe Majorum conſulat, „ interrogetque ſententias, eorum dum- „ taxat, qui diverſis licet temporibus, & „ locis, in unius tamen Eccleſiae Catholi- „ cae communione, & fide permanentes „ magiſtri probabiles extiterunt, & quid- „ quid non unus,aut duo tantum,ſed omnes „ pariter uno, eodemque conſenſu, aper- „ te, frequenter, perſeveranter, tenuiſ-

„ ſe,

„ ſe , ſcripſiſſe , docuiſſe cognoverit , id „ ſibi quoque intelligat abſque ulla dubi- „ tatione credendum „ . Hoc nos munere functi ſumus . Haec , te rogo , ut meditari , opereque exequi ne gravere . Conſules , mihi crede Lectoribus , & ſaluti tuae . Vale .

XV. Kal. Majas , an. 1777.

F I N I S.

INDEX

# INDEX EPISTOLARUM,

## PARAGRAPHORUM, ET NUMERORUM,

## EPISTOLA III.

I. *RUmor eſt, Febronium rejeciſſe Pufendorfii de forma Eccleſiae regendae ſententiam. Jucundus is rumor nobis, atque gratus eſſet, ſi vera ferret. Sed ſecus eſt.* pag. 6.
*Nec tamen ſatis Febronius Eccleſiæ faceret, ſi reſpuens Pufendorfianum dogma uti minus ſimile veri; non etiam una reſpueret ut haereticum.* pag. 9.
II. *Sed Febronius in tuendo Pufendorfiano dogmate perſtat. Nominat quidem Imperium, Epiſcopos, Primatem, quibus verbis & cum Pufendorfio, & ſecum pugnat. Sed contradictio non excuſat errorem.* pag. 10.
III. *Inter nos, & Febronium de ratione gerendae Eccleſiae non verborum eſt parva; ſed rerum permagna diſſenſio.* p. 13.
IV. *Quod Febronius ſcribit, non negaſſe ſimpliciter ſe, Eccleſiam eſſe Statum; dixiſſe vero formas Monarchicam &c. quodamodo eſſe Status civilis proprias, repugnat iis, quae idem probat. Haec dum diſputat, conflat Eccleſiae Gallicanae inſignem injuriam. Redit ad ingenium, ac luctatur ſecum; nec animadvertit, errorem non excuſari, ſed probari contradictione. In tanta ſecum confiictione hoc* tue-

*tueri pergit : Puſendorfii catholicam eſſe ſententiam* . p. 15.

V. *Sed conceſſerit Febronius aliquod Eccleſiae imperium;ut hoc cujuſmodi ſit intelligatur, uniuſne, an plurium, an omnium, quaeritur, num imperium idem ullam ſecum poteſtatem ferat; & quibuſnam hoc genus poteſtatis inſit?* p.25.

§. I.

Clavium poteſtatem a Chriſto ἀμέσως IMMEDIATE toti Eccleſiae COLLECTIM fuiſſe datam Febronius ſtatuit. Tergiverſatur vero interdum, ſecumque, uti ſolet, pugnat. Ejus tergiverſationis, ac pugnae cauſſarum inveſtigatio.

VI. *Clavium poteſtatem omnibus Eccleſiae membris collectim immediate fuiſſe traditam a Chriſto, Febronius ſtatuit.* p. 27.

VII. *Tergiverſatur tamen, ſecumque, uti ſolet, pugnat. Sed hoc in conflictu inteſtino ſuo id ſemper fixum, ac ratum habet, quod dixit de immediate collectim data membris Eccleſiae omnibus poteſtate.* p. 41.

VIII. *Tergiverſationis Febronianae cauſſarum inveſtigatio. Febronius etſi confligens ſecum, id tamen firmum ſemper, ac ratum habet, quod finxit de poteſtate immediate omnibus junctim, ſeu collectim Eccleſiae membris data.* p.56.

§. II.

Febronii de ſubjecto poteſtatis clavium opinionem Gallicana Eccleſia reprobat.

IX. *Pro-*

IX. *Proponitur rurſum Febronii opinio.* p.74

*Ea opinione fundamenta impeti fidei noſtrae, oppugnarique principia, quae nos ab haereticis diſcernunt, Clerus Gallicanus declarat.* p.75.

*Ne ii quidem, quos Clerus opinionis ejuſdem reos cenſuit, defendi eam ſine errore poſſe putarunt. Hi etſi aliquando minus recte ſcribunt ita, ut ſint merito reprehendendi; ſententia tamen, quam modo invehere conatur Febronius, oppugnari fundamentum fidei noſtrae non negant.* p. 78

§. III.

Febronianam de clavium poteſtate, quae omnibus collectim Eccleſiae membris inſit, doctrinam non Gallicana ſolum, ſed reliquae etiam Eccleſiae orthodoxae condemnant.

X. *Ab Italicis Eccleſiis Febronianum dogma, ut alienum ab Evangelica veritate, rejicitur.* p.139.

*Condemnant etiam Germanicae, in primis autem Moguntina.* p.146.

*Colonienſis quoque.* p. 148.

*Et Trevirenſis.* p.154.

*Et Salisburgenſis.* p.155.

*Polonica praeterea.* p.160.

§. IV.

Febronii eadem de re doctrinam condemnat conſtans, atque perpetua, quae ab Apoſtolis ad nos uſque manavit traditio.

 XI. *Tra-*

XI. *Traditionem Patrum Operibus, Synodorum Actis, Libriſque Eccleſiaſticis contineri, Febronius non negat. De Operibus Patrum primum univerſe agendum heic eſt, tum ſingillatim. Cum Febronius, quam intelligat collectionem omnium membrorum Eccleſiae non ſatis explicet; tum ejus omnes, quae afferri poſſint explicationes, ſeſe confutaturum, Mamachius pollicetur.* p. 182.

*Agitur de Patribus generatim.* p. 186.

*De iiſdem Patribus ſingulatim, diſſeritur.* p. 187.

§. V.

Monumenta X. & ſqq. Seculorum, Scriptoreſque Galli, Hiſpani, Germani, Britanni, Itali, Græci maximo numero Febronianum dogma reprobant.

XII. *Eorumdem monumentorum, Scriptorumque ſeries proponitur.* p. 414.

§. VI.

Scriptorum, quos ſibi Febronius praeſidio eſſe arbitratur, vix ulli ſunt, qui ab eo non diſſideant.

XIII. *Fateatur neceſſe eſt Febronius, etiamſi Scriptores XV. ſaeculi plus centum ſuffragatores afferre poſſet; nihil ſe tamen poſſe proficere.* p. 449.

*Ad Gallos provocat Febronius, ſed horum nullum nominat. Toſtatum appellat Hiſpanum.*

*num. Sed is neque accuratus fuit, neque tam cautus, ut anſam Proteſtantibus nova ſua dogmata propugnandi non dederit.* p. 450.
*Toſtatus non favet Febronio. Si faveret, non magnopere laboraremus.* p. 451.
*Joh. Gerſon longe diſcrepat a Febronii opinione.* p. 458.
*Cardinalis Caſanus ſeculi XV. Scriptor a Febronio diſſidet.* p. 460.
*Cuſanus ligandi ſolvendique indeviabilitatem Eccleſiae in Epiſcopis attribuit, quibus Eccleſia tota juncta deviare a vero non poteſt.* p. 465.
*Confugit Febronius ad Magorenſem. Sed is Auctor, qui tempore Schiſmatis ſcripſit, ſuis inventis indulgens, longe a doctrina Patrum deſcivit.* p. 466
*Nihilo gravior eſt Cracovienſium auctoritas, qui ſchiſmatis tempore ſcripſere.* p. 467.
*Dionyſii Carthuſiani loca a Febronio adducta ad rem non pertinent.* ibid.
*Ut ne Jacobi quidem Almaini.* p. 468.
*Et Johannis Majoris.* p. 469.
*Et Jodoci Clicthovaei.* ibid.
*Genebrardi illuſtris locus affertur.* ibid.
*Baſileenſes non ſuffragantur Febronio:* p. 470.
*Quanti perpaucorum pendenda ſit auctoritas, qui Febronio favere videntur.* p. 472.
*Natalis Alexander diſſidet a Febronio.* p. 477.

§. VII.

Refelluntur argumenta Febronii.

XIV. *Reſpondetur Febronio objicienti Concilii Tridentini auctoritatem*. p.478.
*Cur Synodi Oecumenicae repræſentare dicantur Eccleſiam univerſalem*. p. 480.
*S. Pauli locus, quem Febronius objicit, alio ſpectat, non quo eidem Febronio videtur*. p.481.

§. VIII.

Eo demum redigatur Febronius neceſſe eſt, ut formam gerendæ rei chriſtianæ publicæ puram putam Democraticam eſſe confiteatur.

XV. *Febronius, qui Monarchicum etiam Ariſtocratia temperatum non vult Eccleſiaſticum regimen; invitus Democraticum facit*. p.482.

§. IX.

Opinio Febroniana nihilo tolerabilior eſt doctrina Marſilii Patavini.

XVI. *Quid de Eccleſiae poteſtate Marſilius Patavinus ſenſerit, & in quorumnam incurrerit offenſionem*. p. 483.
*Febronianam doctrinam intolerabiliorem Marſiliana eſſe demonſtratur*. p.484.

§. X.

Eodem tendit Richeriana opinio, quam tamen Febronius piam, atque veram eſſe (ab ſe, atque ab Epiſcopis Galliarum diffidens) praedicat.

XVII. De

XVII. *De Richerio, de ejus libello, deque ipſius ſententia agitur. Quo hæc tendat, manifeſtum eſt. Eam tamen Febronius ſecum luctans probat, etſi non ſit probata Gallorum Præſulibus. Quid mali inferat Richeriſmus?* p.486.
*Febronii de Richeriſmo excuſationes, quam ſint inanes, oſtenditur.* p. 489.
XVIII. *Febronius cenſuram metuens carpit Richerium; ſed ad ingenium rediens laudat.* p.491.

## §. XI.

Patrum, Synodorumque auctoritate demonſtratur, quam longe Richerianum ſyſtema a dogmate Catholico diſcrepet.

XIX. *A Patrum doctrina diſſidet Syſtema Richerianum.* p. 493.
XX. *Neque ſolum a Patrum; ſed etiam ab Synodorum.* ibid.

NOS

# NOS FR. JOANNES THOMAS

TIT. S.SYXTI S.R.E. PRESB. CARDINALIS

# DE BOXADORS

UNIVERSI ORD. FF. PRÆDICAT. HUMILIS

## MAGISTER GENERALIS,

ET SERVUS.

HArum ſerie, Noſtrique auctoritate Officii licentiam concedimus, quantum in Nobis eſt, R. A. P. M. Fr. Thomae Mariæ Mamachi Provinciæ Noſtræ Romanæ, Theologo Caſanatenſi typis edendi: *Epiſtolarum ad Juſtinum Febronium &c.*, *Librum ſecundum*: dummodo a duobus S. Theologiæ Profeſſoribus Ordinis noſtri probetur, ac ſerventur cetera de jure ſervanda. In Nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen. In quorum fidem &c.

Dat. Romæ in Conventu Noſtro S. Mariæ ſupra Minervam die 16. Maii An. 1777.

F. JOH. THOMAS CARD. DE BOXADORS
Magiſter Ordinis.

Reg. pag. 35.
*Fr. Dominicus Vincentius Maria Bertucci*
*Mag. Provincialis Daciæ, & Socius.*

ADPRO-

# ADPROBATIONES.

Clariſſimus Epiſtolarum Auctor in hoc altero Libro diſputationem ſuam cum Juſtino Febronio *de Ratione Regiminis &c.* proſequitur more ſuo energice, erudite, ac apodictico argumento; quapropter digniſſimum judicamus ut in lucem prodeat.

Romæ in Aedibus S. Mariæ ſupra Minervam die 17. Maii 1777.

*Fr. Carolus Kellus S. Theologiæ Magiſter, Theologus Caſanatenſis.*
*Fr. Euſtachius Bous S. Ord. Praed. Mag. & Theologus Caſanat.*

Volu-

VOlumen alterum Epiſtolarum, quas ad Juſtinum Febronium ſcribere inſtituit Vir Cl. P. Thomas M. Mamachius, adtente legimus; quemadmodum vero orthodoxam de ſubjecto poteſtatis clavium doctrinam graviter & copioſe vindicatam, ita omnia ad veras Fidei, Morumque regulas exacta in eo deprehendimus. Quamobrem publica typorum luce digniſſimum judicamus.

Romæ VI. Kal: Jun. A. 1777.

*Nicolaus Salulini Sacr. Canonum in Archigymnaſio Sapientiæ, & in Romano Collegio Juris publici Profeſſor, nec non S. Congregat. Indicis Conſultor.*

*Joſeph. Ant. Reggi Biblioth. de Comitibus Præf. & P. in Collegio Rom. S. Script. Prof.*

I M-

Digitized by Google

IMPRIMATUR,

Si videbitur Reverendiſs. Patri Magiſtro Sac. Palatii Apoſtolici.

*Franc. Ant. M. Marcucci ab I. C. Ep. Mont. Alt. ac Viceſg.*

IMPRIMATUR,

Fr. Thomas Auguſtinus Ricchinius Ordinis Prædicatorum, Sacri Palatii Apoſtolici Magiſter.

Digitized by Google

P*Ag.* 39. *lin.*7. Voluminis ſecundi tui: *Corrige* Voluminis quarti tui, p.348. ſq. = *Pag.*419. *in not. lin.*9. Almainus in lib. de *Poteſt. Eccl. & Laica pag.* 8. *Tom. II. Opp. Richerii*: *Corrige* Ita quidem refertur Almaini locus in libello inſcripto „ Memoire preſentée au Roy par l' Archêveque „ de Paris (Mr. de Vintimille) 5.Mars 1731. pag. 17. in not. Sed apud Richerium ibid. nihil tale reperio. Almainus autem in *Lib. De Auctorit. Eccl. & Concilii Generalis Cap. VI. pag.* 987. *Tom. II. Opp. Gerſonii Edit. Antuerp. an.*1706. *Prop. I.* Poteſtatem Eccleſiaſticam *immediate a Chriſto collatam eſſe*, ſtatuit, *Petro primo Summo Pontifici*. In ſecunda vero propoſitione, *Chriſtum hanc poteſtatem immediate contuliſſe Eccleſiae*, ſcribit. Eccleſiae nomine collectionem intelligit fidelium, ſeu *Prælatorum majorum, & minorum, qui ſuccedunt Apoſtolis, & diſcipulis, ſive Concilium Generale*. Ac de Concilio quidem Generali ſumit *pag.* 988. Cap. VII. Rurſum *in ſummo Pontifice auctoritatem eſſe, ait, ex immediata Chriſti collatione*, perindeque etiam in Eccleſia. Sed Eccleſiae nomine Concilium indicat: *Eccleſiam*, inquit, ſeu *Concilium pag.* 989. At hæc longe diſcrepans a noſtra quæſtio eſt. De Almaini porro locis, quæ ad Eccleſiam, ſeu Concilium Generale ſpectant, agam in iis Epiſtolis, quæ erunt de *Synodo Oecumenica*, & de *Rom. Pontificis auctoritate*. = *Pag.*459. *lin.* 9. ſicut in fine. Conſtat: *Corrige* ſicut in fine... Conſtat. = *Ibid. lin. ult.* = *Conſiderat. II.*; Corrige

*Con-*

*Conſiderat. XI. Tom. II. Opp. Edit. Antuerp. an.* 1706. *pag.* 243. At de Gerſone redibit fermo, ubi *de Conciliis*, deque *Poteſtate Pontificis Maximi* agemus.

Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

54.B.21.

Digitized by Google